TRACTATVS
SOLEMNIS ET AVREVS
REVERENDISS. PATRIS
DOMINI ARNALDI ALBERTINI
MAIORICENSIS

Vtriuſque cenſuræ Doctoris clariſsimi, Epiſcopi Pactenſis, in Sicilia citeriori olim Apoſtolici inquiſitoris ſolertiſs.

De Agnoſcendis Aſſertionibus Catholicis, & Hæreticis.


OMNIBVS IVS CAESAREVM, PONTIFICIVM, Et Sacram Theologiam profitentibus vtiliſſimus.

MENDIS OMNIBVS, QVIBVS INNVMERIS deprauatus erat, ita purgatus, ordinatus, & reſtitutus, vt exemplari comparatus è tenebris in lucem prodiiſſe cognoſcatur.

Quæſtionum Summis, & Indice aucto exornatus.

CVM PRIVILEGIIS.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, ad Candentis Salamandræ Inſigne.
M D LXXI.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
D. IO. ANTONIO FACHINETO
A NVCE,
NEOCASTRI EPISCOPO,
Apud Sereniſſ. Venetorum Remp. Oratori Pontificio.

MAGNAM ſemper in omni tempore, Io. Antoni, vir praeſtantiſsime, Conſtantiae tributam eſſe laudem omnes fatentur: nec omnino quiſquam eſt, qui non ſe ea excellere cupiat: quippe qui intelligat, quantum ornamenti, quantumque vtilitatis ex ea colligere poſsit, quamque cum ijs agatur infeliciter, qui eius expertes non modo ſint, verum etiam eſſe laetentur. Hæc virtus vbique maxima eſt: verum, ſi in altiore loco reſideat, maius inde lumen capiunt, qui in ea colenda operam ſuam locant. Quis Religionem ipſam non ſemper admiratus eſt? quis non immortalibus dignam laudibus, diuinoque praeconio iudicat? Hanc tamen viri nequiſſimi, eius pulchritudinis, propriaeque ſalutis obliti, multis erroribus perfundere conati ſunt. Qui quamquam lucidiſſimam rem, ab omnique labe immaculatam, nefandis ſuis conſilijs nullo pacto foedare potuerunt; tamen cũ ſibi maximum inde detrimentũ compararint, hoc ipſo nõ contenti, ceteros quoq; in eandem perditionem inijcere voluerunt. Hinc ortae ſunt tot diſſenſiones, tot variarum opinionum ſententiae. Ex quibus cum una tantum vera ſit, quam Catholica Romana Ec-

cleſia, & Martyrum ſanguine, & ſuis praeceptis compro bauit, in animis tamen quorundam huiuſmodi prauas, & corruptas opiniones impreſſerunt. Hos iampridem de eorum errore admonẽdos refellendosque; cenſuit ſapientiſſime veterum Patrum auctoritas: poſtea, vbi pertinaces in erroribus eſſe perſeuerent, damnandos etiam, & tanquam exemplum alijs proponendos. O miram hominum inconſtantiam. qui tot maiores ſuos, ſumma religione praeditos, recta ſemita incedere, viderint; ij non ea vti volunt; verum, quaſi magis ſapere videantur, diuerſam a ſuis viam ingrediuntur. nae illi magno ſuo malo, quam falſi ſint, ſentient. Quod ſi nunc ſentirent, praeclare ſecum ageretur, eaſque poenas, quas pro tam nefando errore maximas merentur, effugerent. Verum, qui luminibus occaecati ita ſunt, vt lumen verum non videant, quive, cum videant, non eo vti velint, verum ſuo prauo permanentes in conſilio, perniciem ſibi ſtruunt; non ne ij ſummopere a cunctis plane hominibus explodendi? Factum inde eſt, vt, cum in ijs agnoſcendis, emendandisque varie doctiſſimi viri, pro ſuo quiſque iudicio, ſentirent, varij varia ſcripſerint, quae hac de re notitiam quandam hominibus poſſent tradere. Inter quos ſine dubio excellere, primasque ſibi vindicare, Arnaldum Albertinum, Juriſconſultum celeberrimum, iure omnes fatentur: qui omnem hanc materiam, ex diuerſis ſcriptorum voluminibus collectam, de vnum redegit, ſuoque iudicio, & probata auctoritate ita facilem reddidit, diſcrepantesque ſententias in concordiam reduxit, vt nihil amplius, aut parum certe, in hoc genere de-

ſiderari

ſiderari poſſit. Hic liber cum a viris doctis deſideraretur, qui longo temporis ſpatio paene obſoleuerat, recte me facturum cenſui, ſi typis diuulgandum committerem, expurgatumque mendis, quae plurima, ſi quis cum alijs exemplaribus conferat, fuiſſe ſentiet, in apertum proferrem. Cui annectēda curaui, eiuſdem argumenti, Calderini librum, & formam procedendi contra haereticos, ex Rochi Catanei, Protonotarij Apoſtolici, Auditoris tui, viri omni laude cumulati, qui te ſummopere obſeruat, inſtructiſſima librorum omnium, & refertiſſima Bibliotheca, deſumpta. gratum facturum me putans Religioſis, ſi hoſce duos commentarios adiungerem. Cum vero edito libro de dicando cogitarem, non diutius haerendum mihi fuit. Nam tu ſtatim opportune mihi occurriſti, cui maiora omnia, ob praeclaras virtutes, debentur; quique ita in hoc Legationis munere fulges, vt tui prorſus ſimillimus videaris. Quid tu nō praeſtas, te ipſo, te ipſo, inquam, dignum? nam, quos tibi comparem, non ita facile reperturum me confido. Quam tu laudem ab Auenionenſibus, & Ciſalpinis non es conſecutus? quas tibi gratias non habent? ij quidem ita te admirantur, vt te praecipuum ſemper in ore, ſermoneque habeant. & merito. id enim tuae virtutes iure quodam ſuo exigunt. Nam, qui Theologiam, Philoſophiam, & Iuris ſcientiam ſimul teneant, pauciſſimi reperiuntur; qui vero ijs ita excellat, vt proxime ad tuam laudem accedat, non tam facile reperitur. Hinc te MARCELLVS ille II, iudicij in primis laude excellens, quem nimis immatura morte praereptum iure omnes lugent, te in ſuis ſemper habuit, tibi

ſemper plurimum tribuit, te denique ſummopere amabat: vt omnia ab eo ſumma expectare poſſes. Verum Virtuti nunquam ſuus honos deeſt: quodq; caſu quodam vno tempore non accidit, id vt poſtea contingat, ſaepe licet inſpicere. PIVS enim V, qui omnia ſua conſilia, omnes cogitationes, in ſummi Dei cultu, inq. ornandis ijs, quorũ & uita, & mores maxime probantur, locauit, & fixit, praecipuum te delegit, quem ſummis de rebus ad Sereniſsimam Venetorum Remp. mittendum cenſeret. Qui igitur & uita & uero ſcriptis huiuſmodi homines, prauis inſiſtentes opinionibus, refellat; merito tibi inſcribuntur, quae ad eos expellendos, explodendosque pertinent. Tu velim ita tibi perſuadeas, nullum me unquam laborem decreuiſſe fugere, nulli ſumptui parcere, cum quo Catholicae Eccleſiae, tuique ſimilium dignitatem coniunctam eſſe ſenſero. Vale. VENETIIS, Kal. Ian. M D LXXI.

Amplitudinis tuae ſtudioſiſsimus,

Damianus Zenarus.

DON BARTOLOMEVS SEBASTIAN. EPISCOPVS PACTENSIS HAERETICAE PRAVITATIS INQVISITOR, ET CAESAREAE MAIESTATIS CONSILIARIVS.

AD LECTOREM.

CVM primum omnium Diuino fauente numine, ſedis Apoſtolicæ gratia & Cæſareæ. Q. CAROLI maieſtatis iuſſu, non modo Reuerendiſſimi Albertini Inquiſitoris aduerſus apoſtaticam hæreticamque prauitatem in hoc Trinacriæ Regno, & Epiſcopatus Pactenſis dignitati, uerum etiam Bibliothecæ ſucceßiſſem, qui aſſuetus literarum amor erat, & quæ mihi imminebat prouincia tum ad meorum, tum ad illius librorum ſuppellectilem, ex abſolutis quidem ferijs, me compellebant, & dum tanti uiri noſtra ſanè, quam ætate iuris peritorum principis ſcrutarer uolumina, inter plurimos eius, aliorumque manibus Archetypos hinc inde diffuſos, præſens celeberrimum opus (ut animus præſagiebat) noſtris ſubijt oculis. quod cum delibaſſem, indigeſtum licet, & ſcriptoris incuria, non modica ſanè animaduerſione indigens, alterna temporis intercapedine, prout negotiorum ratio concedebat, mihi perlegendum eſſe conſtitui. In cuius operis lectione adeo delectabar, ut non prius alicuius rei magnitudo me ſubtrahebat, quin illico, ueluti magnete ferrum, ob diuerſa ibi quaſtionum deciſionumque genera, cognitu neceſſaria, obque iurium antilogias eius marte conciliatas, tam ſententiarum appoſita grauitate quàm argutis eruditiſſimiſque rationibus non inuitus allicicbar, & quo magis in ipſius ſtudio nauarem operam, ac perlecta conciperem, eo altiora optatuque digniſsima ſuggerebat, quæ humanum an diuinum redoleant ingenium, omnium ſit iudicio. Illud æquidem fatebor ingenue, me adeo ob eius melos in eam beniuolentiam atque neceſsitudinem adductum, ut nullis uigilijs nulliſque pecułij diſpendijs parcendum eſſe dijudicarim, immo ſatis iniquum citra culpam fore, niſi aureum hoc opus in lucem euocaretur, cum ne tanti præſulis authoritas ſua ſpe ſuaque laude fruſtraretur, cum ne minimum quidem communi detractum eſſet utilitati, quam non mediocrem etiam doctiſsimus

quiſque eſſet habiturus. In quod animum libenter appuli, quo diſperſa ſuis aptarentur ſedibus, lituræ in clariſsimas literarum ſeries abirent, effigies conſumpta tineis nouis inducerentur ueſtibus, Errata diſperſis ſcriptorum manibus germanam ſonarent ſententiam, ſoletiſmi romanum ſaperent eloquium, & inutila, pro uiribus, abſolutam ac locupletatam redolerent orationem, ijs æquidem conditionibus eum libellum noſtris imprimendum expenſis, ac ſtudioſis tradendum eſſe fas erat, in eum enim qui de omnibus ſe benemeriturum ſtudebat, ingratum licet eſſe neminem, præcipue ꝙ pharmaca eò præciſiora continet, quo magis in medendis quibuſque animi morbis, ac refocillandis uirtutibus, ſingulare aportat præſidium. Incipe igitur lector hoc, qui nunquam deperit, cibo pinguéſcere, non profecto Pegaſei fontis latices, Verum demiſſos cælitus imbres deguſtatos ſenties, quibus peruerſorum hæreſis demergendæ facultatem ſatis optimam lucraberis, & tandem ad omnium rerum opificem noſtrum ſempiternæ fœlicitatis obiectum iter nactu rus es apertiſsimum. Vale.

IOANNIS VRBANI GVIDARII.
Ad librum.

I, liber æthereas curſurus tutior auras:
I, potes ad doctas quaslibet ire manus.
Ortus es auſpicijs: quæ raro contigit ulli
Ad natalitium ſic habuiſſe ſuum.
Nam duo pontifices, & ſancti quæſtor uterque
Officij, natum te genuere ſuum.
Cui magis iſtorum debes? Arnaldus in umbris
Me tulit; in lucis Bartholomæus opem.

IDEM.

Bartholomæus habet partum de morte triumphum
Suſcitat Arnaldum quem dedit illa neci.

QVVM

QVVM AVTHOR TRACTATVM tripartitum edidiſſet titulo Speculi inquiſitorũ aſcriptum, adferrereturque Impræſſo ribus tradendus, Triremibus Naufragantibus, totus pœne Fluctibus Maris dilutus eſt, ſaluis non nullis Cartarum foliis. Ex quibus infra Exaratæ quæſtiones utiliſsimæ collectæ ſunt, quæ (ne periret labor Authoris) uiſæ ſunt publicandæ, cuius Prologus cauſam Operis & ordinem inſinuans ſequebatur.

PROOEMIVM AVTHORIS.

QVVM multiplicia uariaq; negotiorum genera quotidie magiſtratibus ſe offerant in iudiciis & emergãt, quæ ipſorum animos iudicantium, etiam ſapientum, titubare trepidareque faciunt, ut nullus fere locus aliquando relinquatur quid optandum quidve cenſendum ſit, quia, teſtante Vlpiano iuriſconſulto, in l. natura. ff. de præſcrip. uer. natura rerum introductum eſt ut plura ſint negocia quàm uocabula. Ideo prouinciã gubernandæ rei publicæ ſubeũtes uigiles eſſe ad ſcripturarum ſcrutinium oportet, ut hoſtibus in dies craſſantibus pro uiribus obſiſtant. Et rurſus quæ deceant licent ac expediant canonice decernant, ut ii (quorum agunt curam) quieſcant, & ſoporentur, ualeant inde tantæ ſollicitudinis apud Deum & homines rationem reddere. ijs maxime deplorandis ſeculis, quibus quique ſui uiribus ingenij plus uero confidentes, ſeipſos non Chriſtum prædicantes, in aliorum perniciem & ſcandalum in labirintum errorum prolabuntur, ut unius ſententiam (ſpreta ueterum Sancta Authoritate) ſuæ innitentes prudentiæ inuiolabili totius Eccleſiæ iudicio præferre non erubeſcãt quaſi ille ſolus Spiritum Dei habeat, cæteri uero humanum. quod quanta uecordia ſit plenum, nullus ſapientum ignorat. ij enim ſunt fontes ſine aqua turbine uentoſæ nubiloſæque elationis agitati, nugiſque inuoluti in eam quam fecerunt foueam incidunt, magnæ quidem & damnandæ temeritatis eſt falſo dogmate plebem Chriſtianam erudire, uel longe uario ab inſtitutis Eccleſiæ, illiuſque præcepta conari conuellere, & demum exempla pernitioſa noxiis dubiis in fide uacillantibus propone-

re, tri-

re,tribuentes idiotis & infirmis dubitandi offendiculum circa ea quæ fide recta & certa tenenda omnino ſunt, in quibus non ſolum eſt ſuperfluum hæſitare, & hæſitando diſputare, ſed etiam illicitum & periculoſum. Et ſi unquàm paſtoribus uigilandi ſuper gregem præcepta indicta ſint,nūc uigiliarum neceſſitas urget, ne Lupus immo Leo iam rugiens in ouile domini ſubintret,neue dominī uinea ſilueſcat, ac ne rurſus inimicus homo in agro dominico zizaniam ſeminet,non ut dubios in ijs quæ fidei ſunt pertinaci adhæſione nouis inſtruant ſcripturis, ſed ut canonicis cohæreant cauteriis.latratu enim & baculo lupi arceantur.Ideo Paulus electionis uas Actuum.20.ad hoc cautos reddidit paſtores,inquiens. Attendite uobis & uniuerſo gregi in quo uos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos ad regendam eccleſiam Dei. nunquàm etenim grauiorem affuiſſe neceſſitatem a quingentis annis citra opinor q̄ nunc adeſt generi proſpiciēdi Chriſtiano,cum cernamus multos pſeudo prophetas,magiſtros mendaces,nouarum introductores ſectarum, ſub inuolucro uerborum, & in fucata ſapientia uerbi multis impoſuiſſe fallacias & imponere.Merito igitur excubiæ flagitandæ ſunt ab ijs quibus præcioſi gregis cura incumbit,ut ab inſtantibus inſidiis gregem ipſum dominicum tuentur,ne ſi (quod abſit) depereat illorum incuria ſanguis illius de manu ipſorum ſpeculatorum requiratur,non enim decet torpere otio, non reſolui deliciis,non demum ludis inſeruire pernitioſis,& negociis ſecularibus immiſceri(quæ ad rem non pertinent)ipſos uineæ cuſtodes, quam humani generis redemptor ſuo mercatus eſt ſanguine, olim quippe typicos paſtores quibus uerbi diuini angelica legatione illuxit incarnatio non ſopitos ſed uigilantes ſuper gregem Angeli inuenerunt Luc.ij.Minantibus ergo ijs periculoſis temporibus a præpoſitis aduertendum eſt,ne ipſis dormitantibus uel nutantibus arcem occupent hoſtes, neue ſcintilla ex paruo igne ſucceſcens totum populetur gregem; principiis obſiſtendum eſt, hæc nos pericula quæ videmus docent, vt a lapſis temporibus non ſint quærenda exempla ſed ſumenda medicaminum remedia. Et propterea priſcorum monumenta patrum & authoritas nos edocent, animos noſtros aliquo exercitationis genere excitari, cum ex ea mortalibus commoda, diſpendia vero ex ſegnitię animabus corporibuſque proueniant. Nam graue quidem eſt conſuetudine otij indui, quam poſt exui difficillimum eſt,tunc enim quadam rubigine mēs obſcuratur, Hoc ſane ductus conſilio Scipio Naſica calamitatem urbis Romanæ metuens nolebat Carthaginem Romani imperij emulam dirui vt dicit Aug. in libr. j. de ciuita.Dei,decernētiq; ut dirueret̄ obſiſtebat Catoni,timēs ne ex ſecuritate infirmos animos horrida peſtis inteſtinæ ſeditionis arriperet, cum

enim

enim otio & quieti homines dantur, reſolui in ſecordiam torporemve neceſſe eſt, hinc mẽs hæbetatur, memoria fluit, reminiſcentia non ualet, & quæ uultus ſudore noſtri iuuenes forſam nacti ſumus, idem ſenes cor poris ſegnicie amittimus, cum uirtutem capeſcentium ſpiritus ſeneſcen te corpore ad altiora deberet conſcendere. Nec putemus confidendum in ijs quæ acquiſiuimus, niſi in dies acquiramus. Nam cito expenduntur horrea quæ aſſidua non fulciuntur adiectione, theſauruſque facile pro-funditur ſi nullis iterum pecuniis reparetur, ſic ſenſus humanus iugi iuuã dus eſt lectione, illorum præſertim qui Chriſtianæ reipublicæ gubernacu lo præſunt. Ne illis obijciatur quod Seruio Sulpitio iuriſcõſulto a Quin to Mutio legimus obiectum, inquienti in l. 2. §. Seruius. ff. de origi. iuris. turpe eſt patricio & uiro nobili cauſaſque oranti ius in quo uerſatur ignorare. Cõcors eſt huic ſententiæ quod princeps Apoſtolorum Petrus prælatos exhortans inquit prima Pet. 3. c. parati ſemper ſitis ad ſatisfa-ciendum omni poſcenti uos rationem de ea (quę eſt in uobis) fide iis mo ti fuere complures qui ad literarum ſtudia uacantes noua dictarum ſcri-pta, ut intellectus mole corporea rudis exerceretur, imitationiſque exẽ-pla ad poſteros tranſmitteret. Ego uero poſtquàm agnouerim apud hoc meum officium undique inſurgere nonnullos non nouarum ſed uete rum ſopitarum hęreſum ſuſcitatores aduerſus immaculatã Chriſti ſpon ſam ſe extollentium, qui ſpiritu ambitionis tumidi diuini eloquij uerba, non uerum ſenſum ſacri canonis (quem Spiritus Sanctus docuit) aucupã tes, ſeipſos & alios in errores manuducebant. Et propterea in ſua periẽ-runt ignauia; ac eos tempẽſtas ualida demerſit & abſorbuit ſicut ueteres hæreſiarchæ eorum magiſtri abſorti ſunt, quia cum noluerint eſſe diſci-puli, facti ſunt angeli tenebrarum, quæ mente reuoluens, perſcrutari cepi catholicarum & hæreticarum aſſertionum naturam, probationis modũ ac pœnarum aduerſus damnabilium aſſertionum authores ſtatutarũ cen-ſuras, non profecto auiditate laudis conſequendæ, ſed potius charitate ſeminandæ ueritatis, utque ſarcina huius officij humeris meis impoſita leuior redderetur, & utinam (dum iis intendimus) Deus omnipotens co-natus Cæſaris benefortunare dignetur, iis præſertim temporum calami-tatibus quibus Chriſtiana religio malis undique circumſepta eſt, nã hinc Mahometanorum beſtialitas fetet, iſthinc Luterana inſania nos infeſtat, illhinc demum ob Turcarum attroces minas triſtamur. Quinimmo non minæ ſolæ ſunt, cum eius ferocitas beluina propugnacula Chriſtianitatis profligauerit, inſtandum eſt ergo oportune, immo importune apud Ca-tholicos Reges ut aduerſus hos ſerpentes ſuam excitent potentiam. Sed iis forſitam quis obſiſtet, hunc inquiens laborem eſſe inanem, cum ad hęc

peragenda

peragenda uniuerſo concilio opus ſit, ubi de extirpandis hæreſibus, & turcarum rabie comprimenda, deque nouandis clericorum moribus agẽdum eſſet, iis tamen aduerſa ſententia ſanior uidetur, nam ad euulſionem hæreſum eorumque cultorum iis non egemus commitiis, cum lapſis temporibus ſint multa a ſanctis patribus decreta, ut illa amplius in dubium uerti non ualeant ſine læſione tantæ Maieſtatis. ut in l. nullus. C. de Summa Trini. ſed manu forti illa protegenda ſunt, ut eorum exuſlatores acriter conterantur, parque iudicium de altero ferendum eſt, ut principes catholici ſe ipſos abnegantes in hos Chriſti fediſsimos hoſtes irruant, cum in foribus periculum ſit, & totius populi Chriſtiani nutet ſtatus. Si uero meliores clericorum mores optentur, paſtores quos dominus conſtituit ſuper familiam ſuam in ędibus ſuæ uocationis permaneant, nec impune abſint, cum tabulæ Chriſti teſtatoris hoc non deſignent Io. x. cum enim diſpenſatio familię demandatur, cætera in abiſſum prolabuntur, nam ſi ouibus lupus obuiat paſtor pro eis animam ſuam ponit, mercenarius uero illum non fugat, ſed fugit, & tunc oues incuſtoditæ immo derelictæ tum diſperguntur, tum deuorantur. Nec eſt qui paruulis petentibus panẽ frangat. Inde hæreſes pullulant, & peccatorum aceruus creſcit, & nullus eſt qui anthidotum præſtet. Adeo quòd licet clamare cum Hieremia propheta Hiere. 8. Ideo eſt obducta cicatrix filiæ populi mei, quia non eſt regina in Galaad, nec medicus ibi, ſiquidem paſtores ſic agerent, non noua naſceretur Eccleſia, ſed collabens repararetur antiqua. Nec arbitror defuturos calumniatores iniquoſque cenſores, cum mundus in maligno poſitus ſit, qui aculeis uipereiſque morſibus hæc paucula noſtra lacerabunt, clam legentes & palam ſubſannantes. Præcor idcirco ſuperiorem iudicem, vt ſi quid de huius opuſculi editione delatum apud ipſum fuerit, hoc ſe præmuniat antidoto, aut ſcilicet explodat conatus inuidos, aut ſi placuerit, ſuſpendat ſententiam donec me reſpondentem audierit, ne priuata deſidia negotium publicum lædant, cum in hac nubiloſa ætate vnuſquiſque ſibi ſoli etiam in alterius diſcrimen ſatisfacere conetur, vt non quid deceat expediat aut liceat intueatur, inde opinionibus, armis, ſtudiis, liuore, & factionibus omnia pœne conuulſa ſunt, & in præcipitium ruunt. Rurſus culpabunt me in iis curis verſantem incumbentia officio onera prętermiſiſſe. Teſtor tamẽ Deum & Angelos eius, quòd ob hanc curam ſeſſiones mei officij horis ſtatutis non fraudaui, nec ſupplicum litigantiumq; propoſitiones prætermiſi, ſed tẽpus quod quieti, deambulatoni, amicorumque viſitationi, ac collocutioni conteri ſolet, id elucubrationibus meis adſcripſi, ut ea literis traderem quę meę conuenirent profeſſioni, haberetque mens quo oblectaretur, nocturni ſunt etiã

& an-

& antelucani labores. Et quamuis intelligam me in tabernaculum domini non aurum, non argentum, non lapides prætioſos, ſed pelles & caprarum pilos (ut aiunt) offerre, Spero tamen hunc laborem non fore in fructuoſum. Et dum, ut aſſolet, ex diſcusſione cauſarum ad aguitionem aliquorum opuſculum hoc deueniſſet, priuſquàm uellē interruptam illius dictationem uehementisſima illorum poſtulatione compulſus terminare non ualui, & rem quaſi inexpolitam tradidi, ſed quia in ijs ſubeſſe poſſet ex ignorantia error aut calami lapſus qui catholicam ueritatem ſeu Fidem, aut pias aures non ex animo offenderet, id meum quod eſt cenſuræ S. R. E. ſuppono. Et ſiquis forſan noſtra hæc faſtidierit, legat prius, & deinde ſi uideatur damnet & reiiciat, Malo quidem a reprehenſore falſitatis redargui quàm ab eius laudatore laudari. Teſtor etiam cum Propheta Dauid Pſal. 140. emendet me iuſtus in miſericordia & arguat me, Oleum autem peccatoris Caput meum non impinguat.

Quæſtio-

Quæſtionum Summæ

PRIMA quæſtio tractat quid ſit hæreſis,& quæ ad eius conſtitutionem requirantur.

Secunda quæſtio continet quis dicatur propriiſsime hæreticus,& quæ in eo debeant concurrere vt talis ſit cenſendus.

Tertia quæſtio habet quid ſit pertinacia, & quotupliciter ſit conſideranda ut quis hæreticus pertinax ſit cenſendus.

Quarta quæſtio tractat quid ſit veritas catholica, & quid ſit ueritati catholicæ contrarium.

Quinta quæſtio continet quot ſunt gradus ſiue genera catholicarum ueritatum.

Sexta quæſtio, quot ſunt ſpecies falſarum ſeu damnabilium propoſitionum.

Septima quæſtio, an propoſitio ambigua ab aliquo aſſerta ſit intelligenda in ſenſu audientis, an vero in ſenſu loquentis, ad hoc ut catholica uel hæretica ſit cenſenda.

Octaua quæſtio, quid ſi quis diceret aliquam propoſitionem ſuſpectam aſſertiue & pertinaciter, ſeu negaret ſe illam dixiſſe, & eſſet de hoc conuictus. De cuius propoſitionis veritate aliqui doctores altercantes dicũt illam eſſe hæreticam, aliqui uero catholicam, ſeu indifferentem, an poſſit Epiſcopus ſeu Inquiſitor Apoſtolicus contra hęreticos deputatus eam hæreticam decernere, adeo quòd tenens illam pertinaciter poſsit ut hæreticus damnari.

Nona quæſtio, ad quem ſpectat authoritate iudiciali ſuprema diffinire aliquam aſſertionem eſſe catholicam uel hæreticam, & ſic hæc dubia fidei terminare.

Decima quæſtio, ad quos, uidelicet Theologos, aut Canoniſtas, ſeu Legiſtas pertineat diffinire quæ aſſertio catholica, quæ hæretica ſit cenſenda, intelligendo de diffinitione magiſtrali, non autem iudiciali, quia de ea in proxima quæſtione tractatur.

Vndecima quæſtio, an Epiſcopi ſeu inquiſitores Apoſtolici poſsint ĩ ſuis territoriis prohibere ne aliquæ aſſertiones ſcandaloſæ ſeu ſapientes hęreſim prædicentur, ſeu publicæ aſſerantur.

Duodecima quæſtio, ad quid prodeſt proteſtatio quam ſæpe faciunt diſputantes uerbo uel ſcripto, dum inquiunt ꝙ non intendunt aliquid dicere contra fidem, & ſi ob hoc excuſentur ab hæreſi, & de multiplici proteſtatione circa hanc materiam.

Deci-

Decima tertia quæſtio, an liceat alicui Clerico uel Laico de fide Catholica ſeu ſacra ſcriptura publice uel priuatim diſputare, & quis modus tenendus ſit in diſputatione contra hæreticos, iudæos, uel paganos.

Decima quarta quæſtio, an ſit legitima ſcriptoris aut prædicatoris excuſatio, ſi dicat, Ego uſus ſum illa verborum forma qua vtitur ſacra ſcriptura. Auguſtinus, ſeu Hieronymus, ſeu alij ſancti Doctores, ſi ex illis verbis ſequatur ſeu inferatur hæreſis.

Decima quinta quæſtio, ſi aliqua propoſitio aſſeratur contra ſententiam. S. Auguſtini, Gregorij, aut Ambroſij, vel Hieronymi, ſeu aliorum doctorum ab Eccleſia approbatorum, an talis aſſertio ſit cenſenda hęretica.

Decima ſexta quęſtio, an ſit hæreticum & blaſphemum aſſerere quòd curſus cœleſtes neceſſitent hominum voluntates.

Decima ſeptima quæſtio, an ſint aſſertiones ſcandaloſæ, ſeu alterius generis, quibus aſſeritur Virginem Mariam fuiſſe conceptam in peccato originali, ſeu non eſſe in corpore in cœleſti paradiſo.

Decima octaua q̃ō, an ſapiat hæreſim dicere Virginem Mariam non ſubiiſſe mortem corporalem, ſed ꝙ viua trãſlata fuerit ad cœleſtẽ paradiſum.

Decima nona quęſtio, an ſtante lege Euangelica prout ſtat, ſit dicendum ꝙ infantes Chriſtianorum decedentes in vteris maternis ſine baptiſmo, pręcibus, fide, ſeu benedictione parentum expientur ab originali peccato, taliter vt ſic decedentes credendum ſit ſaluos fieri.

Vigeſima quæſtio, an ſit erroneum dicere, Deum non poſſe de poteſtate abſoluta ſtatuere vt quis ſine corde aut cerebro viuat, item quòd non poſſit animalia iuuare, & domui ruinam minanti ſubuenire ne cadat.

Vigeſima prima quæſtio, an ſit erroneum dicere hyſtoriam alicuius ſancti ab eccleſia receptam eſſe maioris authoritatis q̃ dicta Euangeliſtarum, poſito exemplo in iis uerbis quę leguntur in vita Beatæ Mariæ egiptiacæ, ſi tranſieris Iordanem ſaluaberis.

Vigeſima ſecunda quæſtio, de cenſura multorũ verborũ quæ ſepe vel ex cõſuetudine praua, aut inconſulte ſeu ex infidelitate prodeunt ab ore improborum hominum, quorum ſenſus aliquando eſt notorie hæreticus, aliquando ęquiuocus, & continet ſub ſe. xvij. quęſtiunculas vtiliſſimas.

Vigeſima tertia quæſtio, an inquiſitores apoſtolici aduerſus hęreticos deputati poſſint procedere cõtra illos, qui binas vel plures nuptias cum mulieribus ſimul viuentibus contraxerunt. Idem ſi mulier duos vel plures viros ſuperſtites habeat.

Vigeſima quarta quæſtio, an ſit hæreticum dicere homines vel mulieres ſtrigos, ſtrigaſve, lamios, ſeu lamias, bruxos aut bruxas nuncupatos rapi a dęmone corporaliter & trahi volentes per varia terrarum ſpacia ad locum

ludi,

ludi,& introduci in domos alienas,vt ibi malũm operetur.An vero hæc ſpiritualiter,mentaliter,ſeu imaginarie contingant.

Vigeſima quinta qõ, an ſola confesſione maleficæ mulieris posſit dici conuicta ad effectũ damnationis,nullo alio extrinſeco requiſito,Itẽ an ſi malefica fuerit cõfeſſa ꝙ ex pacto inito cũ dæmone,vel alias occaſione ſui maleficij infantes ſuffocauerit,ſeu tale illis malũ intulerit,& ex eo deceſſerint,ſi illa uult redire ad gremiũ Eccleſiæ ab hæreſi a ſe cõmiſſa debeat ad miſericordiã admitti,an vero posſit Eṗs uel inquiſitor ſeu ambo illã curię ſeculari tradere ob iteritũ dictorũ iſantiũ ſine nota irregularitatis, q̃ alias non extãte illorũ interitu, ſine dubio ad miſericordiã admitteret̃.

Vigeſima ſexta qõ, an inquiſitor hæreticæ prauitatis teneatur de iure cauſas hæreticales,contra accuſatos de hæreſi motas, terminare ſeu decidere de peritorum conſilio, adeo ꝙ omnino illorum conſilio ſit ab eodem inquiſitore ſtandum,an uero ſufficiat peritorum conſilium requirere.

Vigeſima ſeptima quæſtio, an iurans per mẽbra Dei cenſendus ſit blaſphemare,puta per caput Dei,per iecur Dei,per cor Dei,& hmõi,& quid de iurãtibus per mẽbra Chriſti,per caput Chriſti,per iecur Chriſti,& hmõi. Quid etiam de iurantibus per Virginem Mariam Deiq; genitricem, per Sanctos Dei,uel eorũ membra, Et huic quæſtioni adde quæ dñr in q. 6.

Vigeſima octaua quæſtio,an ex eo ſolo quòd penes aliquem reperiuntur libri hæreticales,ſeu reprobatæ lectionis ſit cenſendus hæreticus.

Vigeſima nona quæſtio , an ad hoc vt aliquis ſit cenſendus hæreticus neceſſario requiratur in illo pertinacia.

Trigeſima qõ,q̃ sũt modi q̃b. p̃t aliq̃s de hr̃ſi accuſatus de ꝑtinacia ꝯuinci.

Trigeſima prima quæſtio,An Chriſtus legem moſaycam obſeruauerit.

Trigeſima ſc̃da qõ, ſi q̃s deſcẽdẽs de gẽte Iudæorum ſolennizauerit ueſperam ſextæ feriæ nõ tñ ſabbatũ obſeruauerit posſit de apoſtaſia accuſari.

Trigeſima tertia qõ,an hr̃ticus ẽt omnino occultus ſit cẽſendus excõicatus.

Trigeſima quarta quæſtio , quot teſtes requirantur de iure ad probandum aliquem dixiſſe propoſitiones hæreticas,aut hæreſim commiſiſſe.

Trigeſima quinta quæſtio eſt de quodam prædicatore,prædicante quandam propoſitionem de hæreſi ſuſpectam.

Trigeſima ſexta quæſtio,de eo,qui legendo,prædicando , uel alias loquendo uerba hæreticalia,aut de hæreſi ſuſpecta,uel ſimilia dixerit,quomodo ſit contra illum procedendum.Vltra præinſertas quæſtiones,quæ colligi potuerunt,aliæ forſan ſubnectentur in calce huius tractatus , ubi poteris uidere.

FINIS.

INDEX

INDEX,

SEV REPERTORIVM ALPHABETICVM SINGVLARIVM MATERIARVM.

Intractatum DO. Arnaldi Albertini Epiſcopi Pactenſis Regni Siciliæ olim Inquiſitoris, reſtitutum, & uerſiculis aliàs ommiſsis auctum.

A

ABiurare qui ſignificat. xxx. q. nu. 66.

Accuſato aliquo de hæreſi primo eſt inquirēdū a theologis an ſit hæreſis, deinde conſtito quòd ſit, damnet illum. x. q. nu. 8.

Accuſatus de uerbis hæreticalibus cōdemnari non poteſt ſi uerba habēt duplicē intellectum, hæreticum ſcilicet & catholicum. xxxiiij. q. numer. 48.

Accuſatus de crimine, ad hoc ut puniatur, ſufficit quòd conuincatur, quamuis non conſiteatur delictum. 36. q. nume. 2.

Adam an fuiſſet mortiturus ſi nō peccaſſet. 18. q. num. 19.

Alius alia aliud ſimilitudinem ſignificat. 22. q. num. 27.

Alternatiua ponitur inter diuerſa. 30. q. num. 16.

Ambitionis peccatum tripliciter conſiderari poteſt. 30. q. nu. 5.

Animalia habentia cor, & caput pōt facere Deus quòd ſine corde, & capite uiuant. xx. q. num. 7.

Antonius de Roſellis fuit repulſus a Cardinalatu quia erat bigamus. 21. q. num. 43.

Animæ exiſtentes in purgatorio an ſentiant iuuationem quæ pro eis fit a fidelibus. xxij. q. nu. 58.

Animæ purgandæ in quo loco purgantur. ibi nu. 61.

Angelus de Clauaſio reprehenditur ſuper intellectu. §. ſane. c. accuſatus. de hæret. lib. 6. 23. q. nu. 68.

An mulieres ſtriges uocatæ uadāt per uaria loca corporaliter, an ſpiritualiter. 24. q. nu. 1.

Andreas Siculus reprobatur circa intellectum. §. prohibemus. 25. quæſt. numer. 48.

An inquiſitores teneantur ſequi conſilium iuris peritorum quos uocant ad deciſionem cauſarum fidei. xxvj. q. nume. 1.

Apoſtata a fide grauius peccat quàm hæreticus. 2. q. nu. 3.

Apoſtata a religione ibidem. nu. 4.

Argumentum ab ethymologia uocabuli. x. q. nu. 13.

Argumentum a contrario ſenſu quan do non ualet. 13.q.nu. 8
Argumentum concludens contra tenẽtes curſus cœleſtes cogere uoluntates hominum. 16.q.nu. 12
Argumentum de ſimilibus ad ſimilia non habet locum in priuilegijs. 19.q.nu. 25
Argumentum a ſimili quando habeat locum. 24.q.nu. 9
Articulus fidei maior omnium eſt, eccleſiam.ſ. non poſſe errare in ijs quæ fidei ſunt. 30.q.nu. 27
Aſſertio ſapiens catholicam ueritatẽ quæ ſit. 5.q.nu. 16
Aſſertio hæreſim ſapiẽs q̃ ſit, ibi.n. 17
Aſſertio hæretica quæ ſit. 6.q.nu. 1
Aſſertio hæreſim ſapiens ibid. nu. 2
Aſſertio ſeu propoſitio impertinens quæ ſit ibid.nu. 5
Apochryforum librorum duo ſunt genera 22.q.nu. 51
Animæ decedentes ſine peccato mortali uel cum peccato mortali quo uadunt ſtatim poſt mortem. ibid.nu. 56
Aſſertio temeraria quæ ſit. 6.q.nume ro. 7
Aſſertio erronea quæ ſit & eſt differẽtia inter erroneam & hæreticam aſſertionem, ibid.nu. 8
Aſſertio iniurioſa ſeu contumelioſa quæ ſit. ibi.nu. 9
Aſſertio. ſcandaloſa ſeu piarum aurium offenſiua quæ ſit. ibi nu. 10
Aſſertio ſciſmatica q̃ ſit. ibid.nu. 11
Aſſertio impia quæ ſit. ibid.nu. 12
Aſſertio blaſphema, ibi.nu. 13
Aſſertio quòd uirgo Maria ſit concepta in peccato originali an ſit ſcandaloſa. 17.q.nu. 1
Aſſertionem ſcandaloſam probaret aſſerens Mariam uirginem conceptã in peccato originali. ibi.nu. 5
Aſſertio erronea eſſet dicere uirginẽ Mariam conceptam eſſe in peccato originali. ibi.nu. 8
Aſſertio quòd uirgo Maria non ſit in corpore in cœleſti paradiſo, eſt male ſonans, & piarum aurium offenſiua. ibi.nu. 13
Aſſertio ſapiens hæreſim qualis ſit. 18.q.nu. 7
Aſſertio repugnans potentiæ Dei eſt hæretica. xx.q.nu, 4
Aſſertio eſt erronea dicere quòd Eccleſia habet maiorem authoritatem quàm Euangelium. 21.q.nu. 4
Aſſerens aliquid eorum quæ ab Eccleſia probantur ſuo modo non eſt hæreſis. ibid.nu. 7
Aſſerentem uerbum ambiguum quomodo perſcrutabimur an dixerit illud in ſenſu catholico uel hæretico. 22.q.nu. 28
Aſſertio illa an ſit falſa, quòd indulgentiæ ſunt falſæ quæ per modum applicationis cõcedũtur. ibi.nu. 42. 43
Aſſertio, quòd uirgo Maria non perdiderit filium ſuum in templo in triduo, contradicit Euangelio. ibi.n. 44
Aſſertio cuiuſdam prædicatoris, an ſit hæretica, ſi reſurrectio per poſſibile non eſſet, Deus eſſe nõ poſſet & annichilaretur. ibid.nu. 47
Aſſerere non licet contrarium illius quod quis tenetur ſcire. 30.q.n. 33
Aſſertio ſi habet duplicem ſenſum interrogandus eſt accuſatus in quo caſu

caſu intellexerit.24.q.nu. 49

Aſſertione habentes bonum, & malum ſenſum ſemper in bonum debemus interpretari.ibid.nu. 60

Aſſertio quòd filius eſt maior patre in diuinis, eſt hæretica, & damnata in conciliis generalibus.35.q.nu. 1

Aſſertionem hæreticam dicens & credens, & rediens damnatur pœna ordinaria.35.q.nu. 8

Aſſertio hæretica debet probari a pluribus teſtibus quando publice dicitur prædicata.34.q.nu. 55

Aſtrologorum iudicium fatuum eſt, dum dicunt bella ſequutura ex inſpectione aſtrorum.16.q.nu. 2

Aſtrorum iudiciis non eſt fides adhibēda circa hominis uolūtatē.ibi.n. 3

Aſtra non cogere hominum uoluntates multis authoritatibus comprobatur.ibi.nu. 4

Aſtra non cogere hominum uoluntates exemplis probatur.ibi.nu. 5

Aſtrorum influxu mores hominū cauſari dupliciter intelligitur.ibi.nu. 6

Auguſtinus in multis errans ſeipſum retractauit.15.q.nu. 4

Auguſtini & aliorum ſanctorum doctorum dicta an ſint approbata hodie.21.q.nu. 8

Auguſtini, & aliorum doctorum ſanctorum dicta in quibus approbentur ibi.nu. 10

Author huius operis excuſat ſe quando hoc opus compoſuit.x.q.nu. 9

Authoritates plures ſacræ ſcripturæ ſunt intelligendæ non prout iacent, ſed ſecundum expoſitionem catholicorum doctorum.14 q.nu. 4

Authoritas Pauli prima ad Corin.9. quòd non eſt cura Deo de bobus, quomodo intelligatur.xx.q.nu. 18

Authoritas eccleſiæ non eſt præferenda euangelio.21.q.nu. 14

Authoritas Auguſtini, non crederem Euangelio niſi ad hoc authoritas eccleſiæ me commoneret, quomodo intelligantur, contra Iacobum almeni. ibi.nu. 32

Authoritas eccleſiæ innititur reuelationi diuinæ.ibi.nu. 33

Authoritas Pau.1.Cori 3.ſiquis ædificauerit ſupra fundamentum &c. declaratur.22.q.nu. 55

Authoritas Matthei. 12. qui dixerit contra Spiritum Sanctum &c. declaratur ibi.nu. 57

Authoritas Geneſ.11 faciamus adiutorium ei ſimile, quomodo intelligitur.23.q.nu. 21

Authoritas Auguſtini contradicit, c. gaudemus. de diuortiis. nec inuenitur ſolutio, ibi.nu. 31

B

Baptiſmus mundat a peccato.6.q. nu. 13

Baptiſmus an ſit triplex uel unus, quō intelligatur.19.q.num. 13

Baptiſmus qualis pōt ſuffragari pueris exiſtētibus in uteris maternis & ibi morientibus.ibi.nu. 14

Baptiſmus hoc operatur in lege euāgelica quod olim operabatur circuncisio apud ueteres ibi.nu. 15

Baptiſmatis beneficium non communicatur niſi natis extra uētrem, & cui non conueniunt uerba legis, nec illius diſpoſitio.ibi.nu. 23

Bartholi theorica in l.reſpiciendum.§. delinquunt.ff.de pœn.reprobatur.7. q. nu. 13.
Barbitonſores poſſunt laborare uſque ad aliquam partem noctis ſi hoc habet conſuetudo.32.q.nu. 24.
Beati uidebunt pœnam damnatorum ad ſuam gloriam.22.q.nu. 31.
Bibliam eſſe falſam eſt aſſertio hæretica.6.q.nu. 4.
Biblia uel ſacra ſcriptura an debeat permitti conuerti in linguam uulgarem.28.q.nu. 27.
Biblia traducta in linguam uulgarem multi errores ſequuntur,uide multa bona ad hæc ibi.nu. 34.
Bigamia fuit diſpenſata a Deo tam in l.naturæ quàm in l.ſcripturæ illis antiquis.23.q.nu. 25.
Bigamia ex cauſa poſſet concedi ſecundum Scotum.ibi.nu. 29.
Bigamia uſq; ad quod tempus fuit permiſſa.ibi.nu. 30.
Bigamia prohibita eſt utroq; iure.ibi.num. 34.
Binas nuptias contrahendo non conſideratur an ualeat ſecundum matrimonium.23.q.nu. 10.
Binas nuptias cõtrahentem Epiſcopus poteſt punire dehoneſtando illum. 23.q.nu. 8.
Blaſphemorum punitio ad inquiſitores ſpectat.22.q.nu. 63.
Blaſphemi qui ſint late habes.6.quæſ. num. 14.
Blaſphemum, & hæreticum quid ſit. ibi.nu. 16.
Blaſphemiæ propoſito quid ſit. ibi.numer. 17.
Blaſphemare quid ſit.ibi nu. 18.
Blaſphemus quando dicatur habere in conſuetudine.ibi.nu. 20.
Blaſphemos circa ius canonicum mitius ſe habet quàm ius ciuile. ibi numer. 22.
Blaſphemæ propoſitiones.ibi.nu. 23.
Blaſphemia eſt mixti fori,& locus eſt præuentioni ibi.nu. 24.
Blaſphemia hæreticalis, & non hæreticalis ibi.nu. 25.
Blaſphemia quid ſit, uide late xxvij. q. numer. 1.
Blaſphemia poteſt eſſe ex ſurreptione uel ex deliberatione. ibidem.numer. 2.
Blaſphemia grauius peccatum eſt quàm homicidium reſpectiue. ibid. numer. 5.
Blaſphemantem conſuetum non excuſat iracundia. ibi.nu. 6.
Blaſphemans Deum ſi ſtatim oſtendit ſigna contritionis non punietur pœna ordinaria.ibi.nu.9.& 13.
Blaſphemans ſi illico retroceſſerit, a, blaſphemia excuſatur. ibidem. numer. 15.
Blaſphemia quotuplex ſit.ibidem.numer. 16.
Blaſphemans Deum quando uideatur ſuſpectus de hæreſi, ibidem. nu. 17.
Blaſphemans iratus quomodo ſit puniendus.ibi.nu. 18.
Blaſphemantis intentio eſt inquirenda ad hoc ut ſuſpectus de hæreſi reputetur,ibi.nu. 19.
Blaſphemans Deum punitur pœna pecuniaria uel uerberum ſecundum cõditionem perſonæ. ibi nu. 20.

Blaſ-

Blaſphemantis pœnam non poſſunt iudices remittere, ſicut poſſunt alias pœnas, ibid. nu. 21
Blaſphemiæ cauſa quæ ueniunt in mundum, omnino uide ibidem. numer. 22
Blaſphemans ſi eſt pauper & nobilis quomodo debet puniri, ibidem. numer. 23
Blaſphemans an ſit qui lapidem proiecit in crucem Domini. ibid. nu. 24
Breue apoſtolicum non faciens mentionem de litis pendentia non ualet. xxij. q. nu. 12

C

Canonicæ ſcripturæ quæ ſint. 22. q. num. 52
Catholicarum ueritatum gradus quot ſunt. 5. q. nu. 1
Calor iracundiæ non excuſat a blaſphemiis. 36. q. nu. 8
Capitulum. 24. ſapientiæ libri Salomonis de quo intelligatur ſecundum ſenſum literalem. xxij. q. numero. 49
Capitulum contra chriſtianos. de hæreti. lib. 6. habet locum in tranſeuntes uel redeuntes ad ritus paganorum, ſicut iudæorum. xxiij. q. numer. 56
Capturam rei an debeat præcedere ſummaria informatio. xxxij. q. numer. 22
Capitis pœna ſeu mortis quid comprehendatur de iure canonico. 25. q. num. 30
Canonis ſacri ſcriptores nullatenus errare potuerunt. 15. q. nu. 10
Catholicæ ueritatis primum, & ſecundum genus eſt eorum quæ in ſacra ſcriptura dicuntur & in epiſtolis Apoſtolorum uel alias ad nos peruenerunt. 30. q. nu. 44
Cauſa diſpenſationis quæ fuit ut antiqui patres poſſent uxores ducere. 23. q. nu. 28
Cautela idem eſt quòd ſecuritas. 36. q. nume. 17
Cauſæ meri imperij cur ſint delegabiles de iure canonico, & non de iure ciuili, ratio ponitur. 25. quæſt. numer. 40
Cenſura quadruplex illorum uerborum non me uideas hic male trãſire, quia in alio mundo non uidebis. 22. q. nu. 30. 32. 33. 34.
Cenſura multorum uerborum quæ dicuntur a malis hominibus. ibid. numer. 5
Cerimonialia obſeruauit Chriſtus, & uide in quibus conſiſtebant. 31. q. numer. 5
Cerimonialia Chriſtus & Apoſtoli ſuſtulerunt, ſed non ideo legem Moſaycam uiolauerunt. ibidem numero. 12
Concilium generale in ijs quæ fidei ſunt errare non poteſt. 5. quæſt. numer. 7
Contrarietas in dictis non excuſat delictum. 7. q. nu. 10
Concilium generale in fide non poteſt errare. 9. q. nu. 13
Conſilium authoris editum in cauſa Reginæ Anglicanæ. ibid. num. 14
Concilium generale quare conuocatur ad de-

ad determinationem cãrũ fidei ſi Papa hoc poßit ſolus. ibi.nu. 15
Concilia generalia congregari pro cauſis fidei utilißimum eſt, non autem neceſſarium, ibi.nu. 17
Concilij generalis congregatio ad Papam regulariter ſpectat. ibi.nu. 20
conſcientiæ caſus determinandi ſunt per doctores iuris, ſuper. q.x.nu. 1
conſtitutio iudæorum de non legendo aliqua capitula Bibliæ. 13.q.numero. 9
conſequentia an ſit bona, hæc aſſertio eſt contra dicta doctorum approbatorum ab Eccleſia, ergo eſt hæretica. 15.q.num. 3
concilium Baſilien. allegatur a pluribus doctoribus authenticis. 17.q.nume. 4
Concilium Baſilienſe paſſum eſt ſciſſuram. 17.q.nu. 2
conſequentia non eſt bona, dicere q. infantes in uentre ante octauum diẽ decedentes incircunciſi ſaluabantur, ergo idem ſit in infantibus decedentibus ſine baptiſmo in l. euangelica. 19.q.nu. 21
concilia quatuor generalia qua ueneratione ſunt tenenda. 21.q.nu. 12
concilium generale in tangentibus fidem non poteſt errare. ibid.nu. 16
concilio generali non eſt opus aduerſus hæreſes iam ſopitas, & determinatas, ibid.nume. 23
concilium congregari poteſt, ſi hæretici nolunt aliter redire niſi congregato concilio. ibi.nu. 25
concilium generale congregatum ſine authoritate Papæ eſt conciliabulum. ibidem.numer. 29
concilium generale & Papa non poſſunt ſtatuere contra euangelium. ibi. num. 30
contrahentes binas nuptias eodem tẽpore uidetur quòd iudex ſecularis puniat. 23.q.nu. 9
contrahere binas nuptias non ſolum ſapit hæreſim ſed eſt factum hæreticale. 23.q.nu. 65
cõſenſus uxoris primæ requirebatur a lhoc ut quis poſſet contrahere cum pluribus uxoribus. ibi.nu. 27. & 30
conſenſus primæ uxoris non requirebatur quando quis uolebat ducere alias uxores ſecundum aliquos, & reſpondet contrarijs. ibi.nu. 33
concubinatus nunquam fuit licitus ẽt antiquis patribus, & illæ mulieres quas concubinas uocabant erant uxores legitimæ. ibi.nu. 48
comparatiuum, & ſuperlatiuum aliquando retinent propriam naturã, aliquando non. 23.q.nu. 86
concilium poteſt errare in ijs quæ non ſunt fidei. 5.q.nu. 10
coniuratio dæmonis quando licite poteſt fieri. 11.q.nu. 7
conditio perſonæ cum qua contrahimus eſt inueſtiganda. xx.ij.q.numero. 88
confeßioni accuſati, ſi teſtibus comprobatur, ſtandum eſt. xxiiij.q.numer. 27
confeßio ſola mulieris maleficæ dicentis ſe maleficam, an ſit ſufficiens ad condemnationem eius. xxv.q.numer. 1
cogitatio de aliquo crimine committendo

te ideò non eſt punibilis. ibid.nu. 2
confeſsio hæretici ſola ſufficit ad condemnationem.ibi.nu. 4
confeſsio hæretici non nocet ei niſi ſit iudicialis.ibi.nu. 6
Confeſsio facta in pœnitentia non nocet in iudicio, nec abſoluit a iudiciali ibid.num. 7
Confeſsio ſacramẽtalis nullatenus poteſt reuelari nec in cauſa matrimoniali, nec hæreticali, contra Ludo. Roma. & ſequaces, ibi.nu. 8
Confeſsio ſacramentalis poteſt reſpectu facti reuelari, & reſpectu perſonæ de conſenſu illius.ibi.nu. 9
confeſsio extraiudicialis de hæreſi an noceat hæretico.ibi.nu. 10
confeſsio alicuius extra iudicium ſe tranſiiſſe ad ritus iudæorum, nocet. ibid.nu. 14
Conſcientia alicuius quomodo poteſt probari.ibi.nu. 16
Confeſsio extraiudicialis de alijs delictis quàm hæreſis facit indicium, & ibi late.nu. 18
confeſsio extraiudicialis debet probari per duos teſtes in criminalibus, ibid.nu. 19
confeſsiones plures extra iudiciales probatæ per teſtes ſingulares faciunt indicium, ibi.nu. 20
confeſsio extraiudicialis de delicto, ut reus non cogatur perſeuerare, debet ab eodem reuocari.ibi.nu. 22
confeſsio extraiudicialis de delicto, concurrentibus alijs, reuocari non poteſt.ibid.nume. 25
confeſsio facta coram iudice incapace eſt nulla.25.q.nu. 56
Confeſsio incidenter facta non nocet ut quis puniatur pœna ordinaria.ibi. num. 67
confeſsio facta coram iudice competente uel cuius iuriſdictio poteſt prorogari, in alio iudicio ualet.ibid. numer. 68
conſilio alicuius ſi eſt quid agendum, an teneamur illud ſequi. 26. quæſt. numer. 8
Conſilium.i. per conſilium talis, an ſit requirendum, & ſequendum. ibid. nume. 8
Conſilio.i. ſine conſilio talis, an ſit ſequendum.ibid.nu. 10
Conſilio ideſt de conſilio uel ex conſilio talis, quid agendum, ibidem, numer. 11
Conſilium, quando quis debet proferre ſententiam de conſilio aliquorum intelligitur. ſcilicet maioris partis, ibid.nu. 13
conſilium iniuſtum conſulens an teneatur ſequi, diſtingue ibid. numero. 14
Conſilium ideſt de & cum conſilio, quid importet.ibid.nu. 15
concilium generale non prohibet legi libros hæreticorum, ad impugnandum, libros hæreticorum hodie non curant Epiſcopi legere. 28. quæſt. numer. 9
Cõtumax, et pertinax æquiparãtur in iure, & de uno ad alterum licita eſt argumentatio.29.q.nu. 9
Contumax manifeſtus eſt qui dicit ſe nolle uenire, ibi.nu. 12
confeſsio iudicialis poteſt reuocari uſque ad ſententiam.ibi.nu. 28

Confitenti ſe cōmiſiſſe homicidiū nō creditur niſi ſua confeßio per teſtes adiuuetur, ratio ibi ponitur. 15.q.nu. 27
Concilium generale in ijs quæ ſunt fidei errare non poteſt. 30.q.nu. 18
Concilium generale errare poteſt in ijs quæ ſunt facti. ibi.nu. 22.
Concilium generale repreſentat totam Eccleſiam cui eſt ſtandum. ibi.nu. 28
Concilij generalis congregatio eſt multum utilis, & neceſſaria eccleſiæ. ibi. nu. 29
Conſuetudo blaſphemandi nō excuſat blaſphemos quominus puniātur iuxta qualitatē blaſphemiæ. 6.q.nu. 26
Conſuetudo conſideranda eſt, quando aliquid certi non habemus. 32.q.numero. 8
Conſequentia non tenet, Auguſtinus & alij doctores etiam ſancti hoc dicunt, ergo eſt uerum. 30.q.nu. 48
Conſulens punitur pluſquàm faciens. ibid.nu. 62
Corporum complexio ualet multum ad uariationem actuum humanorū. 16.q.nu. 8
Curſus cœleſtes ſi cogerent hominū uoluntates multa abſurda ſequerentur 16.q.nu. 9
Cum cōſilio alicuius quādo eſt aliquid agendum an ſit neceſſario illud ſequendū. 26.q.nu. 2
Cum conſilio illius qui non poteſt eſſe particeps officij, an ſit ſequendum. 26.q.nu. 4
Cum conſilio illius qui poteſt eſſe particeps officij, & habet poteſtatem a lege conſulendi. quid ſit. ibi.nu. 5
Cum conſilio alicuius qui poteſt eſſe particeps officij, & conſulens, habet poteſtatem ab homine. ibidem. numero. 6
Cum conſilio illius, qui eſt particeps officij. ibi.nu. 7
Curſus cœleſtes an neceßitent hominū uoluntates. 16.q.nu. 1
clam quando dicatur aliquid factum. 23.q.nu. 78
clauſula, ſummarie & de plano ſine figura & ſtrepitu, quid operetur, & quod non tollit quòd capitula inquiſitionis non tradantur reo. 34.q. numero. 31
clericus an debeat pro homicidio detrudi in monaſterium uel ad perpetuos carceres. xxv. quæſt. numer. 33
clericus pro homicidio an debeat detrudi in monaſterium uel ad perpetuos carceres, concordia notabilis, ſed fallit ibi.nu. 34
clerici intereſſentes iudicio ſanguinis ſunt irregulares, ibid. nu. 41
credulitas mala alicuius poteſt conſtare per teſtes. 8. q.nu. 10
creaturam unam mutari in alteram per alium quàm per Deum falſum eſt. 24.q.nu. 26
credere articulis fidei implicite quid ſit. 28.q.num. 31
crimina aliqua mixti fori eſſent, niſi qualitas aliqua impediret. 23.q.numer. 74
crimen hæreſis cum ſit eccleſiaſticum ad inquiſitorem pertinet punitio. ibi. nu. 73
crimen contrahentis binas nuptias eſt mixti fori ſcilicet ſecularis & eccle-

cleſiaſtici, ſi tamen non eſt ſuſpectus de hæreſi.ibi nu. 79
Criminoſus mixti fori poteſt puniri ab utroque iudice. 25. quæſtio. numero. 65
Chriſtus an ſeruauerit legem Moſaycam. 21.q.nu. 1
Chriſtus quòd non ſeruauerit legem Moyſi, argumentatur author ibidem nu. 6
Chriſtus obſeruauit legalia, probatur multis mediis ibi.nu. 7
Chriſtus curando infirmum in ſabbato an illud uiolauerit, ibidem. numero. 8
Chriſtus an uiolauerit legem tollendo libellum repudij.ibi.nu. 9
Chriſtus an uiolauerit legem prohibēdo uſuram.ibi.nu. 10
Chriſtus an uiolauerit legem præcipiēdo inimicos diligi.ibi.nu. 11
Chriſtus an ſubſtulerit diſtinctiones ciborum.ibi.nu. 13
Chriſtus quod nō uenit ſoluere legem, ſed adimplere, declarat ibi.nu. 14

D

David comedens panes propoſitionis & Sanſon ſeipſum occidens non peccauerunt, 30.q.nu. 9
Deciſio Rotæ incipiens accuſatus. de hære. quomodo intelligitur. 9.q. numero. 8
Delicta inquirere per inſpectionem aquæ, & ſimilium, ſapit hæreſim. q. 11.numer. 9
Delictum præſumitur in dubio apud forum conſcientiæ, ſecus quo ad forum exteriorem. 7.q.nume. 17
Delinquere in dubio quis non præſumitur. 23.q. nu. 83
Dæmon multa facit Deo permittente ad tentandum nos. 11.q. numer. 8
Dæmonem credere poſſe mutare unam ſpeciem naturæ in aliam, ſapit hæreſim manifeſte.q.11.nu. 6
Dæmones permittente Deo poſſunt mouere grandines, & tempeſtates in aere. 23.q.num. 16
Dæmonum coniuratio quando ſit uel non ſit reprobata. quæſt. 11. numer. 7
Defenſor catholicæ ueritatis quis eſt. xxx.q.num. 71
Declaratio non requiritur in pœnis quas delinquens ipſo iure incurrit. 33.q.nu. 41
Deus quare aſſumpſit humanitatem. 12.q.nu. 2
De facto uel de iure quādo dicatur aliquid fieri. xx.q.nu. 2
Deciſa in concilio generali ſunt in uoluntate Papæ in non concernentibus fidem. 21.q.nu. 28
Deus noluit uincere diabolum per potentiam ſed per iuſtitiam. xx. q. numer. 5
Deus poteſt facere quòd homo uiuat ſine cerebro.ibid.nu. 8
Deus eſt uniuerſalis prouiſior omniū animalium, etiam irrationabilium. ibid.numer. 9
Deus an potuerit liberare genus humanum, & redimere alio modo quam fecit, ibid.numer. 11

Deus,

Deus, mitius agitur cum Deo quàm cum hominibus.27.q.nu. 14
Deus non habet membra, contra aliquos hæreticos.ibid.nu. 28
Deus, ad naturam diuinam refertur ibid.nu. 29
Deo non ſunt attribuenda membra humana, eſt enim hæreſis damnata, ibi. num. 34
Dæmonem credere poſſe mutare naturam unius creaturæ in aliam ſapit hæreſim manifeſte.11.q.nu. 6
Diffinitio quid ſit ſecundum legiſtas, & canoniſtas, in præludijs nu. 1
Diffinitio ex quibus debet conſtare, ibid.nume. 2
Diffinitio quare in iure dicitur periculoſa, ibid.nu. 3
Diffinitio bona ex quibus debet conſtare ſecundum legiſtas, ibidem.numer. 4
Diffinitio quid ſit, & eius effectus.ibi. numer. 5
Diffinitum ſi non competit, nec diffinitio.ibi.nu. 6
Diffinitio, & deſcriptio differunt. ibi. num. 9
Diſtinctio magiſtralis, quando cognitio uel aſſertio aliqua hæretica ſpectat ad Theologos uel ad doctores iuris.x.q.nu. 17
Diſputare an liceat de fide catholica, & arguitur primo quòd non.13.q. nume. 1
Diſputare licitum uidetur de fide catholica, ibid.nu. 2
Diſputare de fide catholica quando licet, ibi.nume. 3
Diſputari de fide catholica non debet dubitando.ibi.nu. 13
Diſputari de fide catholica licet hæreticos confutando.ibid.nu. 14
Diſputare de fide licet gratia elucidandæ ueritatis.ibidem,nu. 15
Diſputationis commoda multa ſunt. ibid.nu. 16
Diſputatio de fide fieri debet coram ſapientibus, ibid.nu. 17
Diſputatio de fide cum infidelibus non eſt facienda coram ignorantibus non ſollicitatis ab hæreticis.ibid.nu. 18
Diſputatio de fide cum infidelibus neceſſaria eſt fieri coram ſimplicibus ſollicitatis ab infidelibus. ibid. numer. 20
Diſputans contra hæreticos debet eſſe doctus in Philoſophia.ibi nu. 21
Diſputandi modus tenẽdus contra hæreticos aut infideles ſeu iudæos.ibid. numer. 22
Diſputandi modus contra Mahometanos, ibid.nu. 32
Diſcordia eſt in pluribus inter doctores etiam.15.q.nu. 5
Dicta doctorum ſanctorum non ſunt tantæ authoritatis quin liceat illis contradicere.ibid.nu. 7
Dictis ſanctorum doctorum contradicere licet, exceptis illis quæ ſunt de fide catholica, & condemnatione hæreticorum, ibi.nu. 13
Die ultima iudicij finalis qui fuerint uiui, an morientur.18.q.num. 2
Dictio, maxime & præſertim, idem importanr, & in eis non procedit argumentum a contrario ſenſu.29.q.numer. 5
Diſcentes publice errores hæreticorũ.

hæretici manifeſti ſunt, ibid. nu. 23
Diſcordant in pluribus doctores ſancti ad inuicem, ideo eorum dicta non continent infallibilem ueritatem. xx. q. num. 51
Diſputantes maxime colerici ſi dicunt aliquam aſſertionem hæreticam eſſe catholicam an ſint puniendi tanquã hæretici ſeu temerarij. ibi. nu. 67
Diſputantes excedunt metas loquendi & incurrunt multotiens hæreſim, ibi l. nume. 68
Diſputantes tenentes aliquam aſſertionem hæreticam pro catholica cũ malenconia, & ira, quomodo ſunt puniẽdi, multa ſunt conſideranda. ibi numero. 69
Diſputare licet de uoluntate principis non de poteſtate. 22. q. nu. 5
Dolus & error quomodo diffiniantur & differant inter ſe, & quid de fraude. 23. q. nu. 80
Dogma falſum nõ eſt hæreſis. 1. q. nu. 2
Domus ex quibus conſtat. 2. q. nu. 6
Domo fracta uicini malæ famæ ſunt torquendi. 28. q. num. 26
Dominicæ diei ſolemnitas incipit a ueſpere ſabbati non autem ab alia hora ſabbati, ne uideamur iudaizare. 32. q. nu. 23
Donationem Conſtantini factam non eſſe Eccleſiæ aſſerens nõ eſt procul ab hæreſi. 17. q. nu. 14
Doctor unus poteſt conuincere communem opinionem. 5. q. nume. 11
Doctores approbati ab Eccleſia qui ſunt, ibid. num. 14
Doctorum ſanctorũ authoritas præualet authoritati Eccleſiæ. 9. q. nu. 5
Doctores iuris canonici, non ita penetrant canonem Bibliæ ſicut Theologi. x. q. nu. 15
Doctores ab eccleſia approbati qui ſint. 15. q. nu. 2
Doctores canoniſtæ tenent uirginẽ Mariam non eſſe conceptam in peccato originali. 15. q. nu. 11
Doctoris dictũ debet lege probari, alias eſt ſomnium. 28. q. nu. 3
Doctorum ſanctorũ dictis non eſt adeo ſtandum, quin liceat illis contradicere. 30. q. nu. 47
Dubitans in fide quomodo dicitur hæreticus. 3. q. nu. 6
Dubia debent in meliorem partem trahi. 7. q. num. 15
Dubia fidei quis poteſt determinare. 9. q. nu. 1
Dubia facta uel uerba in melius ſunt interpretanda. 29. q. nu. 19

E

Eccleſia Apoſtolica nunquam hæreticauit. ix. q. nu. 2
Eccleſia an erret in canonizatione ſanctorum, aut poſſit errare. 17. q. nu. 7
Eccleſia an ſit maioris authoritatis quàm Euangelium. 21. q. nu. 2
Eccleſia non poteſt ſtatuere contra Euangelium. ibid. nu. 17
Eccleſia non iudicat de occultis ſicut Deus. 22. q. nu. 24
Eccleſia in ijs quæ ſunt fidei errare nõ poteſt. 30. q. nu. 17
Eccleſia an poſſit errare in ijs quæ facti ſunt. ibid. nu. 23
Eccleſia multa obſeruat quæ non reperiuntur in ſacra ſcriptura. ibidem.

dem nume. 45

Eccleſiæ authoritas multum ualet et quòd in ſacra ſcriptura non reperiatur ſcriptum quod ipſa ſtatuit. ibid. nume. 46

Eccleſia non iudicat de occultis ſed de manifeſtis 42.q.nume. 7

Eccleſia ligat excommunicatione omnino occultum, licet de eo non iudicet, ibid.nu. 18

Eccleſia excommunicat peccatorem occultum licet de peccato ſibi non cõſtet.ibid. numer. 19

Eccleſia excommunicans hæreticum occultum non iudicat de illo ut aliqui falſo ſibi perſuadent.ibidem.numer. 26

Eccleſia quando excommunicat hæreticum occultum non profert iudiciũ. ibidem numer. 34

Ebrius uel dormiens blaſphemans an puniatur, ultra dicta latius in.xxxv. q.in quinta cõcluſione.ui.27.q.n.15

Ebrius delinquens quomodo ſit puniẽdus.36.q.numer. 13

Electores debent eligere epiſcopum ſecundum Deum & conſciẽtiam, quia non ſufficit ſequi puram conſcientiam. xxij. q. nume. 37

Epiſcoporum inſtitutio & officiũ quale ſit. q. 11. numer. 12

Epiſcopus poteſt procedere contra tenentem propoſitionem habentem hæreſim explicitam.8.q.nu. 7

Epiſcopus damnat aliquem de hæreſi, & index ſecularis.x.q.nu. 7

Epiſcopus an potius ſit eligẽdus Theologus quàm Canoniſta. ibidem. numer. 14

Epiſcopus & inquiſitores contra quos poſſunt procedere. 11. q. numer. 10

Epiſcopi non habentes carceres ordinarios prout.§.ſanè.Clemen.multorum. requirit, an poſſint procedere contra hæreticos. xxiij. q. numero. 63

Epiſcopus habens merum imperium poteſt cauſas criminales delegare, uide ſupra eadem. q. num.36.25.q. numer. 39

Epiſcopus ꝙ debeat defendere ſuos pœnitentes, qualiter intelligatur.ibi. numer. 62

Epiſcopi & alij prælati debent ſcire ſcripturam ſacram ad inſtruendum alios.28.q.nu. 18

Epiſcopus uel inquiſitor debet oſtendere accuſato de hæreſi quòd ſua opinio eſt erronea.xxx. q. nu. 56

Epiſcopos, & inquiſitores monet quid debeant facere in monendo hæreticos ut deſiſtant ab erroribus. ibid. numer. 59

Epiſcopi & inquiſitores debent eſſe ſolliciti in inquirendis hæreticis. 33. q.numer. 24

Epiſcopi ſeu inquiſitores poſſunt punire eos qui tenent aſſertiones hæreticas.x.q.nume. 1

Error in ſcientijs non eſt ſemper hæreſis.1.q.nume. 3

Errores circa impunitatem peccatorum, & ibi uidebis de illis uerbis peccantium, Non me uideas hic male tranſire, quia in alio mundo non uidebis me mala pati.xxij.q.numer. 29

Er-

Error credentium quòd ſola fides ſaluat hominem.ibi.nu. 32.

Error, immo hæreticum eſt dicere quòd Deus non punit peccata in alio mundo.ibid.nu. 34.

Error in eo qui contrahit binas nuptias ſimul poteſt dupliciter conſiderari, facti ſcilicet & iuris. 24.q.nume. 84.

Error facti alicuius uel proprij an totaliter excuſet.ibi.nu. 85.

Errantem ab errore debemus reuocare.xxx.q.nu. 78.

Error credentium quòd ſola fides ſaluat hominem ſine charitate & operibus.22.q.nu. 32.

Euangelium infamare eſt blaſphemare contra Deum.21.q.nu. 5.

Euangelium quare legitur a diacono, & epiſtola a ſubdiacono.ibidem.numer. 13.

Euangelia quatuor præferuntur authoritati eccleſiæ. ibid.nu. 15.

Euidentia rei ſuperat omnem ſpeciem probationis.35.q.nu. 3.

Equiparatis duobus in iure, ſtatutum in uno habet locum in altero. xxix.q.nu. 10.

Excuſatio non eſt bona dicentis, ego uſus ſum uerbis ſacræ ſcripturæ pro ut cantant, ſi hæreſes incurrat. 14.q.num. 5.

Exceptio non extenditur, nec ampliat regulam in non exceptuatis. 18. q. num. 23.

Excuſatur quis a dolo falſæ propoſitionis ſi habet doctorem pro ſe, maxime præceptorem.21.q.nume. 3.

Excuſatur quis aliquando a parte, ſed non a toto.xxiij.q.nu. 87.

Extrauagans Leo. x. prohibens ſcripta Lutheri legi non comprehendit Epiſcopos, inquiſitores, & doctos ad impugnandum.28.q.nu. 8.

Excommunicatus iuſte decedens in excommunicatione damnatur. 22. q. nume. 25.

Excommunicandus non eſt quis pro ſola uoluntate.33.q.nu. 8.

Excommunicatio eſt pœna grauis, & medicina, ibidem num. 25.

F

Factum hæreticale includit malam credulitatem. viij. quæſt. nume. 12

Factum quid præſumitur in dubio tẽpore licito.17.q.nu. 3.

Falſum eſt dicere quòd Archiepiſcopus Florẽtinus dixerit Papam Martinum diſpenſaſe ut germanus duceret in uxorem germanam. xxj. quæ. nume. 48.

Falſarius præſumitur qui habet penes ſe inſtrumenta falſa. 28. quæſt. numer. 23.

Falſum Chriſtus & Apoſtoli non potuerunt dicere.30.q.nu. 14.

Familiaritas cum hæreticis non facit quem hæreticum.ibi.nu. 25.

Familiaritas, & conuerſatio cum hæreticis inducunt ſuſpitionem hæreſis.32.q.nu. 20.

Familiaritas ſeu conuerſatio cum malis adiuuat dubiam præſumptionem. ibi.nu. 21.

Fauores debent extendi & odia reſtringi.

ſtringi.23.q.num. 5.
Fautor hæreticorum, ſeu auxiliator, ſeu defenſor in quibus peccant.xxx. q.num. 64
Fautor & defenſor hæreticorum eſt, qui inquiſitores impugnant ne contra eos procedant, ibid. nu. 70
Fœminæ quare potius inuoluūtur hoc crimine maleficarum quàm homines. 24.q.nu. 10
Fœminis iura ſubueniunt in multis ob earum fragilitatem.ibi.nu. 11
Fides non habet meritum ubi humana ratio præbet experimentum, quomodo intelligitur.13.q.nu. 27
Fides non eſt adhibenda teſti non deponenti uerisimile. xxxv. quæſt.numer. 4
Fortuna gubernare hominum actus error gentilium eſt. 15. quæſt.numer. 13
Fortunam eſſe reprobatur, ibidem.numero. 14
Furi par eſt occultator alienæ laudis. 5.q. num. 1

G

GEminatus actus maiorem animi affectum oſtendit.xxxij.q. nume. 18
Gloſæ intellectus in cap. Anaſtaſius. xix. diſtinct. ſuper.ix.q.nu. 18
Glo.in.§.ſane. cap. accuſatus libr. 6. non eſt uera indiſtincte. 11. quæſt. num. 3
Glo.in ca.ſunt quidam.xxj.quæſt.numer. 39
Glo.reprobatur in cap. cum olim.primo.de priuil. intellectus quæ traditur.34.q.nu. 38
Græci, & Abbas Ioachin an fuerint hæretici ante declarationem Eccleſiæ.1.q.nu. 12
Græci non negabant purgatorium, ſed ignem purgatorij. xxij quæſ.numero. 62

H

HÆreſis quid ſit.1.q.nu. 1
Hæreſis uera diffinitio contra Ocham.1.q.nu. 4
Hæreticus non eſt qui facit contra præcepta decalogi.ibid.nu. 5
Hæreticus eſt qui dicit non eſſe peccatum illud quod a Deo prohibetur. ibid.nu. 6
Hæretici non ſunt Iudæi & alij infideles.ibid.nu. 7
Hæreſis diffinitio data impugnatur. ibid.nu. 8
Hæreſes an ſint ueteres uel nouæ.ibid. num. 9
Hæreſes quando poſſent dici nouæ.ibi. num. 10
Hæreſis ut ſic dicatur an requiratur authoritas Eccleſiæ. ibid.nu. 11
Hæreticus quis propriiſsime dicatur. 2.q.nu. 1.
Hæreticum faciunt quinque neceſſaria.ibid.num. 2
Hæreſis non eſt factum contra legem Dei niſi error inſit.ibid.nu. 5
Hæreſim eſſe uel non eſſe ad eccleſiam ſpectat determinare. ibidem. numero. 8
Hæreticus ut dicatur neceſſe eſt ut pertinaciter

tinaciter ſuum errorem defendat. ibid.num. 9
Hæreticus non eſt qui per ignorantiam male ſentit.ibid.nu. 11
Hæreticus quis ſit ſecundum Theologos,ibi.nu. 11
Hæreticus ut cenſeatur qui dicit uſuram non eſſe peccatum requiritur pertinacia.ibi.nu. 13
Hæreticus eſt qui propter gloriam nouas gignit opiniones in ijs quæ fidei ſunt,ibid.nu. 14
Hæreticus non eſt qui per lubricum linguæ uel ioco aliquid dicit contra fidem. tertia quæſtione. numer. 10
Hæretici pertinacis pœna eſt ignis.ibi. numer. 16
Hæreticus deſiſtens a pertinacia admittitur ad pœnitentiam.ibidem.numer. 17
Hæreticis relapſis non parcitur, ibid. nume. 18
Hæretici aſſertio quæ ſit. quarta quæ. nume. 4
Hæreſes ſunt ſine reprobatione Eccleſiæ.ibi.nu. 6
Hæretica aſſertio eſt quæ contradicit ueritati catholicæ in propria uerborum forma.5.q.nu. 4
Hæretica aſſertio eſt quæ contradicit ſacræ ſcripturæ ex deductis in neceſſaria conſequentia. ibidem.numer. 5
Hæretica aſſertio eſt quæ contradicit ijs quæ nobis ab Apoſtolis traduntur.ibi.nu. 6
Hæretica aſſertio eſt non credere determinatis ab eccleſia in ijs quæ ſunt fidei ibi.nu. 9
Hæreticus eſt qui dixit uerba hæretica,& credit eſſe uerum quod dixit 7.q.num. 6
Hæreſis explicita aut implicita quæ ſit.8.q.num. 2
Hæreſim damnatam ab Eccleſia particulari tenens non eſt excommunicatus,nec hæreticus. nona quæſt.numero 9
Hæretica aſſertio ſeu catholica an ſit ad quem ſpectat diffinire, Theologo an iuriſtæ, decima quæſtione. numer. 1
Hæreſes multæ damnatæ in decretalibus, ſexto, & clementinis, ibid. numer. 5
Hæreticus an ſit cenſendus quis, cognitio ſpectat ad doctores. ibid. numero. 18
Hæreticos puniendi modus, & contra eos procedendi ſpectat ad doctores iuris,ibid. num. 19
Hæreſis eſt iurare per pudibunda Chriſti & eius intemeratæ matris. 6 q. numer. 21
Hæreticorum cohertio ad quos ſpectet. quæſtion. 11. numer. 2. & eorum conditio qualis ſit. q. ead. numer. 12
Hæreticus condens monaſterium, ſi poſtea damnetur illud monaſterium non debet deſtrui, idem de quolibet bono opere. 12. q. numer. 11
Hæretici damnati inſignia debent deſtrui.ibid.nume. 12
Hæretici operibus damnatis tanquam hæreticis, intelliguntur etiam damnatam

natam quæ non ſunt hæretica. ibid. nume. 13.

Hæretica, & blaſphema eſt aſſertio, di cere curſus cœleſtes cogere uolunta tes hominum. 16. q. nu. 11.

Hæretici non ſunt uocandi ad conciliū ſi perſeuerent in ſuis hæreſibus. 21. q. nu. 26.

Hæreticum an ſit dicere, ſolum eſſe du plicem paradiſum, ſcilicet cœlum em pireum, & beatificam uiſionem ſan ctorum, & quòd non eſt dandus pa radiſus terreſtris. xxij. quæſt. nu mer. 10.

Hæreticum an ſit dicere quòd excom municatus decedens in excommuni catione non damnetur. ibidem nu mer. 2.

Hæreticum eſt dicere quem non eſſe ob ligatum intrare religionem, ſi hoc uo uerit, & de iuramento plura. ibid. num. 36.

Hæreticum eſt dicere profeſſum reli gionem poſſe ducere uxorem, ibid. nume. 38.

Hæreticum eſt dicere, ſi in hoc mundo non habeo uxorem in alio habebo, ibidem nu. 39.

Hæreticum eſt dicere quòd quilibet po teſt ſaluari in ſua ſecta ſeu lege, ibi dem num. 40.

Hæreſim manifeſtam ſapientia quæ ſint. 24. q. num. 1.

Hæreticus non minus eſt tranſiens ſeu rediens ad ſectam agarenorum quàm tranſiens ad ſectam iudæorum. ibi. nu me. 58.

Hæreſim manifeſtam ſapiens quando aliquid dicatur, uide magiſtraliter, & declaratur. §. ſane. c. accuſatus, de hæreſi. lib. 6 ibid nu. 66.

Hæreticum an ſit credere quòd bro xiæ mulieres uadant de nocte corpo raliter. 24. q. nu. 5.

Hæreticum non eſt credere quòd mu lieres portentur de nocte a dæmone per uaria terrarum ſpacia, ibidem. nume. 13.

Hæreſis crimen ſola cogitatione com mittitur. 25. q. nu. 3.

Hæreticus mentalis punitur ab inquiſi tore ſi ei conſtet de mente hæretici. ibid. nu. 5.

Hæreſis habet cauſam continuam ſi cut furtum. ibi. nu. 11.

Hæreticus ubicunque inuenitur ibi po teſt puniri. ibid. nu. 12.

Hæreticus conuictus ſi confiteatur a liud delictum non poteſt de illo deli cto puniri ab Epiſcopo uel inquiſito re. ibid. nu. 66.

Hæreſim perfectam tria faciunt ſecun dum Alex. de Ales, uel duo ſecun dum alios. 28. q. nu. 13.

Hæreticus non iudicatur ex præſum ptione hominis. Ibid. num. 15

Hæreticus non iudicatur per ſigna æ quiuoca. ibid. nu. 16

Hæreticus moriens ſine reuocatione hæreſis damnatur. ibid. nu. 20

Hæreticus pertinax eſt qui dicit ſe nol le deſiſtere ab errore. xxix. q. nu. 11

Hæretici ſunt manifeſti defenſores er rorum hæreticorum. ibi. nu. 19

Hæreticus manifeſtus eſt, qui coram ſuo prælato conuictus eſt de hæreſi, aut confeſſus. ibi. nu. 26

Hæretici condemnati à ſuis prælatis pertina-

pertinaces cenſentur.ibid.nu. 31
Hæreticus etiam occultus ab Eccleſia ſeparatus eſt.ibid.nu. 38
Hæreticus eſt ſiue ſit inuentor hæreſis ſiue ſectator ibi.nu. 40
Hæreticus iudicandus eſt,qui palam te net hæreſim, licet in occulto ſit fidelis ibi.nu. 41
Hæretici uolunt habere ſequaces, & uolunt uideri eſſe ſingulares.ibidem nu. 42
Hæretici frequenter fiunt cauſa aſſequendi principatum.ibi.nu. 42
Hæretici manifeſti qui ſint.30.q.nu. 3
Hæreticus non excuſatur ſi odio uel amore,aut ambitione hæreticus factus eſt.ibi.nu. 4
Hæretici manichei uetus,& partem noui teſtamenti reſpuebant.ibid.nu. 13
Hæreticus pertinax eſt negans ea quæ publice prædicantur in Eccleſia,puta quòd Chriſtus non fuit crucifixus, &c.ibi.nu. 30
Hæreticus non eſt qui paratus eſt corrigi de aſſertione contrarij alicuius articuli contenti in ſymbolo fidei, quem uериſimiliter poterit ignorare. ibi.nu. 36
Hæreticus pertinax eſt,qui negat articulum diuulgatum,etiam ſi ſit paratus corrigi,admittitur tamen ad miſericordiam ſi redierit.ibi.nu. 37
Hæreticus pertinax eſt qui negat aſſertionem aliquam catholicam quam antea fuerit confeſſus.ibi.nu. 38
Hæreticus eſt aſſerens aliquid contra prophetas. Euangeliſtas,ſeu Epiſtolas ſancti Pauli.ibi.nu. 42
Hæreticus eſt, qui ſacræ ſcripturæ aliquid abſtulerit uel addiderit,ibi. numero. 43
Hæreticus non eſt qui tenet contra doctrinam ſancti Auguſtini & ſimiliũ doctorum,ibid.nu. 49
Hæreticus non eſt qui contradicit dictis ſanctorum doctorum.ibidem numero. 53
Hæreticus pertinax eſt qui deprehenſus in hæreſi non uult reuocare errorem ſuum ibi.nu. 54
Hæreticus deprehenſus a iudice,correctus debet ſtatim reuocare errorem ſuum,ibid.nu. 55
Hæreticus correptus etiam a priuato debet reuocare errorem ſuum. ibid. nu. 57
Hæreticus quando monetur, ut deſiſtat ab errore debet legitime moneri, uide praticam ibi.nu. 58
Hæreticus pertinax eſt qui inducit aliquem ad hæreſim, uel ut hæreſim nõ relinquat.ibid.nu. 60
Hæreticus ut non poßit cogi impediẽs punitur uti fautor hæreticorum. ibi. nu. 63
Hæreticus pertinax eſt, qui non uult ſe ſubijcere iudicio Eccleſiæ. ibidem nu. 72
Hæreticus pertinax non eſt qui non cedit cuilibet dicenti ſuam propoſitionem eſſe hæreticam. ibidem numero. 74
Hæreticus quis poteſt eſſe in foro conſcientiæ ſed non in foro eccleſiæ. ibi. nu. 76
Hæreticus ſi corrigatur a peccato ſtatim deſiſtere debet, alias pertinax eſt.ibi.nu. 77

Hæreticus pertinax eſt qui proteſtatur ſe nunquàm reuocaturum, ſi tamen ſe reuocauerit, eccleſiæ reconciliatur, ibid.nu. 79

Hæreticus eſt pertinax qui prohibet catholicam ueritatem prædicari. ibi. nu. 82

Hæreticus pertinax eſt, qui iubet aſſertiones hæreticas prædicari, & catholicas inhiberi, ibi.nu. 84

Hæreticus pertinax eſt, qui uſque ad mortem perſeuerat in errore & non fuit eccleſiæ reconciliatus, ibidem numero. 86

Hæreſis crimen hoc habet ſpeciale, ut ſola cogitatio mentis puniatur. 32.q. nu. 15

Hæreticus credens quis dicatur. ibid. nu. 16

Hæreticus occultus an ſit excuſatus tam a iure quàm ab homine. 33.q.numero. 1

Hæreticus occultus quomodo capiatur in propoſito ibid.nu. 3

Hæreticus omnino occultus quis dicatur. ibid.nu. 5

Hæreticus omnino occultus non uidetur quòd ſit dicendus excommunicatus, argumentatur ibi.nu. 6

Hæreticus occultus non eſt excommunicatus a iure uel ab homine ſecundum aliquos doctores, ibidem numero. 10

Hæreticus omnino occultus eſt excommunicatus, & excommunicari poteſt a iure & ab homine, ibidem numero. 11

Hæreſis eſt contagioſa, & hæretici sũt expellendi a locis ſicut morbidi. ibi. numero. 21

Hæreſis eſt ſicut caput ſerpentis. ibid nu. 22

Hæretici occulti bona ipſo iure ſunt cõfiſcata etiam in foro conſcientiæ, ibi. nu. 27

Hæreticus eo ipſo quòd eſt hæreticus conſentit in pœnam quæ hæreticis imponitur. ibi.nu. 19

Hæreticum reconciliare ſpectat ad Papam, uel eius delegatum, ibidem numero. 31

Hæreticus occultus qui ſibi dixit uel alteri hæreſim excommunicatus eſt, ibi.nu. 31

Hæreticus occultus per ſe eſt excommunicatus, & reprobatur opinio Gaietani, & ſequacium, ibi.nu. 32

Hæreticus qui non ſit excommunicatus non eſt dandus, ibi.nu. 36

Hæretici bona non occupantur niſi lata ſententia ſuper crimine. ibidem. numero. 39

Hæreticus in uno articulo fidei, an uideatur hæreticus in omnibus alijs. 34.q.nu. 14

Hæreſim unam abiurans, & in alteram incidens cenſetur eſſe relapſus. ibid. nu. 15

Hæreticus non eſt iudicandus quis ob propoſitionem ambiguam, licet illa prohiberi poſſit, ibi.nu. 50

Hæreticum uerbum dicens ſerioſe, & credens, ut hæreticus damnatur. 36.q.nu. 1

Hæreticam aſſertionem dicens continẽtem hæreſim damnatam quomodo debeat puniri, ibi.nu. 3

Hæreticam aſſertionem dicens nõ dam-

natam quomodo puniatur, ibi. numero. 4
Hæreticam aſſertionem dicens nolens ſe ſubijcere Eccleſiæ quomodo ſit puniendus. ibi. nu. 5
Hæreticam aſſertionem dicẽs, ſi eſt idiota, excuſatur certo modo. ibi. numero. 6
Hæreticam aſſertionem dicẽs, ſi ſtatim non redit, ſed patitur ſe præueniri, non parcitur ei. ibidem num. 7
Hæreticum uerbum dicens non ex animo, ſeu ex errore intellectus quomodo ſit puniendus, ibi. nu. 10
Hæreticum uerbum dicens ex quadam læuitate quomodo debeat puniri, ibi. nu. 11
Hieronymum laudat Auguſtinus. x. q nu. 20
Hyſtoria alicuius ſancti recepta ab eccleſia an ſit tantæ authoritatis ſicut euangelium. 21. q. nu. 1
Homo fuit creatus cum libero arbitrio. 21. q. nu. 10
Homicidium dicenti ſe commiſiſſe non creditur niſi probetur. ſuper. 25. q. nu. 24
Homicida qua pœna eſt puniendus, uide plura ibi ad hoc. nu. 29
Homicidarum pœna tam laycorũ quàm clericorum quæ ſit ibi. nu. 32
Homicidium committitur ſiue per ſe, ſiue per alium, ibi. nu. 37
Homicidium ſi quis fecerit in loco, & punitur pœna pecuniaria, non poteſt alibi puniri, ibi. nu. 63
Homicidium faciens ex laſciuia nõ punitur pœna naturali delicti. 36. q. numero. 15
Humani iuris conditio ſemper in infinitum decurrit & nihil eſt in eo quod ſtare poſsit perpetuo. 22. q. nu. 1

I

Idiota qui non tenetur credere explicite fidem catholicam, licet etiam poſſet errare, non eſt hæreticus iudicandus. 30. q. nu. 26
Idolatricis ueſci quid ſit. ibid. nu. 11.
Ignorantia eorum quæ fidei ſunt, & manifeſta, allegari non poteſt. 22. q. nu. 27
Ignorare non licet etiam minoribus iura naturalia, nec ſacramenta. 23. q. nu. 71
Ignorantia iuris dubij æquiparatur ignorantiæ facti alieni. ibi. nu. 72
Ignorantia aſinina eſt ignorare quæ in Eccleſia quotidie ennunciantur. 29. q. nu. 16
Ignorantia periti in arte non excuſat eum ſi in ea delinquit. ibi. nu. 17
Ignorantia an probetur per iuramentum. 30. q. nu. 32
Ignorantia non poteſt allegari ab eo qui ſemel aſſeruit aliquam aſſertionẽ catholicam, ſi poſtea illam neget. ibi. nu. 40
Incubi & ſuccubi quomodo inducunt homines ad peccandum. 24. q. nu. 22
Incubi & ſuccubi quare exercẽt illos actus circa homines uel mulieres. ibi. nu. 23
Indicium, præſumptio, & ſemiplena probatio quomodo differunt. 34. q. nu. 38
Inceſtuoſus punitus a iudice Eccleſia-

ſtico poteſt etiam puniri a ſeculari, uide multa ſimilia. 25.q.nu. 59

Infantes decedentes in uteris matrũ uel in exitu a uulua ſine baptiſmo an ſaluentur precibus propinquorum, argumentatur primo quòd ſic. 19. q. nu 1

Infantes in uteris maternis decedentes non ſaluari precibus propinquorum defenditur ibi.nu. 2

Infantes decedentes ſine baptiſmo qua pœna puniuntur.ibi.nu. 3

Infantes in uteris maternis decedentes quare non ſaluantur. ibidem numero. 5

Infantes in uteris maternis decedentes, an ſaluentur uel non, ibid. numero. 6

Infans qui non eſt extra uterum quare non poßit baptizari.ibid.nu. 8

Infantibus exiſtentibus in uteris maternis quare Deus non adhibuit remedium, ibi.nu. 9

Infantes in uteris maternis quando cõtrahunt originale peccatum, ibi.numero. 10

Infantibus uterinis quare non eſt prouiſum de remedio.ibi.nu. 11

Infans ductus ad baptiſmum ſi moriatur in uia non ſaluatur, & ideo non eſt ſepeliendus in eccleſiaſtica ſepultura.ibi.nu. 16

Indiuidui partem faciens nihil facere uidetur. 32.q.nu. 10

Infantes occiſi pro Chriſto baptizantur baptiſmo ſanguinis. 19.q.nu. 22

Infantes ſine baptiſmo decedentes non ſaluantur in fide parentum. ibid. numero. 27

Infantis occiſio horribilior eſt quàm maioris. 25.q.nu. 31

Inferior debet conſulere ſuperiorem quando uidet literas eſſe ſubreptitias. 22.q.nu. 4

Inferior non debet exequi mandatum ſuperioris quando eſt inhoneſtum. ibi.nu. 5

Innocentij dictum excuſantis idiotas ab hæreſi quomodo intelligatur. 23. q.nu. 70

Inquiſitor aduertat quando admittit hæreticum ad pœnitentiam. 3. q. numero. 19

Inquiſitores poſſunt punire tenentes aſſertiones ſapientes manifeſtam hæreſim. 11.q.nu. 2

Inquiſitio furti per inſpectiones aquæ uel manus oleo unctæ ſapit hæreſim manifeſtam ibi.nu. 9

Inquiſitores an procedant contra habentes plures uxores eodem tempore, primo arguit quòd non. 23.q.nu. 1

Inquiſitores non uidentur poſſe cognoſcere de contrahentibus binas nuptias eodem tempore, & ibi quis delinquit plus qui clam aut qui palam. ibi.nu. 13

Inquiſitores poſſunt punire contrahentes binas nuptias.ibi.nu. 14

Inquiſitores & Epiſcopus debent ſeruare clem.multornm quærela.de hæreti.ibi.nu. 62

Inquiſitores procedere poſſunt contra habentes plures uxores. ibid. numero. 64

Inquiſitores poſſunt hæretico iniungere pœnitentiam de uſuris reſtituendis abſque aliqua cognitione

super

ſuper uſuris.25.q.nu. 75

Inquiſitionis *ſeu accuſationis capitula debent traddi reo, cui reus debet reſpondere.34.q.nu.* 23

Inquiſitores *non arctantur procedere ſummarie, & de plano in cauſis fidei contra hæreticos.ibi.nu.* 30

Inquiſitio *quæ fit contra hæreticos in prouincia eſt generaliſſima cõtra omnes perſonas de hæreſi ſuſpectas ibi.nu.* 36

Iracundiæ *calor quando excuſet, & faciat actum nullum.27.q.nu.* 3

Iracundiæ *calor in delictis non excuſat delinquentem ibi.nu.* 4

Iracundiæ *calor nõ excuſat a toto, ſed a tanto etiam in perpetrato homicidio.ibi.nu.* 7

Iracundiæ *calor probandus eſt adhoc ut excuſet a delicto.ibi.nnm.* 8

Irregularitatis *incurſus cauſatur ſiue quis per ſe ſiue per alium aliquem occidat, uel mutilet.25.quæſtio.numero.* 36

Irregularitas *contracta ex homicidio uel membri mutilatione non tollitur per generalem indulgentiam conceſſam, ut abſoluatur ab omnibus peccatis & offenſis, quare requiritur ſpecialis commiſſio.ibid.nu.* 42

Inſtrumentum *eſt probatio probata, & confeſſio.24.q.nu.* 29

Inſtrumenta *ſunt probationes probatæ, & non ſimplices probationes.28.q.nu.* 2

Intellectus*.l.omnis diffinitio.ff. de regu.iur.in præludijs.nu.* 8

Intellectus*.l.ij qui ſanctam.c.de apoſta.3.q.nu.* 20

Intellectus*.c.ad abolendam.in prin.de hære.8.q.nu.* 5

Intellectus*.c.quoties.28.q.1.ibid.numero.* 6

Intellectus*.§.inhibemus.d.c. quicunque.de hæreti lib.6.communis ibi reprobatur.13.q.nu.* 5

Intellectus*.d.§.inhibemus, corroboratur ibid.nu.* 11

Intellectus*.c.Sancta Romana Eccleſia 15.diſt.21.q.nu.* 9

Intellectus*.c.ad monaſterium.in fin.de ſta.mona.23.q.nu.* 43

Intellectus *ſiue declaratio. ca.ſi iudex laycus, de ſent.excom, lib.6.25.q.nu.* 54

Intellectus*.§.de quæſtio.in uerſicu.pro hæreſis crimine.d.c.accuſatus. de hæret.lib.6.ibid.nu.* 76

Intellectus*.l.quicquid.ff. de regu.iur. & l.diuortio.ff.de repud.27.q.numero.* 12

Intellectus*.c.ſi quis per capillum.22.q.1.ibi.nu.* 38

Intellectus*.c.ſane.uerſicu. & ſi forte. 24.q.2.28.q.nu.* 18

Intellectus*.c. dicit Apoſtolus.24.q.3.late ſuper 29. quæſtione numero.* 3

Intellectus *capitul.ſuper quibuſdam.§.1.de uerborum ſignificatio. ibidem nu.* 23.33

Intellectus*.c.cur Cæleſtinus.24.q.2.ibi.nu.* 34

Intellectus*.c.hæc eſt fides.24.q.2.ibi.nu.* 35

Intelligere *ſacram ſcripturam aliter quàm ſpiritus docuit quomodo intelligitur.ibi.nu.* 37

Intellectus.c. j. de hæreti.in antiquis. ibi.nu. 39

Intellectus & practica.c. cum contumacia de hæreti.lib.6.30.q.nu. 7

Intellectus.c. j. de hære. in decretalibus.33.q.nu. 4

Intellectus glo.in c. cum quis.de ſent. exco.lib.6.ibi.nu. 37

Intellectus.c.excommunicamus.§.cum uero accuſatus. de hære. in antiquis. & lib.6.34.q.nu. 13

Intellectus cle.ſepe.de uerbo. ſigni. in uerbo litis conteſtationem. ibi. numero. 26

Intellectus deciſiōis Rotæ.Decclxxvj. incipientis.accuſatus.ibi.nu. 51

Intellectus.c.ſuper eo.& c. ad abolendam.§.illos,de hære.25.q.nu. 26

Intellectus. c. 24. eccleſiaſtici. 22.q. nu. 49

Intellectus.l.quicunque.C.de hære §. ſi 28.q.nu. 5

Intentio accuſati ualde inquirenda eſt qua de cauſa contraxerit ſecundas nuptias.23.q.nu. 69

Intentio, & animus quomodo poſſunt probari.25.q.nu. 15

Interpretatio uerborum in dubio fit ad excuſandum delictum.7.q.numero. 11

Interpretatio iuris naturalis ad moralem philoſophiam ſpectat ad doctores iuris.x.q.nu. 12

Interpretatio iuris diuini tangens ſpiritualem ſpectat ad theologos. ibid. nu. 12

Interpretatio eſt duplex ſecundum iuriſtas ſcilicet neceſſaria & probabilis.13.q.nu. 25

Interpretatio obſequitur & obſequi debet euangelio,alias non eſſet interpretatio.21.q.nu. 39

Interpretatio quatuor modis in iure capitur.21.q.nu. 40

Iniuriarum actio an tollatur ſi iniurians infra.30. dies retroceſſerit ab iniuria.27.q.nu. 10

Iniuriarum actio an tollatur per pœnitentiam ante reuocationem ad animũ iniuriati, de clauſula rebus ſic ſtantibus,ibidem nu. 11

Inuocatio dæmonum poteſt ſapere hæreſim manifeſte, & non ſapere hæreſim.11.q.nu. 4

Inuocatio dæmonis ad ſciendum futura quare ſapit hæreſim manifeſte.ibidem nu. 5

Inuocatio brachij ſecularis ab eccleſiaſtico facta ſi fuerit, iudex ſecularis poteſt examinare proceſſum. 25. q.nu. 47

Ioſeph ſponſus uirginis Mariæ an erat uiuus tempore paſſionis chriſti. 6.q. nu. 6

Iudayzare eſt tranſire uel redire ad ritus iudæorum 2.q.nu. 7

Iudayzare quid ſit,& tranſiens uel rediens ad ritus iudæorum eſt hæreticus.25.q.nu. 14

Iudayzantes quare ſeruāt partem ſabbati,& non totum ſabbatum. 32.q. nu. 13

Iudayzandi intentio ex pluribus colligitur iuri præſumptione, ibidem numero. 17

Iudayzantes plerunque nutriunt filios ſuos in cerimoniis, & ſæpe filii ſequuntur eorum errores. ibidem. nu-

numero. 19

Iud.eus habens germanam ſuã in uxorem ſi uelit fieri chiſtianus eſſet ſeparandus a dicta uxore.21.q.nu. 49

Iudex eccleſiaſticus tradens aliquem iudici ſeculari morti damnandum eſt irregularis, niſi in caſibus a iure permiſsis, ratio ibi ponitur ultra doctores ſuper.25.quæſt.numero. 35

Iudex delegatus repreſentat perſonã delegantis,ibi.nu. 38

Iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici quãdo aliquem ſibi tradit puniendum regulariter.numer.43.ibidem.

Iudex ſecularis tenetur ſtare proceſſui epiſcopi uel inquiſitoris, quando aliquem ei tradit puniendum in cauſa hæreſis,ibi.nu. 44

Iudex ſecularis tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici in cauſa mere eccleſiaſtica, ſicut in cauſa hæreſis. ibidem nu. 45

Iudex ſecularis non tenetur ſtare abſolutioni a iuramento data ab eccleſiaſtico ſi uiderit illam iniuſtam, ſeu nullam.ibi.nu. 46

Iudex ſecularis an teneatur impendere brachium abſque oſtenſione proceſſus. ibidem.nu. 47

Iudex ſecularis an debeat interrogare traditum ſibi in cauſa hæreſis, an ipſe ſit ille de quo ſententia relaxationis loquitur.ibid.nu. 49

Iudex eccleſiaſticus caueat ut non det acta iudici ſeculari facta coram ipſo nec copiam ſentẽtiæ ſi ex ijs iudex ſecularis poſſet ſummere occaſionem puniendi malefact orem ibi.nu. 7

Iudex ut conſulatur reipublicæ, nõ debet excedere metas ſuæ iuriſdictionis.ibi.nu. 74

Iudex aliquando ſe informat de conſuetudine ex officio. 32.q.nu. 6

Iudex poteſt iudicium ſuum criminale incipere a captura rei.34.q.nu. 22

Iudex arbitrari debet quæ ſuſpitio oriatur contra illum aſſerentem propoſitionem hæreticam, ſi illa non eſt plene probata,ut illum inde poſſit punire aliquo ex pluribus modis hic expreſsis.ibi.nu. 56

Iudex debet inclinare potius ad mitiorem partem quàm ad rigorem. ibid. nu. 58

Iudex ſtatuet pœnam contra dicentem uerbum hæreticum ad arbitrium.ibi. nu. 59

Iudex in puniendis blaſfemis non debet eſſe multum gratioſus. 30.quæſt. numer. 16

Iudicem ſecularem poſſe punire binas nuptias contrahentes argumentatur. 23.q.nu. 12

Iudicis appellatione ſimiliter inquiſitor comprehenditur, ibidem. numero. 73

Iudicium inquiſitionis prorogari non poteſt.25.q.nu. 69

Iudicialia præcepta ſeruauit Chriſtus. 31.q.num. 4

Iuramentum intelligitur ſecundum intentionem illius qui iurauit. 7.q.numer. 23

Iuramenta ſcelerata faciens blaſfemare dicitur.6.q.numer. 19

Iura expreſſa extenduntur ad non expreſſa ob identitatem rationis.24. quæſt.

quaſt.num. 12
Iurans per membra Dei boneſta uel in honeſta an dicatur blaſphemus ſecū dum aliquos doctores.27.quæ.num. 24.& 25
Iurans per membra Dei honeſta uel in honeſta eſt blaſphemus contra docto res,ibid.nu. 26
Iurās per membra Dei dicitur blaſphe mare.ibi.nu. 30
Iurare per membra chriſti an ſit blaſ phemare.ibid.nu. 31
Iurare per membra chriſti eſt irreue rentia.ibi.nu. 32
Iurare per pudenda Chriſti eſt ſpecies hæreſis.ibid.nu. 33
Iurare per membra Dei ſapit hæreſim manifeſtam,ibid.nu. 35
Iurare per membra Dei eſt hæreticū, uel ſaltim ſuſpitio hæreſis naſcitur, ibid.nu. 36
Iurans per membra Dei an ſit ſuſpectus de hæreſi iudex debet conſiderare multas circunſtantias, ibidem,nu mer. 37
Iurare an liceat per ſanctos, diſtingue ibi.nu. 39
Iurare licet per aliquas creaturas, ibd.num. 40
Iurant chriſtiani per creaturas referē tes ſe ad Deum.ibid.num. 41
Iure naturali generico bigamia eſt pro hibita,contra omnes. xxiij.quæ.nu-mer. 24
Iuriſtis uidetur ſpectare declaratio aſ ſertionis hæreticæ uel catholicæ. x. q. num. 2
Iuriſdictio extenditur ad connexa in inquiſitore, & poteſt qui hæretico in iungit pœnitentiam, iniungere etiam ut uſuram reſtituat.25.q.nu. 71
Iuriſdictionem ſuam quis non debet ex tendere contra iuſtitiam,licet delicta alias remaneant impunita,ibidem,nu mer. 72

L

Laycis quando liceat de fide ca tholica diſputare. xiij. quæſt. numer. 4
Layci a quibus ſpiritualibus prohiben tur.ibi.nu. 6
Layci non doctorantur in theologia. ibi.num. 7
Laycus diſputans de fide catholica pec cat ibi.nu. 12
Laycis implicite ſufficit credere quæ ſunt fidei. xxiij.q.nu. 7
Laycus punitus a iudice Eccleſiaſtico minus quàm debuit an poſſit puniri a iudice ſeculari. xxv.quæſt.nu-mer. 58
Layci quid debent credere eorum quæ fidei ſunt. 28. q.nu. 30
Laycis ſufficit ſcire præcepta Dei, & Eccleſiæ, ſacerdotibus uero curam animarum habentibus aliquid plus. ibi. nu. 32
Laycus illiteratus excuſatur ab hære ſi,ſecus ſi ſit theologus.xxx.q.nume ro. 15
Lex ciuilis ſeruanda eſt in foro conſcientiæ. 10.q.nu. 23
Lex canonicas ſubijcitur ethica,lex ci uilis bono publico.ibi.nu. 24
Lex non eſt reſtringenda ab homine ni ſi ab alia lege.13.q.nu. 10

Legislator poteſt condere legem aliter quàm condidit. xx. quaſt. nu. 6

Lex extenditur ob rationem generalem.23.q.num. 3

Lex natura!s quæ ſit quæ impedit unũ habere plures uxores, ibidem, numero. 56

Lege naturali non prohibetur bigamia ſecundum Durandum.ibidem, nu.19

L. in bello.§.factæ. ff.de capti. non probat quòd ea quæ ſunt facti non præſumuntur, niſi probentur. xxiiij.q.numer. 6

L. merito ff.pro ſocio quando habet locum.25.q.nu. 17

Lex licet non diſtinguat, ex aliqua alia lege uel canone diſtinguere poſſumus.29.q.nu. 36

Legem quis ſibi non poteſt imponere quin liceat ab ea diſcedere. xxx. q. num. 80

Lex non eſt facienda de actibus interioribus, ſed exterioribu .xxxiij. quæ. numer. 9

L. merito. ff. pro ſocio, & ſimiles non procedunt ubi agitur de ſalute animæ. ibi.nu. 23

Lex non profertur de interioribus ad puniendum. xxxiij. quæſtione.numero. 35

Lege imponente ipſo iure confiſcationẽ ſtatim perditur dominium, quod prodeſt quo ad fructus.ibid.nu. 40

Libri hæreticales reperti penes aliquẽ an arguant illum hæreticum. 28. q. num. 1

Libri hæreticorum abſolute non prohibentur legi.ibid.nu. 4

Libros hæreticorum debent Epiſcopi legere,ut illos impugnent, cæteri uero prohibentur.ibi.nu. 6

Libros reprobatos licet legere homini literato ad impugnandum illos. ibid. numer. 7

Libros hæreticorum hodie non curant Epiſcopi legere.ibid. nume. 10

Libri hæreticales in certis caſibus legi non debent.ibid.nume. 11

Libri hæreticales reperti penes aliquẽ non faciunt illum hæreticum, contra Archidia.& ſequaces.ibid.nu. 12

Librorum hæreticorum inuentio penes aliquem facit ſuſpectum de hæreſi attenta conditione perſonæ. ibi.nu. 14

Libri hæreticales inuenti penes illorũ authorem mortuum probãt illum hæreticum.ibid.nu. 17

Libris reprobatis inuẽtis penes aliquẽ debet is interrogari de fide. ibidem, numer. 21

Librorum hæreticorum inuentio facit ſuſpectum de hæreſi illum penes quẽ inueniuntur.ibid.nu. 22

Libris reprobatis penes aliquem inuentis, adhoc ut præſumatur hæreticus conſideranda eſt conditio perſonæ. ibid.nu. 25

Lis eſt conteſtanda cum procuratore fiſcali.34.q.nu. 28

Locus ab authoritate ſacræ ſcripturæ eſt firmiſſimus.13.q.nu. 23

Logici ſunt multum periculoſi in ſacra ſcriptura.22.q.nu. 48

Loth illicite fecit cum uolebat tradere filias ſuas ſodomitis ut hoſpites liberaret.25.q.nu. 73

Luminarium accenſio in die ueneris ad ueſperam an ſit ritus iudæorum. 32.q.

32.quæſt.numer. 4

Luminarium accenſio ad ueſperam ueneris quæ fit à iudæis & quæ fit a chriſtianis in ueſpere ſabbati an iure probetur.ibid.num. 7

M

Machabeorum libri an ſint ab Eccleſia recepti. xxij. q. numer. 59

Mala ueniũt bonis, & malis bona non ſine cauſa. xviij. quæſt. numero. 10

Mala quæ proueniunt ex cõtractu plurium uxorum eo tempore. 23.q.numer. 18

Maleficari poſſunt homines ut non poſſint facere aliquos actus quos alias poſſent facere. xxiiij. q. nu. 18

Maleficarum pacta cum dæmonibus appoſitis ſignis.ibi.nu. 19

Malefica punitur, licet dæmon operetur.ibid.num. 21

Maleficas portari a dæmone corporaliter uel illudi mentaliter utrunq; poſſibile eſt, & eſt concluſio quæſtionis. ibid.numer. 24

Mahometus cum potentia armorum non cum miraculis ſequaces habuit ſuæ ſectæ cultores. xiij. quæſtio.numer. 31

Manifeſtum, & notorium quot modis capiantur, & diſtinguantur. 23.q. nume. 67

Mandatum ſuperioris ſcandaloſum non eſt exequendum. xxij. quæſtio. nume. 6

Maria uirgo non fuit mortua, ſed quòd uiua fuit tranſlata ad cæleſtem paradiſum argumentatur. 18. quæſtio. numer. 1

Mariam uirginem mortuam fuiſſe probatur authoritatibus doctorum authenticorum. ibi. nu. 3

Maria uirgo quare fuit mortua cum fuerit ſine aliquo peccato originali, ſcilicet mortali, ſeu ueniali. ibidem, nume. 18

Maria uirgo mortua fuit. ibidem. numer. 21

Maria uirgo & Chriſtus mortui fuerunt.ibi.nu. 25

Maria uirgo an dicatur perdidiſſe filium in templo. xxij. quæſt. numero. 44

Martinum Papam diſpenſaſſe germanum ducere germanam propter euitandum ſcandalum, eſt falſiſsimum, contra plures contrarium præſumentes. 21.q.nume. 47

Matrimonio non ualente ob impedimẽtum canonicum, ſecundo contrahens non incurrit pœnam binarum nuptiarum. 23.q.num. 11

Matrimonij fines quales ſunt, ibidem, numer. 17

Matrimonij contractus cum pluribus eſt factum hæreticale. ibid. nu. 65

Matrimonij contractus cum pluribus ad minus ſapit hæreſim manifeſtam. ibid.nu. 66

Mens ſtatuentis conſideranda eſt an ſit ſequendum & requirendum conſilium. 26.q.nu. 12

Metus mortis, uel cruciatus excuſat ab hæreſi. xxx. q. nume. 6

Metus mortis non excuſat a peccato

quo ad Deum. bi.nu. 8
Miracula poſſunt allegari in diſputatione contra hæreticos. 13. *quæſt.numer.* 29
Modum nouum conuincendi aliquem de pertinacia intellige cum moderamine 30.q.nu. 61
Modus reuocandi errorem, quem aliquis tenuit in ijs quæ ſunt fidei. 12. *q.nume.* 8
Morituri ſunt omnes etiam Enoch,qui eſt in paradiſo terreſtri. 18. *q. numer.* 8
Morientur illi qui uiui reperientur in die uniuerſalis iudicij. ibidem numer. 22
Moriens in peccato mortali damnatur æternaliter. xxij. quæſt. numero. 26
Moralia *præcepta obſeruauit Chriſtus.* 31 *.q.nu.* 3
Monitiones *quas faciunt inquiſitores accuſatis de hæreſi non habent uim litis conteſtationis. xxxiiij. quæſt. numer.* 27
Monitionibus *factis per inquiſitorem non poſſunt teſtes repeti, ſed requiritur exhibitio capitulorum, ibid. numer.* 29
Motus *fidei an requirebatur tempore legis antiquæ in parentibus infantis.* 19. *q.nume.* 17
Multa *leguntur in Eccleſiis, quæ non credere non ſunt de neceſſitate ſalutis.* 5 *q.num.* 8
Mulieres *præſertim uetulæ faciunt ſe broxias potius quàm homines.* 24. *q.num.* 4
Mulieri *præſertim uetulæ dicentis ſe faſcinaſſe aliquos pueros eſt credendum.* 24. *q nu.* 14
Mulieri *broxiæ dicenti ſe occidiſſe infantes de nocte credendum eſt, ibid. nume.* 15
Mulier *malefica in multi poteſt lædere homines etiam ſanctos, ibidem. num.* 17
Mulieres *faciles ſunt ad recipiendum illuſiones diabolicas. ibidem, numero.* 35
Mundi *conuerſio facta fuit miraculoſe per idiotas, & ſimplices.* 13. *quæ. numer.* 30

N

NEmo *eſt dominus ſuorum membrorum. xxv. quæſtio. numero.* 27
Negare Deum eſſe omnipotentem repugnat ſacræ ſcripturæ. xx. quæſt. num. 10
Non omnes articuli ſunt comprehenſi in iure, ideo procedendum eſt de ſimilibus ad ſimilia. xxiij. quæſt. numer. 4
Notorium, & euidens quid ſit. 29. *q. numer.* 27
Nuptias plures contrahendi eodem tempore diſpenſatio a Papa fieri non poteſt. 23. *q. numer.* 47
Nuptias contrahens cum pluribus uiuentibus palam an uideatur errare. ibid. nu. 81
Nunciato facta alicui non ſtringit ſi non fiat teſtibus uel ſcriptura 30. *q. nu.* 75

Obliuio

O

Obliuio quanto tempore cauſatur 7.q.nu. 8
Obliuio præſumitur in occupato multis negociis.ibi.nu. 9
Occaſionem damni dans punitur, uide plura 24.q.nu. 10
Occultum quot modis accipitur in iure,& de clandeſtino.33.quæſ.numero. 2
Ommittere, & committere par delictũ eſt in perſequutione hæreticorum. 30.q.nu. 85
Operans rei illicitæ ſi aliquem occiderit nõ tenetur de homicidio ſi non habet animum occidendi.7.quæſ.numero. 12
Opinio plurimorum maximam habet authoritatem,& præſumptionem.9.q.nu. 19
Opinio magiſtri non excuſat diſcipulũ contra manifeſtum ſacræ ſcripturæ teſtimonium. 21.quæſtione. numero. 35
Opinio magiſtri quando excuſat diſcipulum, declaratur optime ſecundum ſanctum Thomam ibidem. numero. 36
Opinio quæ fauet animæ in dubio tenẽda uidetur. 24. quæſtione. numero. 7
Opinio fauens animæ,& ſi dura ſit, illa eſt tenenda in pœnis imponendis, ſecus eſt in decidendis,quia a ueritate non eſt recedendum. ibidem numero. 31
Opuſcula doctorum ſanctorum quando ſunt credenda de neceſſitate ſalutis.21.q.num. 11
Oratio ſiue collecta quæ legitur in die aſſumptionis uirginis Mariæ ſcilicet ueneranda nobis domine &c.declaratur.19.q.nu. 24
Origenis homeliæ debent legi ſub commemoratione beati hieronymi. 12.q.nu. 14
Origenis hæretici homeliæ quare legũtur in Eccleſia.28.q.nu. 19

P

Pacis perturbatio inter plures uxores prouenit ex lege naturali,non per accidens,contra Durãdum.23.q.nu. 20
Palam quando aliquid dicatur fieri. 23.q.nu. 77
Palam uel clam peccare quid eſt grauius.ibi.nu. 79
Palam delinquens grauius punitur quàm clam,ibid.nu. 91
Papa uel concilium generale determinant propoſitionem eſſe hæreticam, & non alius.8.q.nu. 4
Papa determinat ea quæ ad fidem ſpectant.9.q.nu. 3
Papa edit ſymbolum, & generalem ſynodum conuocat.ibid.nu. 4
Papa non facit ueritatem catholicam, nec hæreſim,ſed declarat.ibid.numero. 10
Papam poſſe errare in ijs quæ ſunt fidei,ſecundum Abba.& Ocham.ibid.nu.eo. 10
Papa ut ſingularis perſona poteſt errare contra fidem.ibi.nu. 11
Papa uti Papa in diffinitione iudiciali non

non poteſt errare contra fidem; ibid. num. 12
Papa & Imperator debent ſemper habere in ſuo conſilio homines doctos & ſapientes.ibid.nu. 21
Papæ præcipienti aliquid contra ſacrã ſcripturam non eſt obediendum. 21. q.nu. 18
Papa non poteſt diſpẽſare quando perturbaretur ſtatus Eccleſiæ, ibid. numer. 19
Papæ præcipienti aliquid quod eſt peccatum mortale non eſt obediendum, ibid.nu. 20
Papa non poteſt diſpenſare quòd quis ſaluetur ſine baptiſmo, uel ſine confeſsione, ibid.nu. 21
Papa licet poßit diſpenſare circa ſtatuta in concilio generali, non tamen in concernentibus fidem. ibidem. numer. 22
Papa poteſt diſſoluere concilium generale quando in eo tractatur de hæreſibus condemnatis, ibi.nu. 24
Papa an poßit diſpenſare contra dicta Apoſtoli.ibi.nu. 31
Papa licet non poßit ſtatuere contra Euangelium, poteſt tamen illud declarare, & interpretari. ibid. numer. 38
Papa an diſpenſet cum monaco, ſeu moniali ut matrimonium contrahant. ibid.numer. 41
Papa non poteſt diſpenſare cum bigamo, ibid.nu. 42
Papa Eugenius. 4. noluit diſpenſare cum bigamo, & ideo non fecit Cardinalem Antonium de Roſellis, ibid. numer. 43
Papa an poßit diſpenſare quòd nepos ex fratre ducat in uxorem illam quæ fuit uxor patrui. ibidem, numero. 44
Papa non poteſt diſpenſare ut frater accipiat germanam ſuam in uxorem. ibid.num. 47
Papa in primo gradu affinitatis diſpenſat ſed non in primo conſanguinitatis.ibid.nu. 48
Papa non poteſt diſpenſare ut frater ducat uxorem fratris ſui filijs decedentibus, ſecundum opinionem Pe. de pa.ibi.nume. 50
Papa mandante aliquid fieri contra iuſtitiam ſub pœna excommunicationis, mandatarij non exequentes non ſunt excommunicati. xxij.quæſt.numer. 8
Papæ ſtricte præcipienti aliquid contra iuſtitiam non eſt obediendum, ſed reſcribendum, ibid.nu. 9.12
Papa an poßit facere quem participem omnium bonorum ſpiritualium quæ fiunt in uniuerſali etiam, ibidem.numer. 43
Papa non poteſt diſpenſare, ut quis habeat duas uxores. 23.q.num.32. & 35.
Papa non poteſt diſpenſare ut quis habeat duas uxores ex quacunque cauſa, ibi.nu. 35
Papa non poteſt diſſoluere matrimonium conſumatum, ibidem, numer. 36
Papa diſpenſare poteſt circa matrimonium non conſumatum. ibidem, numer. 37
Papa ex nulla cauſa poteſt diſpenſare circa

circa pluralitatem uxorum. ibidem. nume. 38

Papa poteſt diſpenſare circa uotum continentiæ ſolenne, & quòd matrimonium duret ad tempus. ibid. numer. 39

Papa quare diſpenſat circa uotum ſolenne non autem circa matrimoniũ. ibidem. numero. 40

Papa ex cauſa poteſt diſpenſare quòd exiſtens in ſacris poßit matrimonium contrahere, ibidem, numero. 41

Papa poteſt diſpenſare cum religioſo ut contrahat matrimonium, ibi. numero. 42

Papa quòd poßit ex cauſa cõtra ius diuinũ diſpenſare quomodo intelligitur. ibi. numer. 47

Papa & iudices Eccleſiaſtici procedere poſſunt contra peccantes contra naturam, etiamſi ſint infideles. 23. quæſt. numer. 75

Papa determinans aliquid tanquam Papa circa fidem, non poteſt errare. xxx. q. numer. 19

Papa determinans aliquid in ijs quæ ſunt fidei tanquam Papa cum aſſenſu dominorum Cardinalium, errare non poteſt, ibid. nu. 20

Papa ſeu concilium generale extra ea quæ fidei ſunt errare poteſt. ibid. numer. 21

Papæ multi hæretici fuerunt, non tanquàm papæ, ſed tanquam homines, ibid nu. 24

Papa poteſt ſtatuere & prouidere ut ſine metu irregularitatis clericus habens iuriſdictionem temporalẽ poſſet per ſe iuſtitiam ſanguinis exercere. q. 25. nume. 39

Patruus an ſit prohibitus de iure diuino filiam fratris ſui ducere in uxorem. 21. q. nu. 45

Patruus ſecundum legem diuinam poterat ducere filiam fratris ſui, & in hoc articulo omnes gloſæ & doctores canoniſtæ errarunt. ibid. numer. 46

Pax non poteſt eſſe facile in familia, ubi uni uiro plures uxores iunguntur. q. 26. nu. 18

Paradiſus terreſtris ẽ in partibus oriẽtalibus, & plura de eo. xxij. quæ. num. 21

Paragraphus ſane. & §. de quæſtionibus, c. Accuſatus de hæretic. lib. 6. uidentur extendi ad alios caſus. xxiij. quæſt. num. 4

Paragraphus ſane, fauet iuriſdictioni ordinariæ. ibid. nu. 5

Paruulo exiſtenti in utero matris non eſt traditum remedium expiationis a peccato originali. xix. quæſt. numer. 7

Paruuli an erant melioris conditionis tempore. l. ueteris quàm tempore legis Euangelicæ. ibidem. numero. 18

Paruuli nondum nati non habebant remedium ab originali peccato, ibid. num. 19

Paruuli ante octauum diem taxatum circuncißioni an ſaluabantur ſi moriebantur ante octauum diem, ſecus eſt in l. Euangelica, ibid. nu. 20

Peccatorem occultum excommunicat Eccleſia militans. xxx. quæſtio. numer.

mer. 17

Peccator occultus ligatur ab Eccleſia, licet non iudicetur. ibidem, numero. 20

Peccatum occultum proximi ſciens debet procurare illius ſalutem. ibidem. numer. 28

Peccati originalis remedia ceſſauerunt ueniente lege Euangelica. xix. quæſt. numer. 26

Peccator grauiſsimus agens pœnitentiam in hoc mundo, ſaluabitur. xxij. q. nu. 32

Peccator ſi conuertatur, Deus ei miſeretur. 32. q. nu. 14

Pœnitentes debent defendi ab Eccleſia 2v. quæſt. num. 62. & præced. numero. 61

Peritus errans in articulo fidei etiam non diuulgato pertinax hæreticus eſt xxx. q. nu. 35

Pertinacia facit hæreticum in ijs quæ fidei ſunt. 2. q. nu. 10

Pertinacia in hæretico quæ ſit, & pertinaciter dictum. 3. quæſt. numero. 1

Perſeuerantia quomodo differt a pertinacia, ibi. nu. 2

Pertinacia duplex conſideratur in hæretico ibi nu. 3

Pertinacia mentalis non poteſt liquere iudicij niſi per confeſsionem rei, ibid. nu. 4

Pertinaci mentali non creditur ſi habet præſumptionem contra ſe. ibid. numer. 5

Pertinacia mentalis probatur per uiolentam præſumptionem. ibidem, numer. 7

Pertinacia exterior quomodo capitur ibid. nu. 8

Pertinaciter dictum quomodo intelligitur habes multa exempla, ibidem, nume. 11

Pertinacia iudæorum fuit damnata a Chriſto, ibi. nu. 12

Pertinaciam conuincendi modi multi traduntur. ibi. nu. 13

Pertinacia in hæretico probatur ſingulari modo, ibi. nu. 14

Pertinax hæreticus an ſit omnino relaxandus brachio ſeculari, ibidem, nume. 15

Pertinacia non uidetur requirenda ad hoc ut quis ſit cenſendus hæreticus, argumentatur author. xxix. quæ. nu. 1

Pertinacia requiritur ad conſtituendum quem hæreticum, ibidem. numer. 2

Pertinacia requiritur ad conſtituendum aliquem hæreticum. ibidem, numer. 7

Pertinax hæreticus eſt qui prædicat fidem noſtram eſſe falſam, ibidem. numer. 8

Pertinacia hæretici confeſsi quomodo probatur. ibi. nu. 29

Pertinacia an probetur ex uerbis uel factis hæreticalibus, ibidem. numer. 30

Pertinacia hæretici conuincitur multis modis. xxx. q. nu. 1

Pertinacia a iure præſumpta in hæretico. ibi. nu. 2

Pertinacia a iure præſumpta eſt in ijs quos ius dicit hæreticos manifeſtos, ibid. nu. 3

Per-

Pertinax hæreticus eſt qui dicit nouum uel uetus teſtamentum eſſe falſum, ibid. num. 12
Pertinax hæreticus eſt qui dicit Eccleſiam uniuerſalem errare, uel erraſſe, ibid. nu. 16
Pertinax hæreticus eſt qui aliquem cogit abiurare fidem catholicam, ibid. num. 65
Pertinax hæreticus eſt qui nouos errores gignit, ibid. nu. 38
Pœna non debet tenere niſi ſuos authores de æquitate canonica, ſed fallit. 18. q. nu. 14
Pœna priuatiua, non autem poſitiua quis punitur pro culpa alterius, ibid. numer. 15
Pœna poſitiua aliquando quis punitur ob utilitatem reipublicæ, ibid. nu. 16
Pœna poſitiua aliquando Deus punit aliquos temporaliter, ibi. nu. 17
Pœnitentia infra quantum tempus admittatur adhoc ut alicui remittatur pœna pro uerbis maledictis contra Deum. xx. q. nu. 16
Pœna ſtatuta contra homicidam intelligitur ſi doloſe occiderit. 36. quæſt. numer. 14
Petrus diffinit quæſtionem de non obſeruandis cerimonijs legis. 9. q. nu. 6
Petrus comparatur Moyſi in determinandis cauſis fidei ibid. nu. 7
Petrus primatum habuit eccleſiæ, & hodie papa. ibi. nu. 8
Potentia proxima actui habetur pro actu. 33. q. nume. 38
Poſitio conſequentis neceſſario præſupponit antecedens. x. q. nu. 4
Poteſtas ordinata, & abſoluta quæ ſit. xx. q. num. 1
Potentiam Dei nullo modo debemus negare, niſi appareat manifeſta contradictio, ibid. nu. 14
Punitus a iudice Eccleſiaſtico, poteſt puniri a ſeculari quando non fuit integre punitus in crimine mixti fori, 25. q. numer. 61
Punitur quis ſine culpa in pluribus caſibus. 18. q. nu. 12
Punitur nullus abſque culpa præcedēte niſi propter manifeſtationem gloriæ Dei, ut in ceco nato dixit Chriſtus ibid. nu. 13
Purgatorium negare poſt hanc uitam eſt erroneum, & hæreticum. 22. q. nume. 54
Purgatorium non eſſe eſt hæreſis damnata in concilio Florētino, ibi. nu. 60
Purgatorij loco eſt ſimul pœna ſenſus & damni, utraque tamen temporalis ibi. nu. 61
Pluralitas uxorum an ſit contra perfectionem matrimonij, prout eſt in remedium. 23. q. nu. 19
Plenitudo præſens in principe quando dicitur. 20. q. nu. 3
Philoſophi antiqui in multis peccauerunt cōtra legē naturalē. 23. q. n. 22
Plura requiſita cū ſunt ad aliquid unò deficiente nihil agitur. 29. q. nu. 4
Præcepta legis Moſaycæ erant in triplici differentia. 31. q. nu. 2
Præcepta affirmatiua ſeu negatiua an ſint ſemper obligatoria. 12. q. nu. 3
Præcepto ducis belli eſt omnino obediēdum, & ſiquis contrarium fecerit ēt in fauorem reipublicæ, debet puniri. 22. q. nu. 14

Præ-

Præcepto iniuſto ducis belli non eſt obediendum, ſed Deo.ibi.nu. 15
Prædicatores cauti eſſe debēt, ne prædicando faciant titubare animos audientiū in ijs q̃ fidei ſunt.13.q.n. 19
Prædicatores arguit, quales eſſe debeant oſtendit.28.q.nu. 33
Prædicans ſeu aliquid dicens contra fidem notoriam ſine proteſtatione eſt hæreticus tenendus.29.q.nu. 15
Prædicans, ſeu dicens aliquam aſſertionem contra fidem ſine proteſtatione, quomodo poteſt excuſari.ibi.nu. 18
Prælati debent curare, ne quis ſcandalizet plebē ſibi cōmiſſam.11.q n. 11
Prælati credere debent explicite articulos fidei, & ideo errātes in eis nō excuſantur.12.q.nu. 5
Præſumptio iuris & de iure tollitur per confeſsionem partis dicentis factum aliter ſe habere.24.q.nu. 28
Præſumptio non facti tollit præſumptionem iuris & de iure.ibi.nu. 30
Præſumptio uiolenta de hæreſi eſt contra illum qui primo aſſeruit aſſertionem catholicam, poſtea negauit.30.q.nu. 41
Præſumptio læuis uel quale quale præiudicium reſultans ex teſtibus receptis inter alias perſonas ad quid prodeſt.34.q.nu. 44
Præſumptio, & ſuſpitio quomodo inter ſe differnnt.ibi.nu. 45
Princeps aſſumptus in plenitudinē poteſtatis non eſt liberatus a dictamine rationis.22.q.nu. 10
Principi præcipienti ut quis puniatur pœna capitali indebite, non eſt obediendum, ſed cōſulendum.ibi.nu. 13
Priuatus aliquo officio non debet amplius ad illud reſtitui.uide multa ſimilia.36.q.nu. 9
Procuratorium mandatum repertum penes aliquem facit præſumere illū eſſe procuratorem.28.q.nu. 24
Probationes debent eſſe clariſsimæ ubi agitur de uita hominis.7.q.nu. 16
Probabile quid ſit.5.q.nu. 15
Probationes imperfectæ in ſua ſpecie quomodo, & quando coniunguntur ad faciendum indicium, non autem ad plenam probationem, & declaratur Bal.in l.ſi quis ex argentarijs.§.cogere.ff.de eden.25.q.nu. 21
Probationes plures imperfectæ nō probāt ad plenam probationē.35.q.n. 8
Probatio dubia nō releuat.35.q.n. 5
Profeſſori cuilibet in ſua profeſsione credendum eſt.x.q.nu. 3
Profeſsio quam faciunt broxiæ dæmoni eſt duplex.34.q.nu. 3
Profitentes errorem hæreticorū ſunt hæretici manifeſti.29.q.nu. 20
Profeſsio multis modis in iure capitur ibi.nu. 21
Profeſsio capitur pro ſecta ſeu diſciplina.ibi.nu. 22
Prophetarum & Apoſtolorum libri. 22.q.nu. 53
Propoſitiones aliquas abſurdas & irrationabiles eſſe, iudicis cognitioni relinquitur.6.q.nu. 2
Propoſitio ambigua an debeat intelligi ſecundum ſenſum.7.q.nu. 1
Propoſitio hæretica dicta si ſit ſine dolo, non punitur dicens.ibi.nu. 14
Propoſitio alio modo concipitur ſcribē do, alio modo diſputando.ibi. nu. 19
Propoſitionem ambiguam diſputans non debet ſtatim damnari.ibi.nu. 20

Proprietas uerborũ ĩ ſacra ſcriptura non ſẽper eſt attendenda.ibi.nu. 22
Propoſitionẽ eſſe hæreticã uel nõ hæreticam an poſſit Eps uel inquiſitor determinare, quando eſt altercatio inter doctores.8.q.nu. 1
Propoſitionem habentem implicitã hæreſim non poteſt declarare hæreticã Epiſcopus uel inquiſitor.ibi.nu. 3
Propoſitio dubia nõ ẽ dãnãda.ibi.n.11
Propoſitio illa, filius Dei ſuſcepit hominem, quõ intelligitur.14.q.nu. 3
Propoſitio aſſerta contra dicta ſanctorum doctorum Eccleſiæ an poſſit dici hæretica.15.q.nu. 1
Propoſitiones ſacrorum doctorum ſi in ſenſu proprio nõ ſunt ueræ, potius sũt exponẽdæ q̃ ſequẽdæ.22.q.n. 50
Proteſtatio quæ fit a prædicãtibus, ſeu diſputantibus de fide, quòd non intẽdunt aliquid dicere contra fidem, eos excuſat.12.q.nu. 1
Proteſtatio in ijs quæ ſunt fidei quomodo diffinitur.ibi.nu. 2
Proteſtãs in mortis articulo quòd uult mori tanquàm chriſtianus nõ p̃t poſt mortẽ accuſari de hæreſi.ibi.nu. 6
Proteſtãs nõ excuſatur oĩno, quin teneatur ſuũ errorẽ reuocare.ibi.n.7
Proteſtatio non prodeſt ei qui tenetur ſcire aliquã propoſitionẽ eſſe hæreticã, & errat ĩ ea ptinaciter.ibi. nu.9
Proteſtatio iuuat eum, qui ſcripſit librũ erroneũ, & mortuus ẽ, q a nõ p̃t de intentione interrogari.ibi. nu.10
Proteſtatio non iuuat ijs qui fuerunt uel ſunt hæretici in omnibus ſed in aliquibus, ibi.nu. 15
Proteſtatio non prodeſt diſputantibus de ijs quæ iam ſunt diffinita ab Eccleſia.ibid.nu. 16
Proteſtans quòd non intendit dicere contra fidem excuſatur ab hæreſi. 29.q.nu. 1
Proteſtatio quam faciunt prædicantes quòd non intendunt aliquid dicere contra fidem eſt multum a iudicibus attendenda.ibi.nu. 14

Q

Qualitates nõ entium nullæ ſunt. 24.q.nu. 36
Quæ dicantur ſapere hæreſim manifeſtam.23.q.nu. 63
Quæſtio incidens & quæſtio emergẽs quæ dicantur.25.q.nu. 50
Quæſtio incidens uel emergens conſiſtens in facto uel in iure in cauſis ſpiritualibus an ſit decidenda coram ſeculari uel remittenda ad Eccleſiaſticum, uide copioſius quàm alibi ibid. num. 51
Quæſtio uſuraria incidens coram iudice ſeculari a quo decidetur.ibi.n.52
Quæſtio iuris, & quæſtio facti quando dicatur in materia uſuraria. ibi. numero. 53
Quæſtio facti quãdo a iudice ſeculari põt decidi in cã ſpirituali.ibi.nu. 55
Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum in cœlis, declaratur optime.33.q.nu. 14

R

Ratiocinatur quòd Virgo Maria non ſit concepta in peccato originali.17.q.nu. 10
Ratio diuinorum decretorum non eſt quærenda.19.q.nu. 12
Regnum Dei eſt in ſimplicitate, non in contentione ſermonis.22.q.nu. 48
Regula omnis pro ſe habet intentionem

nem fundatam. 18. q. nu. 20
Regula Auguſtini ſuper damnatis hæreſibus. 21. q. nu. 27
Relapſo in hæreſim ſponte confitenti parcendum eſt, ſi de illo relapſu non conſtat per teſtes, & filij eius non fiũt inhabiles. 25. q. nu. 25
Relapſi in hæreſim quando ſunt tradendi curiæ ſeculari. ibi. nu. 26
Religioſus accipiens publice uxorem uolens defendere errorem, ut hæreticus damnandus eſt. 22. q. nu. 38
Reo ſeipſum offerenti ad iudicem & cõfitenti delictum non probatum parcendum eſt. ibi. nu. 28
Reſponſio ad extrauagãtem Papæ Sixti tenentis non eſſe ab Eccleſia deciſũ quomodo intelligitur. 17. q. nu. 9
Reſurrectionem generalem negare eſt hæreticum. 18. q. nu. 5
Reſponſio ad contraria quòd uirgo Maria fuit mortua. ibi. nu. 9
Reipublicæ utilitas eſt ut quis aliquan do ſuo iure priuetur. ibi. nu. 11
Reſpõſio quã facit reus accuſationi fundatur in iure naturali. 34. q. nu. 24
Reſcriptum contra publicam utilitatẽ non eſt obſeruandum. 22. q. nu. 11
Reuelatio de qua in c. gaudemus. de diuortijs. quòd antiqui poſſent bigamiã contrahere quomodo intelligatur. 23. q. nu. 46
Rei ad ſe non pertinenti nemo ſe debet intromittere. x. q. nu. 16
Ritus quid ſit. 32. q. nu. 5
Ruſticus & idiota errans in fide credẽs quod etiam ſic teneat eccleſia, excuſatur ab hæreſi. 12. q. nu. 4
Ruſtici, & idiotæ excuſantur ab hæreſi ſi credunt idquod credit Eccleſia. 23. quaſi numero. 6
Ruſticus non excuſatur in ijs quæ publice prædicãtur in Eccleſia. 30. q. n. 34

S

Sacerdotes ſimplices debent habere noti iam canonum pœnitentialium. 28. q. nu. 29
Sacræ ſcripturæ profunditatem nullus ſcire poteſt niſi ex reuelatione diuina. uide multa egregia. ibi nu. 35
Sabbati obſeruantia erat cerimonialis. 32. q. nu. 1
Sabbatum a qua hora incipiebat ſecundum iudæos. ibi. nu. 2
Sabbati obſeruantia in quibus conſiſtebat. ibi. nu. 3
Sabbati obſeruatio ĩnuit ꝙ Chriſtus nõ uenit, quod eſt hæreticum ibid. nu. 11
Sabbati pars nõ eſt obſeruãda, ibi. n. 12
Sabbati ueſperum feſtiuãs propter ſabbatum ſubſequens iudayzare dicitur. ibi. nu. 9
Sanctificati in utero. i. mundati a peccato originali qui ſint. 19. q. nu. 24
Status hominis triplex conſideratur poſt animæ infuſionem ibi. nu. 4
Statuentis mens extẽditur ad ea de quibus ſi recordatus fuiſſet idem ſtatuiſſet. 23. q. nu. 59
Secunda iuſſio eſt expectanda a ſuperiore quando aliquid prouidetur contra iuſtitiam. 22. q. nu. 3
Secta iudæorum an ſit peior ſecta agarenorum. 23. q. nu. 57
Senſus literalis ſacræ ſcripturæ quis ſit. 6. q. nu. 15
Sententia magiſtri in alia materia quãdo excuſat. 21. q. nu. 7
Sententia magiſtri non excuſat diſcipulum in concernentibus fidẽ. ibi. nu. 34

Sentẽtia Imperatoris non requirit exactum ordinem iudiciorum.22.q.n.17
Senſus literalis eſt efficax argumentũ contra hæreticos, non myſticus ſen ſpiritualis,ibid.nu. 22
Sentire male de ſacramentis Eccleſiæ quis dicatur.23.q.nu. 51
Sentiens male de ſacramẽtis Eccleſiæ, ut incurrat hæreſim quid debeat dicere,ibid.nu. 52
Sententia eccleſiaſtici iudicis non parit exceptionem rei iudicatæ coram ſæculari.25.q.nu. 60
Sñia iudicis pſumitur iuſta, niſi ſit interpoſita appellatio.29.q.nu. 32
Sentẽtia lata inter alios an faciat præiudicium alijs qui non fuerunt citati. 34.q.nu. 43
Sermo diui Hieronymi non deberet legi in matutinis de aſſumptione Beatæ Virginis.17.q.nu. 15
Significatio proprij uocabuli capitur ex diffinitione.in prælud.nu. 7
Singularitas teſtium in quo conſiſtat. 34.q.nu. 7
Scandali cauſa prouiſio etiam facta retractatur.22.q.nu. 7
Scientia præſumitur in ijs quæ publice fiunt.23.q.nu. 82
Scientia diſtinguitur inter gradus iure naturali prohibitos,& poſitiuo ad oſtenſionem erroris.ibid.nu. 89
Scire quis præſumitur quæ publice dicuntur.30.q.nu. 31
Scriptura ſacra nullam recipit dubitationem ueritatis.5.q.nu. 3
Scriptura ſacra utitur dictis philoſophorũ, & ſancti doctores ſacræ ſcripturæ, & dictis aliorum doctorum, ſed diuerſimode. xiij. q. numero. 24
Scriptura ſacra eſt infallibilis ueritatis.15.q.nu. 6
Scriptura ſacra ſi non contineret infallibilem ueritatem, maximum eſſet inconueniens,ibid.nu. 8
Scripta ſanctorum non ſunt infallibilis ueritatis.ibi.nu. 9
Scriptura ſacra innititur reuelationi factæ apoſtolis & prophetis.ibi.nu.11
Scripta ſanctorum doctorum.ſ. Auguſtini & aliorum de fide catholica & damnatione hæreticorũ ſunt approbata ab Eccleſia,& nulli licet eis contradicere.ibid nu. 12
Scriptura ſuſcepta ab Eccleſia non eſt maioris authoritatis quàm ſacra ſcriptura.21.q.nu. 6
Sodomiæ peccatũ q̃ graue ſit pluribus authoritatibus, & rationibus oſtenditur.23.q.nume. 23
Superiores non debent graue ferre cõſultationes inferiorum. 21.q.nu. 2
Superiori præcipienti ut delegatũ ferat ſic ſententiam, non eſt obediendum, ibi. nu. 16
Superiores caueant ne præcipiant inferioribus ut proferant ſententiam, dicendo facies ſic, & ſic, ibidem, num. 18
Superiores patienter debent tollerare conſultationes inferiorum. ibidem. numero. 19. & ſupra numero. 3
Suſpectus eſt de hæreſi qui recedit a communi uita fidelium & abiurat, & inquiſitor procedit contra hos ſuſpectos.23.q.nu. 61
Suſpitio quando dicatur læuis,quando uehemens,quando uiolenta, quod ra

ro inuenies.34.q.nume. 46
Suſpitio etiam uehemens hominis temperat ſententiam a pœna naturali ipſius delicti.ibi.nu. 57

T

Tacitum & expreſſum habent inter ſe differentiam.23.q.nu. 51
Theologi cognoſcere debent cognitione magiſtrali an aliqua propoſitio ſit hæretica uel catholica.x.q.n.6
Theologia ſola non poteſt regi Eccleſia,ibid.nu. 22
Theologia ſcolaſtica multũ nobis prodeſt.14.q.nu. 6
Teſtis idoneus quis ſit.8.q.nu. 9
Teſtis deponens de confeſſione hæretici dicitur deponere directe, uel de crimine.25.q.nu. 15
Temeraria aſſertio quæ ſit.xx.q.n.12
Temeraria aſſertio eſt errãs, dubia,& ſcandaloſa.ibid.nu. 13
Teſtis primo dicto ſtandum eſt,& non ſecundo.xxx.q.nu. 39
Teſtes duo ſufficiũt ĩ quocũq; crimine ad condemnationem xxxiiij.q.nu. 1
Teſtes duo ſufficiunt ad condemnationem hæretici ſi darentur nomina teſtium,ibid.numer. 2
Teſtes tres hodie requirũtur ad cõdẽnandũ aliquem de hæreſi.ibid.num.3
Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores ad condemnandum,ibid. num.4
Teſtes oĩ exceptione maiores qui ſint, de quibus iudex ſe dẽt informare,& ſi eſt ſpurius unus ex teſtibus.ibi.n.5
Teſtes debẽt eſſe contextuales ad hoc ut plene probent aliquem actum indiuiduum,ibid.nu. 6
Teſtes ſingulares quãdo probent in crimine hæreſis,concordia.ibid. nu. 9
Teſtes ſingulariter deponẽtes de uarijs aſſertionibus hæreticis non probant aliquem hæreticum.ibi.nume. 10
Teſtes non conuenientes in unum finẽ nil ualent.ibid.nu. 11
Teſtis unus ſi audiuit unam aſſertionẽ in uno loco ab uno, & alius ab eodẽ in altero loco, iſti duos teſtes non ſunt ſingulares,ibid.nu. 12
Teſtes recepti in generali inquiſitione, ſiue in ſummario iudicio nõ probãt in particulari niſi repetãtur,& reproducantur in plenario & particulari. ibid nu. 16
Teſtes recepti in generali inquiſitione ſunt repetendi in particulari poſt litẽ conteſtatam reo citato. ibi.nu. 17
Teſtes recepti in generali inqniſitione contra hæreticos, ſunt repetendi in particulari corã duabus perſonis religioſis.ibid.nu. 18
Teſtes recepti in generali inquiſitione, non repetuntur in ſpeciali,ſi hoc habet ſtilus curiæ.ibid.nu. 19
Teſtes omnino repetẽdi ſunt in ſpãli inquiſitione,cõtra Ant.de Butr.ſecũdũ Bar.in l.fi.ff.de quæſtio.ibi.nu. 20
Teſtes an ſint recipiendi in cã hæreſis poſt litem conteſtatam citato ipſo accuſato,ibid.nu. 21
Teſtes in criminalibus recipiuntur lite conteſtata.ibi.nu.21.& 25.
Teſtes recepti in generali inquiſitione criminum contra certam perſonã uel certum genus perſonarum non repetuntur in ſpeciali.ibid.nu. 32
Teſtes recepti in inquiſitione ſpãli contra certã perſonam non ſunt amplius repetendi,& ibi declaratur Bar. in l. fi.in fi.ff.de quæſtio.ibi. nu. 34

Te-

Teſtes recepti in inquiſitione generali contra certam perſonã in crimine hæreſis, adhoc ut non repetantur, requiritur ꝙ *ſint examinati in forma iuris coram duabus religioſis perſonis, ibi. numer.* 35
Teſtes examinati in generali inquiſitione, & nõ repetiti in ſpeciali an faciãt indiciũ contra inquiſitum ſeu ſemiplenam probationem, ibid. nu. 37
Teſtis in ciuilibus facit ſemiplenã probationem, in criminalibus uero dubitatur. ibid. nu. 39
Teſtis ſi nõ debet iurare, ut in declaratione dicti ſui, non eſt pars citanda, ibi. nu. 40
Teſtis examinatus ĩter alios an noceat tertio qui non fuit citatus, ibi. nu. 41
Teſtis examinatus in ſummario iudicio ſi dicat cõtrarium in plenario, ſtatur ſecundo dicto, non primo, ſecus in confeſſione, ibi. nu. 42
Teſtis debet deponere de formalitate uerborũ quando ſuper uerbis eſt quæſtio, ibid. nu. 47
Teſtes deponentes de uerbis debent deponere de credulitate dicentis. ibid. numer. 52
Teſtis deponens de facto hæreticali nõ debet deponere de credulitate facientis, ibidem, nu. 53
Teſtis non debet deponere in ſcriptis niſi factum eſſet multum implicitum, ibid. nu. 54
Teſtis dicens uaria, & contraria non põt concordari ad uictoriam, ſed ad euitandum periurium. 35. q. nu. 6
Teſtes nõ debent deponere per eundẽ ſermonem niſi agatur de formalitate uerborum. ibi. nu. 7
Teſtes debent eſſe repetiti in particulari inquiſitione, alias non probant, ibid. nu. 8
Trinitatem perſonarum in diuinis qui uult probare ratione naturali dupliciter derogat fidei. 13. q. nu. 26

V

V*Arijs exiſtentibus negocijs cõſulitur ĩperialis Maieſtas. 22. q. n.* 1
Veritas eſt immutabilis, & plura de ea. 1. q. nu. 12
Veritas catholica quid ſit. 4. q. nu. 1
Veritas catholica explicite, & implicite dicitur. ibid. nu. 2
Veritas catholica ſecundum Boetium, ibid. numer. 3
Veritas catholica eſt ſine approbatione Eccleſiæ. ibid. nu. 5
Veritas catholica quid ſit ſecũdũ Theologos. ibidem. numer. 7
Veritas catholica eſt credere determinatis a ſede Apoſtolica in ijs quæ fidei ſunt. 5. q. numer. 12
Veritas catholica eſt credere ijs quæ ſacri doctores ſcripſerunt contra hæreticos. ibi. nu. 13
Verba an debeant intelligi ſecundum communem ſenſum. 7. q. nume. 2
Verba ambigua an debeant intelligi cõtra proferentem. ibi. nu. 3
Verba propoſitionis debent intelligi ſecundum intentionem dicentis. ibi. n. 4
Verba ſi ſunt ambigua debet proferẽs interrogari de intentione, ibid. nu. 5
Verba debent eſſe ad iudicandum quẽ eſſe hæreticum. ibid. nu. 7
Verba ſacræ ſcripturæ male intellecta traxerunt aliquos ad hæreſes. ibid. numer. 21
Verba quando ſunt intelligenda ſecundum

dum communem uſum loquendi, ibid. numer. 24

Verba quando ſunt interpretanda contra proferentem. ibi. nu. 25

Verba obſcura debent intelligi in mitiorem partem. ibi. nu. 26

Veritates catholicæ non ſunt in dubiũ reuocandæ. 18. q. nu. 6

Verba blaſphema dicens debet pœnitere ut remittatur ſibi pœna. xx. q. numer. 15

Verbum, poteſt, præcedente negatiua priuat potentiam, ibid. nu. 17

Verba, ſecundum Deum & conſcientiam, quomodo intelligantur. xxij. q. numer. 37

Verbum, prodere, quot modis capiatur in ſacra ſcriptura, & alibi, ibid. numer. 45

Verborum proprietas non eſt ommittenda in dubio. ibi. nu. 46

Verbum hæreticale non facit quem hæreticum ſi non aſsit pertinacia. 23. q. numer. 53

Veriſimile attenditur, quia quod eſt lõge a ueriſimili ſpeciem habet falſitatis. 24. q. nu. 8

Verba cui non conueniunt, nec iuris diſpoſitio. ibid. nu. 25

Veritas eſt omnibus rebus præferenda, & multa habes de ueritate, ibid. numer. 32

Veriſimilitudinis præſumptio tollitur ſi in contrarium ueritas apparet, ibi. numer. 33

Verbum ſimilitudinem ſignificans non ſemper ſimilitudinem inducit quando ſequitur abſurditas intellectus. ibid. numer. 34

Veritatem quærens, & ſequens doctrinam patris ſui habet aliquam excuſationem ab hæreſi. xxix. q. nu. 6

Verba ſi non conueniunt, nec legis diſpoſitio. ibi. nu. 24

Veritas infallibilis nou eſt in ſcriptis Auguſti. Ambro. Hiero. & ſimiliũ, quod triplici ratione probatur. xxx. q. numer. 50

Verbum, quibuſcunque, generale eſt, & neminem excipit. xxxiij. q. nu. 12

Verbum, quibuſcunque, non reſtringitur ad habiles quando agitur de fauore fidei, & ut delicta remaneant impunita. ibid. nu. 13

Verbum, aliter ſentire, poſitum in cap. ad abolendam. in primo. de hære. quomodo intelligatur, ibi. nu. 15

Veriſimile ſemper debet attẽdi ſiue in teſtibus ſiue in aliјs. 35. q. nu. 2

Verbum hæreticum dicens ex infamia, & ebrietate quomodo debeat puniri. 36. q. nu. 12

Verbum, poteſt, non ſemper præcedente negatiua priuat potentiam. 23. q. numer. 44

Veritas infallibilis eſt in ſacra ſcriptura, cui eſt omnino ſtandum. xxx. q. numer. 52

Virginem Mariam non eſſe mortuam dicere eſt ſcandaloſum & ſapiens hæreſim, & ibi tradditur quid eſt dicere ſapere hæreſim. 18. q. nu. 4

Vis præciſa excuſat quem ab hæreſi in tantum. xxx. q. nu. 7

Vis conditionalis nõ impedit caracteres, ita uidetur ut etiam nõ impediat hæreſim contrahi argumentatur ſubtiliter, ibi. nu. 10

Viſitatio officialium in ſindicatu dicitur potius digeſtio. 34. q. nu. 33

Voti ſolemnitas eſt de iure poſitiuo. 23.q nu. 45
Voti ſolemnis diſpenſatio poteſt fieri propter maius bonum.ibi.nu. 46
Voluntas ſola iudayzandi facit quem apoſtatam, quamuis cerimonias non ſeruauerit.32.q.nu. 16
Vocabulorum perſcrutatio contra fidem infructuoſa eſt.33.q.nu. 33
Vſurarum dubia quis debeat declarare Theologus an canoniſta.x.q.n. 10
Vſuram non eſſe peccatum ſiquis dixerit quomodo intelligatur ut hæreticus cenſeatur.3.q. nu. 9
Vſurarius præſumitur in foro conſcientia 7.q.num. 18
Vſurarium contractum eſſe si partes confitētur in iudicio iudex ſecularis quomodo ſententiabit.25.q.nu. 57
Vniuerſitas pariſien. tenet ꝙ non fuit concepta Maria Virgo in peccato originali.17.q.nu. 12
Vtens uerbis ſacræ ſcripturæ ſeu doctorum an excuſetur ſi in hæreſim labitur.14.q.nu. 1
Vxores habere plures eodem tempore eſt contra legem naturalem, ſecus ſi ſucceſſiue.23.q.nu. 15
Vxores plures habentes eodem tempore poſſunt ab inquiſitore puniri.ibid. num. 49
Vxores plures ducens eodem tempore non eſt hæreticus niſi defendat, idem in religioſo,ibid.nu. 54
Vxores plures ducere eodem tempore an ſit factum hæreticale, ibidem. numer. 55
Vxores plures habens, ſi non conſtet de eius mente ſuſpectus eſt de hæreſi.ibid.nu. 60
Vxores plures tenens eodem tempore punitur ab inquiſitore ut ſuſpectus de fide, ibid. nu. 98
Vxores plures habere eodem tempore eſt ritus agarenorum. q. 23. numer. 56
Vſuram non eſſe peccatum, & quòd chriſtus non intrauit ianuis clauſis ad diſcipulos, dicere eſt hæreticum. xxij. q.numer. 41

FINIS.

TRACTATVS AVREVS, OMNIBVS THEOLOGIS, CANONISTIS, ET IVRISTIS VTILISSIMVS, ET PERQVAM NECESSARIVS.

De agnoſcendis Aſſertionibus Catholicis & hæreticis, Editus à R.P.D. Arnaldo Albertino. I. V. D. Epiſcopo Pacten. Patria Maioricenſi, Inquiſitore Apoſtolico aduerſus hæreticos Apud Regnum Siciliæ Citerioris. Feliciter incipit.

PRAEFATIO.

TRactaturus materiam de agnoſcendis aſſertionibus Catholicis, & hæreticis, proteſtationem beati Hieronymi præpono, quã in progreſſu huius opuſculi, & in quibuſcunq; meis ſæpe ſæpiuſq; repetendã eſſe teſtor, dicens. Si minus perite aut parũ caute forte aliquid à me dictum ſcriptumve fuerit, à quocunq; catholico emendari cupio. c. hæc eſt fides. xxiiij. q. j. Fateor. n. me tenere & credere illã fidẽ quã S. R.E. tenet & credit; quæ diſponẽte domino cũctorũ fideliũ mater eſt & magiſtra. ut in. c. dãnamus in fide. de ſum. trin. Implorato igitur in primis Dei adiutorio, intemeratæq; Virginis Mariæ patronæ meæ interceſsione ſuppliciter inuocata, ne per ignota procedã, à diffinitione eorũ quæ ad agnitionẽ dicendorum neceſſaria ſunt & oportuna inchoandũ duxi, cuius diffinitionis quãta ſint cõmoda ex infra ſcribendis apparebit. Tradẽtur idcirco aliquæ diffinitiones profeſsioni huic congruẽtes, & ad huius opuſculi progreſsum neceſſariæ, ne (vt inquit Iuriſc. in l. j. ff. de orig. iur.) illotis manibus materiam hanc protinus proſequamur.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quid ſit ſecundum legiſtas, & canoniſtas.*
2 *Diffinitio ex quibus debet conſtare.*
3 *Diffinitio quare in iure dicitur periculoſa.*
4 *Diffinitio bona ex quibus debet conſtare ſecundum legiſtas.*
5 *Diffinitio quid ſit & eius effectus.*
6 *Diffinitum ſi non competit nec diffinitio.*
7 *Significatio propria uocabuli capitur ex diffinitione.*
8 *Intellectus.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.*
9 *Diffinitio & deſcriptio differunt.*
10 *Argumentum a diffinitione capitur dupliciter.*

PRAELVDIA.

1 QVONIAM vt inquit Tullius in j. offi, † Omnis inſtitutio de aliqua re quæ a ratione ſuſcipitur debet a diffinitione ꝑficiſci, ut intelligatur id, de quo diſputatur, Bal.in prælu.feu.col. ij. & pro hoc eſt tex. in l. j.ff.ſi cer.pet. & ſecundùm Tulliũ de orat. talis decẽt eſſe diffinitio, ut uis eius quàm diffinimus ſic exprimatur, ut neque abſit quicquam, neq; ſuperſit, refert
2 Ang.de per.in l.in ſuis.col.vj.ff.de libe. & poſth. Debet † etiam continere genus, & differentias, ſcribunt Bar. & moder. in l.j.ff.de acqui.poſſ.&
3 in l.j.ff.de teſta.& in l.j.§.dolum.ff.de dolo. Et † poteſt dici ꝙ diffinitiones in iure ſunt multum faſtidioſæ, quia & peritisſimi in diffinitione defecerunt. Et propterea dicimus, ꝙ omnis diffinitio in iure eſt periculoſa, rarum eſt enim, ut non ſubuerti poſsit.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. Aliqui legunt, rarum eſt enim pro parum eſt, Dy.in c.nõ licet.eo.tit. Abb.in rubri.de ſent.excommunica. Et patitur diffinitio calũniam de facili, cum ad eam ſit argumentatio, ut dicit Adria. papa. quoli.viij.q.xj. Ratio eſſe poteſt, propter plura requiſita in diffinitione. Intelligẽdo de diffinitione proprie, pro ut eſt breuis enunciatio rerum ſubſtantiæ, conſtans ex genere, ſpecie, & differẽtijs, ut inquit Quintili.& ideo dicitur periculoſa quia ſi in uno uerbo eſt erratum a tota cauſa cecidiſſe uideamur, ut ergo bona
4 ſit, ſequentia requiruntur. Primo † enim requiritur ꝙ diffinitum conuertatur cum ſuo diffinito Bar.per illum tex. in l.j.§.dolum.ff. de dolo. do. Iaſ.ſcribit in rubri.C.qui admitti.col.iiij.& in l.ſi is qui pro emptore. ff. de uſu-

de uſuca.col.xlviij.& ſufficit hoc eſſe,conſiderando illud quod plerúque
& regulariter contingit, non autem ut attendatur quod in aliquibus caſi
bus cõtra regulam reperitur. Dec.in Rubr.nu.xxvij. in j.lectu. de iudici.
col.iiij.ſufficit etiam ꝙ effectualiter conuertatur cum diffinito,ut tradit
Bar.Soci.in Rubri.ff.de condi.& demonſtra.Secundo debet diffinitio po
nere ſubſtantiam diffiniti non ſubſtantialia rei diffinitæ,ſed ſubſtantiam
& quiditatem ipſius rei,ut ponit Rochus in rubri.de conſue. col.iij. Ter
tio diffinitio a nullo diffinitio ſeparari poteſt, nec debet competere alte
ri a diffinito.Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore. Quarto diffinitio debet con
tinere genus,ſub quo res eſt diffinita,& differẽtias, ut per hoc appareat,
quòd differt ab alijs ſpeciebus contentis ſub illo genere.Bar.in l.j.ff.de tẽ
ſta.Bal.in c.cõtingit.ad fi.de dolo & contu.& dicit Deci. in rubri. de pro
batio.col.iiij.uerſi.ex quo infero , ꝙ in iure ſatis uidetur eſſe diffinitionẽ
conſtare ex genere & differentijs, quõcunque illud fiat,ita quòd res diffi
nita ab alijs rebus diſcernatur,idem Deci.in j.lectu. Rub.de iudici.col.v.
inquit quòd ſufficit diffinitionem conſtare ex genere & differentiis, quæ
capiuntur quandoque ab eſſentia & quiditate rei diffinitæ, & cauſa fina-
li,quandoque differentiæ colliguntur conſiderando illud quod diffinitur
prout in eſſe producitur , ut ibi per eum . Quinto dicit Deci. in rubri.de
proba.col.iij.uerſi.prædicta. Aret.in conſi.v.incip.cauſa.Et ideo dicebat
Ang.in conſi.cx.incipien. Sanctiſſima & Illuſtriſſima Regina.col.j.ꝙ re-
prehenſibile eſt loquenti,ſi uocem propriam ignoret,& prius determina
re quam terminos intelligere quæſtionis.l. Domicius.ff.de teſta. princi-
pia enim artis oportet ſcire, alias & principiata progreſſus ignorare ne-
ceſſe eſt.l.j.ff.de origi iuris & l.j.ff.de iuſt. & iur.& dicebat Ariſt.in prin.
ethicorum quòd qui uirtutes uocabulorum ignorant de facili decipiun-
tur . & non immerito inueſtiganda eſt diffinitio , quia ea dicit eſſentiam
rei,deſcriptio autem claudit illius intelligentiam,ut dicit Bal.in rubr.C.
qui adm. col.ij.quia ut inquit philoſophus ſi uis eſſentialia alicuius rei co
gnoſcere,recurre ad diffinitionem ipſius, illa enim hoc demonſtrat,ut in
5 quit Bal.in l.j.ff. de uſufru. Inde † dicitur quòd diffinitio eſt ſubſtantia
rei demonſtratæ.ut dicit Abb.in rubr. de ſent. excommuni. & alibi dicit
Bal.in l.cum quis. col.ij.C.de iuris & facti igno.quòd illa eſt forma ſub
ſtantialis,per quam datur diffinitio , & debet continere cauſam finalem,
ut inquit Deci.in rubr.de iudicijs.in j.lect.Ioan.And.in mercur. in c.poſ
ſeſſor. de reg.iur.lib.vj. Abb.in rubr.de præſcr.& in rub.de appel.& Bar.
Soc.in l.ij.col.j.ff.de uulga.& pupilla.d.Iaſ.in l.j.col.viij.uerſi.iij. princi
6 paliter.ff.de lega.j. Inde † dicitur quòd cui non competit diffinitio, nec
diffinitum competit.Bar.in d.l.j.de teſta.Bal.in l. maximum uicium.col.

j.& ij.C.de liberis præte.Bal.in l.fi.C.de hære.inſti. Bar. Bal. & alij in d. §.dolum.glo.in l.j.ff.de cap.diminu.glo.in l.nihil eſt aliud hæreditas, & l.fi.ff.de uerbo.ſign.gl.in rubr.de ſumma tri.Iaſ. in l.ſi is qui pro empto-
7 re, col.xlvj. ff. de uſuca. † Et propria ſignificatio uocabuli ex diffinitione ſuſcipitur,ut dicit Bar.in l.j.§.ex qua re.ff.de tutelis. Et uerba diffinitionis proprie debent intelligi, ut dicit Bar. in l.omnes populi. in iij. q. Sextæ quæſtionis principalis.ff.de iuſtit. & iure, quia quod multipliciter intelligitur,ueritas eius ignoratur, ut dicit Bar.in l.in ambiguo. ff.de rebus dubijs.Bal. in l. nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de offi. proconſ. & lega.Bal.in l.precibus.col.vj.C.de impube.& alijs ſubſti.Bal.in l. data opera.col.x.C.qui accuſa non poſſunt.& Bal.in l.ſcire leges.ff. de legibus.
8 Nec † obſtat quòd omnis diffinitio ſit periculoſa in iure,ut in d. l. omnis diffinitio.ff.de reg. iur. quia ut ibi dicit glo. capitur diffinitio pro regula generali, quia paucæ ſunt regulæ in iure quæ nõ patiantur aliquas fallentias , prout ibi exemplificat glo. & eſto quòd capiatur ibi diffinitio proprie,& ſic ꝙ periculoſa ſit in iure, quia difficile eſt explicare quiditatem & eſſentiam rei diffinitæ, Secundum quod philoſophi ueram diffinitionem perſcrutantur, conſiderantes quiditatem & eſſentiam rei diffinitæ, ut in ij.metaphiſices,& refert Bal. in prohemio decretalium. Tamen ſecundum legiſtas diffinitio non eſt ita periculoſa : quia dato ꝙ quidditas & eſſentia rei non exprimantur ſufficit diffinitionem conſtare ex genere & differentijs , inde eſt ꝙ non nunquam res diffinitur conſiderando rem pro ut eſt in fieri.l.libertas. §. ſeruitus. ff. de ſtatu homi. & l. ſtipulationum.§.ſtipulatio.ff.de uerbo.obl.ut dixit Decius in rubr.de proba.col.v.
9 & in d.l.omnis diffinitio. † Et differentiam inter diffinitionem, & deſcriptionem ponit Bal. in c. contingit. in fi.de dolo & contu. tradentur ergo aliquæ diffinitiones meæ profeſſioni congruentes , & ad huius tractatus progreſſum neceſſariæ,nam ut inquit iuris conſultus in l.j.ff.de origi.iuris. Vbi docetur,euidentialia ſuæ profeſſionis ſunt premittenda propter duas cauſas.Prima quia auditores reddunt attentos. Secunda quia dicendorum euidenti oratione præſtant intellectum : locus enim a diffinitione ad diffinitum probabilis eſt & neceſſarius , a quo ſumitur argumentum,ut l.j.§.dolum,& ibi Bar.ff.de dolo.& l.fi.cum glo.ff. de uerbo.ſign. probatur in c.dudum.ij.poſt principium, de electione. prout late traditur per Bal.in l.conuenticulam.C.de Epiſco. & cle. Alberi. de Roſate in ſuo dictionario.in uerbo,arg.Specu.in Titulo de diſpu.& alleg.in §.poſt hæc. Fratrem Arnaldum de Rocomedauis in ſuo remiſſorio. Claudium cantiunculam in topicis ſuis : & ultimo loco Nicolaum Euerardi in ſuo libello de modo Argumentandi: Bal. in l.j. §.j.ff. de offi.eius cui manda.

eſt iuriſdi.& Bald.in l. ſcire leges.ff. de leg.de modo uero ſoluendi argu-
10 menta in iure ponit Bald. poſt Odofre. 1.conſtit.ff.colu.3. † Sed quate-
nus eſt noſtrum propoſitum, Argumentum à diffinitione poteſt dupliciter formari. Vno modo affirmatiue, ſic, diffinitio conuertitur cum ſuo diffinito, ergo eſt bona, uel ſic, cui conuenit diffinitio conuenit diffinitum. Secundo formatur negatiue, cui non conuenit diffinitio, non conuenit diffinitum. Vel ſic, diffinitio ubi non conuertitur cum diffinito, diffinitio non eſt bona, per ſuperius allegata, & traditur in l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur.per Bar.in l.j.ff.de teſta. & hoc argumento utuntur ſæpe glo.ordinariæ.inſti.de obliga.in princ.& in l. 1.ff.de cap. dimin.& in rubr.de Summa Tri.& fide Catho.Bart in l.ſi is qui pro emptore, in 1.q. principali.ff.de uſucap.Bald.in l.maximum uitium.C.de liberis præteri. Paul.de Caſt.in l. 1.ff.de legibus,cum aliis,ut traditur per doctores in dictis locis,& de iis ſatis.ne illotis(ut ita dixerim)manibus materiam hanc protinus proſequamur,ut dixi.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis quid ſit.*
2 *Dogma falſum non eſt hæreſis.*
3 *Error in ſcientijs non eſt ſemper hæreſis.*
4 *Hæreſis uera diffinitio contra Ocham.*
5 *Hæreticus non eſt qui facit contra præcepta decalogi.*
6 *Hæreticus eſt qui dicit non eſſe peccatum illud quod à Deo prohibetur.*
7 *Hæretici non ſunt Iudæi & alij infideles.*
8 *Hæreſis diffinitio data impugnatur.*
9 *Hæreſes an ſint ueteres uel nouæ.*
10 *Hæreſes quando poſſent dici nouæ.*
11 *Hæreſis ut ſic dicatur an requiratur authoritas Eccleſiæ.*
12 *Veritas eſt immutabilis,& plura de ea.*
13 *Græci,& Abbas Ioachin an fuerint hæretici ante declarationem Eccleſiæ.*

PRIMA QVAESTIO.

1 PRIMO. † Igitur quæro.quid ſit hæreſis & quamuis latius diffinierim in rubr.de hæret.lib.6.q.1.tñ ad propoſitũ breuius procedẽdo, aliquibus repetitis plura ſuperaddã. Eſt ergo hæreſis dogma faſum fidei ꝯriũ orthodoxæ. i.error ꝯriũ catholicæ ue-

ritati,ut dixit Ocham in 2.li.dialog.part.1.c.6. quem ſequitur Gabriel. in 4.diſt.14.q.2.dicens ꝙ in diffinitione prædicta dicitur primo, dogma falſum,quod ponitur pro genere, quia omnis hæreſis eſt dogma falſum,ſiue error, ſed non econuerſo. omnis enim hæreſis ait Hieronimus in Epiſtola ad Galatas peruerſum dogma habet.c. inter hæreſim. 24.q.
2 3. Dogma † autem peruerſum eſt dogma falſum, ſed non omne dogma falſum eſt hæreſis.Nam in multis rebus errare nullum,aut minimum peccatum eſt, ut inquit Auguſti. in Ench.ca.xx.Sed hæreſis ſicut infidelitas grauisſimum eſt peccatum, ut eſt in illo.2.Petr.2. Melius erat illis non cognoſcere uiam iuſtitiæ, ut late concludit Car.de Turre Crem.in c.q̃d autem.24.q.3.Non ergo omnis error eſt hæreſis, ex quo ſequitur quòd non omne dogma falſum eſt hæreſis,cum omnis error dogma falſum ſit cenſendum, dogma ergo falſum in huiuſmodi diffinitione ponitur pro genere. Quod additur,fidei catholicæ contrarium,ponitur loco differentiæ,qua excluduntur omnes alij errores,qui fidei orthodoxæ nō ſunt contrarij. Sicut error in rebus naturalibus,de quibus fides catholica nihil in contrarium aſſerit,ut ſunt errores,de ui & numero elementorum, de effectu & ordine ſiderum,de figura Cœli,de generibus & natura animalium,& cæteris huiuſmodi, quorum ſtudio phiſici inſudarunt,qnōrū ſcientia ad religionem Chriſtianam non pertinet. de quibus Aug.in d.li.
3 c.8.loquitur. Errores † igitur in ijs,& ſi falſa ſunt dogmata, non hæreſes ſunt dicendi.Conſiderandum vero eſt quòd prædicta diffinitio hæreſis data ab Ocham non uidetur ſufficiens & perfecta, nam ea attenta eſſet dicendum Iudæos Agarenos & alios infideles, qui ſacrum baptiſma non ſuſceperunt hæreticos eſſe, quia etiam ipſi habēt dogma falſum & deuiant ab eccleſia,& tamen non dicuntur hæretici,ut ſcribit Dura.in 4. diſt.23.q.5.& Car.de Turre Crema.in tracta.de poteſtate Papæ. li.4.c.
4 3.vt latius ego dixi.in d.q.j. Dico † ergo,aliter eſſe hæreſim ſic diffiniēdam,Hæreſis eſt opinio,vel aſſertio,ſeu dogma falſum catholicæ ueritati contrarium, in eo qui Chriſtianam fidem profeſſus eſt,ut ponit idem Card.in d.tracta.li.4.c.1.& conuenientia huius diffinitionis oſtenditur authoritate & ratione. De primo dixit Auguſti.in lib.contra Fauſtum, hæreſis eſt quæ diuerſa opinatur ab ijs quæ catholica Eccleſia credit, idem habetur in ca. inter hæreſim.24.q.3.ꝙ hæreſis eſt peruerſum dogma ideſt falſum & pernicioſum in doctrinæ Chriſtianæ religione: & gl. ordi.2. Chor.3.ibi, non ſumus ſufficientes,dixit, fides eſt cogitare aliquid de credibilibus cum aſſertione recta. Secundum uero oſtenditur, quoniam in d.diffinitione continentur ea quę ſunt tam de ſubſtantia hęreſis,q̃ ea quibus diſtinguitur ab alijs aſſertionibus falſis, quod patet,dicitur

citur enim quòd hæreſis ſit aſſertio, ſiue opinio, ſiue dogma falſum. hoc
ponitur loco generis, nam omnis hæreſis eſt aſſertio falſa, ſed non e con
uerſo, pro quo facit dictum Auguſtini ſupra allegatum in enchiridion,
& idem pri. de ciuitate Dei, dixit, errare potero, ſed hæreticus non ero,
& ſignanter dicitur, aſſertio falſa, ſiue dogma peruerſum, & non factũ,
quia factum peruerſum non eſt hæreſis, nec facit hæreticum, niſi concur
rat falſa credulitas, uera uel pręſumpta a iure. ut in ca. contra Chriſtia-
5 nos. de hæreti. lib. 6. ſi quis † enim furatur, uel adulteratur, licet agat cõ
tra præcepta decalogi, & ueritatem ſcripturæ, quæ dixit, non furtum fa
cies, non mechaberis, non ex tali facto eſſet hæreticus, niſi crederet ꝙ
furari, uel mechari non eſſet peccatum, quia ſic ſentiens, ſentiret con-
tra Catholicam ueritatem, & doctrinam Eccleſiæ, & Dei exodi. xx. ca.
6 tres autem. verſicu. tertia eſt actio. de pœni. diſtin. j. Hinc † generali-
ter dicitur, quòd quicunque dixerit, non eſſe peccatum id, quod eſt con
tra præceptum Dei hæreticus iudicatur. & ponitur exemplum in fornica
tione & in alijs præceptis decalogi. ut ſcribit. S. Thom. quoli. 3. arti. 12.
Hinc etiam eſt, quod ſi quis pertinaciter aſſerit, exercere uſuras non eſ-
ſe peccatum, hæreticus eſt. clem. j. §. ſane. de uſuris, ubi dixit Imo. in
8. column. quòd qui gignit nouas opiniones falſas, uel alias inductas
falſas ſequitur hæreticus eſt iudicandus. cap. ad abolendam. in princi. de
hære. c. hæreticus. 23. q. 3. Sequitur in diffinitione, catholicæ ueritai con
trarium, in quo tangitur materia, circa ea quæ ad catholicam uerita-
tem pertinent, cuius catholicæ ueritatis diffinitionem ſtatim oportu-
7 ne ſubiiciam. Additur † etiam in diffinitione, in eo qui Chriſtianam pro
feſſus eſt fidem, loco differentiæ, quod Ocham non aduertit, per hoc
enim hæreſis differt ab alijs ſpeciebus infidelitatis, uidelicet a falſis dog
matibus iudæorum, paganorum, & aliorum gentilium, quę & ſi ſint con
traria ueritati catholicæ, non tamen proprie loquendo dicuntur in eis
hæreſes, cum hæreſis ſit (ut eſt dictum) ſpecies infidelitatis, pertinens
ad eos qui fidem Chriſti profitentur, Sed eius dogmata corrumpunt, ꝓ
quorum notitia pleniori uidendus eſt. S. Tho. in 2. 2. q. xj. arti. j. & quæ di
8 xi in d. rubr. q. j. Sed adhuc † uidetur hæc diffinitio defectiua, cum in ea
ommittatur dogma falſum ſcilicet ab Eccleſia damnatum, quæ Eccleſiæ
damnatio uidetur neceſſaria ad conſtitutionem hæreſis, quod patet in
græcis qui tenebant Spiritum Sanctum nõ procedere à Patre & Filio ſed
ſolum à Patre, & nõ fuerunt habiti ab Eccleſia hęretici, donec fuit eorũ
aſſertio dãnata, ut habetur in c. fideli. de Summa Trini. & fide Cath. li. 6.
9 Præterea † dicta diffinitio præſupponit unum falſum, quòd non oẽs hæ-
reſes ſunt à principio, ſed poſſunt eſſe uel inſurgere nouæ hæreſes, quod

ſuaderi uidetur ex tex.in c. notandum.24.q. 3.ubi inquit, ꝙ Augu.cum
Epiſcopis ſuis Pelagium & Cęleſtinum nouam hæreſim in ſanctam Dei
Eccleſiam introducentes excommunicauit, pro quo facit tex.in cap.1.
24.quæſt.j.dicens, omnis hæreticus aut iam damnatam hæreſim ſequi-
tur aut nouam fingit,& tamen omnes hæreſes ueteres ſunt & non nouæ,
ut in c.Acatius.24.q.j.ubi Papa Gelaſius dixit ꝙ Acatius non eſt factus
inuentor noui erroris ſed ueteris. His tamen non obſtantibus ſto cum
diffinitione proxima, & ideo pro reſolutione conſiderandum eſt ſecun-
dum doctores in 4.diſt.13.q.2.quòd nulla hæreſis eſt noua,quia nihil de
nouo incipit eſſe contrarium ueritati catholicæ, niſi aliqua ueritas ca-
tholica de nouo inciperet eſſe uera,ſicut illa, Deus eſt homo,incepit eſ-
ſe uera in inſtanti incarnationis, & prius erat falſa, & in eodem inſtan-
ti. Deus non eſt homo,incepit eſſe contrarium ueritati catholicæ,& ſic
cepit eſſe hæreſis, ex quo ſequitur ꝙ nihil de nouo incipit eſſe contra-
rium ueritati catholicæ,quæ prius fuerat uera,quoniam quandiu hęc ue
ritas fuerat uera tādiu ſua contraria fuit cōtraria ueritati, & per hoc fal
10 ſa. Non † obſtat.d.c.notandum, cum alijs, quia reſpondetur quòd hæ-
reſim eſſe nouam dupliciter poteſt intelligi, Vno modo quia de nouo
incipit eſſe falſa,ita ꝙ ſi prius fuiſſet,non fuiſſet falſa, ſicut ſupradictum
eſt de illa, Deus eſt homo,& hoc modo bene poteſt eſſe aliqua hæreſis
noua. Secundò modo,aliqui errores dicuntur noui,non quin prius fue-
rint errores, ſed quia prius non fuerunt aſſerti, & iſti errores dicūtur no
uæ hæreſes,& non noui errores,hoc eſt de nouo aſſertæ uel defenſæ, q.a
aliqui de nouo aſſerunt uel defendunt, non quin prius fuerint hæreſes &
ueritati fidei contrariæ, uel dicuntur nouæ, quia non habent initium à
doctrina Chriſti, & ideo nouæ reputantur quantuncunque ſecundum tē
pus ſint antiquæ, uel dicuntur nouæ quantum ad primos inuentores illa
rum hæreſum ut dixit.S.Tho.in 4.diſt.13.q.2. Arti.primo.ad 8.Sequi-
11 tur † ergo,ꝙ ad conſtituendum aliquam hæreſim non requiritur autho-
ritas uel determinatio Eccleſiæ,nam dixit Card.in d.tracta.quòd quem-
admodum,quantum ad ea, quæ ad fidem pertinent,nec Romanus Pon-
tifex nec tota Eccleſia poteſt de aſſertione non vera facere ueram, aut
de non falſa falſam, ita non poteſt de aſſertione non catholica facere ca
tholicam,nec de aſſertione non hæretica facere hæreticam, nec e conuer
ſo,quia ſicut ueritates catholicæ, abſque omni approbatione Eccleſiæ,
ex natura rei ſunt immutabiles,& immutabiliter uerę,ita immutabiliter
12 catholicæ ſunt reputandæ. Et † idem eſt dicendum de hæreſibus, quia
quæ ſunt hæreſes, abſque determinatione Eccleſiæ ſunt hæreſes,quia ut
dixit Phil. Primo perhi.ab eo ꝙ res eſt,uel nō eſt oratio dicitur uera uel

falſa,& dicebat Bal.in l.ex ijs uerbis.in fi.C.de teſt. mil. ꝙ noſtrũ negare uel affirmare non facit ueritatem aliter ſe habere, nam omne uerum eſt neceſſarium.& inquit Pau.ij.ad Corinthios.13. non poſſumus aliquid ad uerſus ueritatem,ſed pro ueritate,ueritas enim ualet & inualeſcit & uiuit in æternum.c.conſuetudo.8.diſt.& iij.Eſdræ.c.4. hinc eſt ꝙ ea quæ iuris ſunt certa ſunt.l.in omni parte.ff.de iur.& fac.igno.Bar.in l.ornamentorum.ff.de aur.& arg. leg. dixit ꝙ ſi aliquis reſpondeat poſitioni iuris aliter q̃ debeat ſibi non præiudicat.l.non fatetur. ff. de confeſſ. & ibi Barto. Ant.de But.in prohe.decret.§.ſanc.Domi.in prohe. ſexti libri. Moder.in c.ſæpe.de appel.Inde dixit Bal.in l.Ancillæ.iij.not.C.de furtis, ꝙ ſtatutũ de quæſtione compromittenda intelligitur de quæſtione facti non iuris, idem dixit Bal.in l.cum proponas.C.de rebus credi.Decius in c.paſtoralis.col.ij.de reſcrip.& alibi dicebat Bal.in c.cum contingat,de reſcrip. ꝙ ſcientia eſt uerorum.&ueritas & eſſe idem ſunt, & ueritas non poteſt eſſe falſa.l.fi.ff.de hære.inſti.l.miles.§.pe.ff.de adulte.Vnde Papa declarando ſeu approbando aliquam ueritatem catholicam,non facit eam de nouo catholicam,nec damnando errorem facit illum de nouo hæreſim. Sed determinat de nouo illam ueritatem dudum antea fuiſſe catholicam, &

13 errorem illum dudum antea fuiſſe hæreſim.Inde† eſt ꝙ Græci de quorum errore patet in d.c.j.de Summa Trini.libr. 6. & Abbas Ioachin de quo in c.damnamus.de Summa Tri.ante determinationem Eccleſię de facto fuerũt hæretici,ſi fuiſſent pertinaces,quia aſſertiones quas firmiter tenuerũt de facto ex natura rei ſunt hæreticæ,ſed quia Eccleſiæ militanti non conſtabat illos errores eſſe hæreſes, ex quo non erant declaratæ, non fuerunt hæretici ab Eccleſia reputati, niſi poſt factam declarationem à concilio generali. unde poſt illam declarationem ſi qui illos errores tenerent hæretici cenſerentur,ut in d.c.j.de Summa Tri.ubi uerbum,damnamus,poſitum ibi in tex.exponitur per Arch.j.hæreticos declaramus & nuntiamus. hæc ſunt de mente.S.Tho.in j.parte.q.32.arti.4.Ocham.In ij.lib.Dialo. c.8.Car.Alex.in c.nunc autem.xxj.di.& in c.Anaſtaſius.xix.di. aliqua circa diffinitionem hæreſis uidenda ſunt in d.rubr.de hære.lib.6.q.j.ubi plura de hoc ſcripſi,quis dicatur hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis propriiſsime dicatur.*
2 *Hæreticum faciunt quinque neceſſaria.*
3 *Apoſtata à fide grauius peccat quam hæreticus, & grauius eſt puniendus.*
4 *Apoſtata a religione.*
5 *Hæreſis non eſt factum contra legem Dei,niſi error inſit.*

6 Domus

6 *Domus ex quibus conſtat.*
7 *Iudayzare eſt tranſire uel redire ad ritus Iudæorum.*
8 *Hæreſim eſſe uel non eſſe ad eccleſiam ſpectat determinare.*
9 *Hæreticus ut dicatur neceſſe eſt ut pertinaciter ſuum errorem defendat.*
10 *Pertinacia facit hæreticum in ijs quæ fidei ſunt.*
11 *Hæreticus non eſt qui per ignorantiam male ſentit.*
12 *Hæreticus quis ſit ſecundum Theologos.*
13 *Hæreticus ut cenſeatur qui dixit uſuram non eſſe peccatum requiritur pertinacia.*
14 *Hæreticus eſt qui propter gloriam nouas gignit opiniones in ijs quæ fidei ſunt.*

SECVNDA QVAESTIO.

1 SECVNDO † quæro quis propriisſime dicatur hæreticus, & licet latisſime hanc quæſtionem examinauerim in d. rubric. de hæret. lib. 6. quæſtio. 13. tamen nunc ibi dicta hic perſtringam quia pro intelligentia dicendorum neceſſarium eſt illa repetere additis pluribus, & dico ꝙ hæreticus eſt ille qui poſt ſuſceptam religionem Chriſtianam fidem Chriſti in generali profitens, aliquam in ſpeciali opinionem contrariam catholicæ ueritati pertinaciter tenet & ſequitur. Vnde † colligo quinque neceſſaria ad conſtituendum quem hæreticum, Primo quòd ille fuerit Catholicam fidem profeſſus. Secundo quòd aliquam veritatẽ fidei catholicæ credat. Tertio ꝙ habeat errorem in intellectu. Quarto quòd talis error ſit in ijs quæ ſunt fidei, & bonorum morum ad cōſequendum vitam æternam. Quinto quòd talem errorem pertinaciter defendat, quibus diſcusſis patebit veritas dictæ diffinitionis ſeu deſcriptionis. Quo ad primum, requiritur quòd ſit profeſſus fidem Chriſtianam, nam ſi errans in fide nũquam ſuſcepiſſet per Baptiſmum religionem Chriſtianam non diceretur proprie hæreticus, ſed ſimpliciter infidelis, aut Paganus, Saracenus, aut Iudæus, & tales ſunt foris, de quibus nihil ad nos prima ad Corinthios. v. vnde inquit Augu. de ciuita. Dei. quòd uidens diabolus genus humanum a cultura dæmonum liberari, hæreticos mouit; qui ſub uocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ. Sic ergo oportet quòd ille ſuſceperit fidem Chriſti in Baptiſmo ad hoc ut cenſeri debeat hæreticus, nam cum priuatio præſupponat habitum. l. decem. ff. de uerbo. obliga. cap. ad diſſoluẽdũ, de deſpo. impube. l. manumisſiones. ff. de iuſti. & iure, & eſſe hæreticum denotet diuiſum, quia

hæreſis

hæreſis idem eſt quòd diuiſio.cap.hæreſis.24.q,3.facit.l.i.ff.familiæ hęrciſcun. ergo debuit eſſe ante unitus Eccleſiæ ad hoc ut hæreticus ſit cenſendus.Inde eſt quòd in Iudæo non cadit hæreſis, vt dicit gloſſ. in uerbo hæreticum, in clementi. j. de uſuris. quia cum Iudæi non ſint de græmio Eccleſiæ proprie diuiſionem ab ea facere non poſſunt.c.de Iudæis.45.di ſtin Socy.in conſi.lxxj.ſuper quæſtione propoſita. colu. 3. libro primo. Quo ad ſecundum, quòd aliquam ueritatem credat de fide Catholica, quia vt inquit S.Thom.2.2.q.xj.arti.j.hæreſis pertinet ad eos,qui fidem Chriſti profitentur,ſed eius dogmata corrumpunt. & ij maxime uidentur hæretici,& propriisſime.unde qui ſic a fide Chriſti recedit quòd nihil de ea credit, adeo ꝙ a Chriſti nomine, & eius ueritate recedit, proprie non eſt hæreticus ſed apoſtata,quaſi omnino recedens a conſortio Chriſtianorum,unde tales qui nihil tenent de Chriſti doctrina, nec gaudent, nec uolunt eſſe ſub nomine Chriſtiano,proprie hæretici non ſunt, quia, ut dixit Gregorius.8.moralium.c.25.ore cur eoſdem patres quos ueneramur laudant: ſed intellectu deprauato ipſi nos eorum laudibus impugnant.

3 Et † ſignanter dico proprie, quia large accipiendo etiam hæreticus dici poſſet apoſtata,& grauius peccat quàm hæreticus,& grauius eſt puniēdus, ſi grauius puniri poſſet.hæreticus enim aliquam ueritatem de Chriſto confitetur,apoſtata uero non,ſicut Iulianus apoſtata, & ſic poſſunt diſtingui hæreticus,& apoſtata.quod patet ex diuerſitate titulorum, nam alius eſt titulus de hæreticis,alius uero de apoſtatis, nam eſt apoſtata qui fidem Chriſti omnino reliquit,ut dixit Bar.in rubr.C.de apoſtatis. Eſt tamen idem modus procedendi contra apoſtatas ſicut contra hæreticos,vt in c.contra Chriſtianos,de hæret. libr. 6.

4 Alias † capitur apoſtata pro eo qui relicta religione quam profeſſus eſt ad ſecularem uitam reddit,ut dixit Bald.in l.iubemus.§.ſeruos.C.de Epiſ. & cleri. & Oldrad. in conſi.67.pater ſanctiſsime.& in conſi.202.quidam monachus.Quo ad tertium, ꝙ habeat errorem in intellectu,& ſic erroneam opinionem in ſpeciali,hoc plane requiritur ad hoc quòd quis proprie cenſeatur hæreticus, quod dictam erroneam opinionem habeat in intellectu, ita quod male ſentiat de ueritate illius aſſertionis.Vnde.S.Auguſt.in lib.de utilitate credendi dixit, & habetur in c. hæreticus. 24. q. 3. hæreticus eſt qui falſas aut nouas opiniones uel gignit uel ſequitur,& ratio huius eſt ſecūdum Car.& Archi.Flo.quia hæreſis eſt ſpecies infidelitatis, infidelitas autem eſt in intellectu ſubiectiue ſicut & fides eius contraria.

5 Et † ita hæreſis,quæ eſt eius ſpecies per neceſsitatem ſupponit errorem in intellectu,ex quo ſequitur, ꝙ factum ſine errore in intellectu non facit proprie hæreticum,ut puta ſi quis fornicatur, aut mechatur, licet.n.agat contra

ueritatem

ueritatem ſacræ ſcripturæ,quæ dicit,non mechandum,non tamen ex hoc eſt hæreticus,niſi crederet aut opinaretur eſſe licitum mechari,ut.S.Tho. in d.quolibeto. Ratio huius eſt,quia quandocunque aliqua neceſſaria requiruntur ad conſtitutionem alicuius,altero deficiente,impoſſibile eſt illud eſſe,quia dato oppoſito quòd ſine illo poſſet eſſe, iam non neceſſario requireretur ad conſtitutionem illius, ſicut quia ad conſtitutionem do-
6 mus neceſſario requiruntur fundamentum paries & tectum,Ideo † altero deficiente non poteſt eſſe domus,quia ſecundum dialecticos,domus conſtat ex fundo pariete & tecto.Legiſtæ uero dicunt ſolum ex duobus, ſ.ſolo & ſuperficie,ut dicit glo.in l.ſolum.ff.de rei uen.Bar.& alij in l.cætera. §.hoc ſenatus.& in l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.ff.de lega.j. ſic ergo ad
7 hæreſim conſtituendam requiritur error in intellectu neceſſariò.Nullum enim factum abſolute ſine errore in intellectu facit hæreticum.Sed † quo ad forum exteriorem ſi illud factum eſſet tranſitus uel redditus ad ritum Iudæorum,ſi de hoc conſtaret per confeſsionem uel per teſtes, ex hoc ſolo talis tranſiẽs uel rediens tanquã hæreticus puniretur,cum uideatur hoc feciſſe intentione iudaizandi,ut eſt tex.ſingularis iu c.ꝯ chriſtianos,de hære.li.6.Iudaizare enim eſt facere id quod ſoli iudæi facere ſolent,ut dicebat Epiſcopus Abulen.exodi.28.ut latius ſcripſi in conſil. meo.28. incipien.duo teſtes recenſiti. Quo ad quartum, dico quòd error ſit in ijs quæ fidei ſunt uel contra ueritatem determinationis Eccleſiæ in ijs quæ pertinent ad fidem & bonos mores,&neceſſaria ſunt ad conſequendam uitam æternam,Si enim error eſſet de ijs quæ nõ pertinent ad fidem, puta quòd credat quis ſolem non eſſe maiorem terra, & hmõi, non eſt periculoſus error,uel ꝙ circulus poſsit quadrari, aut piper ſit tot gradibus calidum, unde Aug.li.3.de libero arbitrio inquit. Si quid de creatura aliter q̃ ſe habeat cenſeremus,non magnum periculum eſt.idem in Ench.c.13.in quibus autem nihil intereſſet ad capeſſendum regnum, vtrum credatur aut non,& vtrum vera ſint ſiue putentur an falſa,in ijs errare, ſcilicet aliud ꝓ alio putare,non eſt arbitrãdum eſſe peccatũ,aut ſi eſt,minimum aut læuiſſimum eſt,error autem contra ſacram ſcripturam,articulos fidei, aut contra determinationem Eccleſiæ in ijs quæ pertinent ad fidem uel bonos mores eſt hæreſis.arg.c.hæc eſt fides.24.q.j.
8 Item † determinatio dubiorum circa fidem pertinet principaliter ad Eccleſiam, & præcipue ad ſummum pontificem Chriſti uicarium & Petri ſucceſſorem.capitulo.quoties.24.quæſtio.j.capitulo.maiores, de baptiſmo,Scribitur in capitulo.ſicut.de exceſsib. prælato. ut infra latius dicam in quæſt.8.contra autem authoritatem Eccleſiæ nullus doctor uel ſanctus ſuam ſententiam defendit,ſecundum.S.Tho.nec Gregorius. nec Ambroſius.

ſius.nec Hieronimus, nec etiam Auguſtinus, ſicut ergo aſſerens aliquid pertinaciter contra fidem eſt hæreticus, & ita & contra determinationẽ Eccleſiæ in his quæ pertinent & neceſſaria ſunt ad ſalutẽ pertinaciter aſſerens eſt hæreticus, ipſa enim eccleſia nunquam erraſſe in fide probatur, ſcribitur in.c.A recta. xxiiij.q.j. nam pro ea Chriſtus orauit ut nõ deficeret fides eius.in.d.c.maiores, Abbas in c.a nobis.ij.de ſenten.excommuni. In alijs vero quæ non ſunt præcedentis qualitatis contrarium ſentiens non eſt hæreticus, ſicut dicere, ꝙ ius non poſsit ſeparari ab vſu con ſumptibilium, ut declarat.Ioan.xxij.in extraua.incipien.ad conditorem

9 canonum, & eſt text. Auguſtini in c.in quibus.xxij.q.ij. Quintum † & ultimum eſt, ꝙ prædictum errorem pertinaciter defendat & ſequatur, vnde ſecundum Hieronimum in ca. hæreſis. xxiiij.q.iij.hæreſis ab electione eſt dicta, quia ſcilicet eam unus quiſque eligat diſciplinam, quam putat meliorem, electio autem ut dicit ibi Car.habet firmam adhæſionem, & ſic ad hoc ꝙ aliquis ſit cenſendus proprie hæreticus, oportet ꝙ errorem ſeu erroneam opinionem quam contra ueritatem inuenit aut ſequitur pertinaciter ſiue obſtinata mente tueatur, & ſequatur, unde dicebat. S. Thom. in Epiſtolis Pau. prima ad Corinthios. xj. lectione. 4. fundans ſe ſuper dicto Hieronimi, ꝙ ex illo dicto duo accipi poſſunt, primum quidem ꝙ de ratione hæreſis eſt ꝙ aliquis priuatam diſciplinam ſequatur, quaſi per electionem propriam, ſecundum eſt ꝙ huic diſciplinæ aliquis pertinaciter inhæreat, nam electio, ut dixi, firmam importat inhæſionẽ, & ideo hæreticus dicitur, qui ſpernens diſciplinam fidei, quæ diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem ſectatur, pertinet autem ad diſciplinam fidei dupliciter, uno modo directe, ſicut articuli fidei, qui per ſe credendi proponuntur. unde error circa hos ſecundum ſe facit hæreticum, ſi pertinatia adſit, non poſſunt autem a tali errore excuſari propter ſimplicitatem aliquam, præcipue quantum ad ea de quibus Eccleſia feſtum ſolemnizat, & quæ communiter uerſantur in ore fidelium, ſicut miſterium trinitatis, natiuitatis Chriſti, & alia. Quædam uero indirecte pertinent ad fidei diſciplinam, inquantum ipſa non proponuntur, ut propter ſe credenda, ſed ex negatione eorum ſequitur aliquid contrarium fidei. Sicut ſi negetur Iſaac fuiſſe filium Abraæ, ſequitur hoc contrarium fidei, ſcilicet ſacram ſcripturam continere aliquid falſum, ex quibus tamen non iudicatur hæreticus, niſi adeo perſeueret pertinaciter, ꝙ ab er-

10 rore non recedat, etiam uiſo quid ex hoc ſequatur. Sic igitur † pertinacia, qua aliquis contemnit in his quæ ſunt fidei directe, uel indirecte, ſubire iudicium Eccleſiæ, facit hominem hæreticum. Talis autem pertinacia procedit a radice ſuperbiæ, qua aliquis præfert ſenſum ſuum toti Eccle-

11 *Pertinaciter dictum quomodo intelligatur; habes multa exempla.*
12 *Pertinacia iudæorum fuit damnata a Chriſto.*
13 *Pertinaciam conuincendi modi multi traduntur.*
14 *Pertinacia in hæretico probatur ſingulari modo.*
15 *Pertinax hæreticus an ſit omnino relaxandus brachio ſeculari.*
16 *Hæretici pertinacis pœna eſt ignis.*
17 *Hæreticus deſiſtens a pertinacia admittitur ad pœnitentiam.*
18 *Hæreticis relapſis non parcitur.*
19 *Inquiſitor aduertat quando admittit hæreticum ad pœnitentiam.*
20 *Intellectus.l. hij qui ſanctam. C. de apoſtatis.*

Quid ſit pertinacia, & quotupliciter ſit conſideranda, ut quis hæreticus pertinax ſit cenſendus.

TERTIA QVAESTIO.

1 TERTIO † quæro: quid ſit pertinacia, ſeu pertinaciter dictum, uel pertinax hęreticus, de quibus erit promiſcuus ſermo. pertinacia ergo eſt tentio illius, qđ quis tenere nõ debet, & in hoc differt a perſeuerantia, quæ eſt illius, quod quis tenere debet, quia ut dicit Varro, in quo non debet prætendi & prætendit, pertinacia eſt, in quo uero oportet manere, ſi in eo perſiſtat, perſeuerantia uocatur. Et † communiter pertinacia capitur in malam partem, perſeuerantia uero in bonam, licet aliquando authores promiſcue his uerbis utantur, Et ſic pertinax eſt qui nimis tenax eſt, hinc Plautus in captiuo. Quid tu ais, tenax ne pater eius eſt? Et ille, immo edepol, pertinax, Nec hic intendo diffinire pertinacem, ſeu pertinaciam, Sed per declarationes manifeſtare diffinitionem ſecundum Iſidorum lib. Ethimo. pertinax eſt, impudenter tenens ſuum propoſitum, ut dixit. S. Th. in ij. ij. q. cxxxviij. art. ij. in corpore, & Archi. in c. fundamenta. col. fi. de electio. Et perſeuerantia eſt ratione bene conſiderata ſtabilis permanſio; ſecũdum Andronicum:
3 ut dixit. S. Tho. in d. ij. ij. q. cxxviij. Et † pertinacia in propoſito poteſt dupliciter conſiderari, quædam eſt interior, quædam exterior, interior, ſeu mentalis eſt, quando quis pertinaciter corde adhæret prauitati hæreticæ, uel pertinaciter dubitat de catholica ueritate, quod probatur in c. ad abolendam, in principio, de hæret. in uerbo aliter ſentire. per quod uerbum, ſentire, ſolam uoluntatem hæreticalem ſine exteriore opere iudicamus. Et ad hunc effectum, inducit illum tex. glo. in c. cogitationis, de pœni.

4 pœni.diſtin.j. vt latius dicam infra.in q.xxix. Et † hæc pertinacia iudici
non poteſt liquere, niſi per confesſionem hæretici, vt dixit Bald. in l. ſi
quis non dicam rapere, colum.j.& pen.C.de Epiſ.& Cleri.glo.notabilis
in l.Fulcinius.§.quid ſit autem latitare.ff.ex qui.cau.in poſſe.catur,quam
ſequitur Ang. de Peru.in l.j.ff.de confeſſ. Ea enim quæ conſiſtunt in in-
tellectu,vel conſcientia noſtra,probantur per noſtram aſſertionem, glo.
in.§.ſed iſte quidem.inſti.de actio.quam dicit eſſe ſingularem Bald.in c.
bonæ,el.ij.colu.iiij.de poſtu.prælatorum. cum multis concordantijs quæ
ibi congregauit dominus Boſ.col.xxiij.Et eſt glo.ſecundum cum clarius
loquens in c.ſignificaſti.el pri.in verbo,ſi eſt ita,de homicidio.Guido ſo-
ciam in c.accedens. de crimi.falſi.facit.c.ſi uero.de ſenten.excommunic.
Et in propria materia de hæreſi.Ioan.Lupi ſcribit in ſua allegatione.inci
5 pi.caſus ſuper quo.colum.viij. Sed † ſi quis accuſatus de hęreſi negaret
pertinaciam mentalem,& eſſet præſumptio extrinſeca contra eum, non
crederetur ipſi, nec ſtabitur dicto, & iuramento ſuo, vt inquit Barto.in
l.inter omnes.§.recte.colum.vltima.ff.de furtis.Ioan. And.in c.ij.de con-
ſtitut.l.ſi non conuicij.C.de iniurijs, & l.j.C.ad l.Cornel.de ſicca, tradit
Alexan.in l.j.§.per procuratorem,colum.ij.ff.de acqui.poſſeſſ.inde dice
bat Lud. Rom.in conſil.cccclxxxj. præſentis dubitationis articulus.in fi.
quòd ubi contra allegantem ignorantiam ex coniecturis ſcientia præſu-
mitur,per iuramentum ſolum ignorantia non probatur,niſi aliter igno-
rantiæ probatio coloretur, vt dicit glo.in c.propoſuiſti.lxxxij.diſtin. In-
6 nocen.& Anton.de Bu.in c.cognoſcentes.de conſtitut. Et † pro eo quod
dixi de dubitante, facit.c.j.de hęre. vbi dubius in fide eſt infidelis, dum-
modo dubietas hæc habeat in ſe firmitatem animi, & quandam pertina-
ciam, vt quia perſeuerat in illa dubitatione; Secus ſi incideret in cogita-
tionem, Seu dubitationem ex primis motibus animi,vt declarant Card.n.
Abb.& alij in d.c.j.& Aug.de Anco.in tract. de poteſtate Papæ.q.xxviij
articu.j.pro ut ego late ſcripſi.in d.rub.q.xiij. verſic.primo dicitur hære-
7 ticus. Inſuper † probatur dicta mentalis pertinacia per præſumptionem
iuris violentam,quando quis tranſit,vel redit ad ritus iudæorum,vt in d.c.
contra chriſtianos.Et quando quis ſuſpectus de fide,citatus non compa-
ret,Et excommunicatus ſtetit in excommunicatione per annum, quia ex
tunc vt hæreticus condemnatur, vt in c.cum contumacia.de hæret.lib.vj.
Idem in deficiente in purgatione canonica, vt in c.inter ſolicitudines.de
purga.canon.vt late dixi in conſil.meo.xj.incipi.ſuper dubio.Idem in il-
lis,qui relabuntur in hæreſim quam abiurarunt in genere vel in ſpecie.c.
ad abolendam.§.illos quoque, de hære.in c.ſuper.eo.titulo lib.vj.& in c.
accuſatus.§.cum vero. Idem & in caſibus compræhenſis in tex. vnico, &

j.& ij.C.de liberis præte.Bal.in l.fi.C.de hære.inſti. Bar. Bal. & alij in d. §.dolum.glo.in l.j.ff.de cap.diminu.glo.in l.nihil eſt aliud hæreditas, & l.fi.ff.de uerbo.ſign.gl.in rubr.de ſumma tri.Iaſ. in l.ſi is qui pro emptore, col.xlvj. ff. de uſuca.
7 † Et propria ſignificatio uocabuli ex diffinitione ſuſcipitur,ut dicit Bar.in l.j.§.ex qua re.ff.de tutelis. Et uerba diffinitionis proprie debent intelligi, ut dicit Bar. in l.omnes populi. in iij. q. Sextæ quæſtionis principalis.ff.de iuſtit. & iure, quia quod multipliciter intelligitur,ueritas eius ignoratur, ut dicit Bar.in l.in ambiguo. ff.de rebus dubijs.Bal. in l. nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de offi.proconſ. & lega.Bal.in l.precibus.col.vj.C.de impube.& alijs ſubſti.Bal.in l. data opera.col.x.C.qui accuſa non poſſunt.& Bal.in l.ſcire leges.ff. de legibus.
8 Nec † obſtat quòd omnis diffinitio ſit periculoſa in iure,ut in d. l. omnis diffinitio.ff.de reg. iur. quia ut ibi dicit glo. capitur diffinitio pro regula generali, quia paucæ ſunt regulæ in iure quæ nõ patiantur aliquas fallentias, prout ibi exemplificat glo. & eſto quòd capiatur ibi diffinitio proprie,& ſic ꝙ periculoſa ſit in iure, quia difficile eſt explicare quiditatem & eſſentiam rei diffinitæ, Secundum quod philoſophi ueram diffinitionem perſcrutantur, conſiderantes quiditatem & eſſentiam rei diffinitæ, ut in ij.metaphiſices,& refert Bal. in prohemio decretalium. Tamen ſecundum legiſtas diffinitio non eſt ita periculoſa: quia dato ꝙ quidditas & eſſentia rei non exprimantur ſufficit diffinitionem conſtare ex genere & differentijs, inde eſt ꝙ non nunquam res diffinitur conſiderando rem prout eſt in fieri.l.libertas. §. ſeruitus. ff. de ſtatu homi. & l. ſtipulationum.§.ſtipulatio.ff.de uerbo.obl.ut dixit Decius in rubr.de proba.col.v.
9 & in d.l.omnis diffinitio. † Et differentiam inter diffinitionem, & deſcriptionem ponit Bal. in c. contingit. in fi.de dolo & contu. tradentur ergo aliquæ diffinitiones meæ profeſsioni congruentes, & ad huius tractatus progreſſum neceſſariæ,nam ut inquit iuris conſultus in l.j.ff.de origi.iuris. Vbi docetur,euidentialia ſuæ profeſsionis ſunt premittenda propter duas cauſas.Prima quia auditores reddunt attentos. Secunda quia dicendorum euidenti oratione præſtant intellectum: locus enim a diffinitione ad diffinitum probabilis eſt & neceſſarius, a quo ſumitur argumentum,ut l.j.§.dolum,& ibi Bar.ff.de dolo.& l.fi.cum glo.ff. de uerbo.ſign. probatur in c.dudum.ij.poſt principium, de electione. prout late traditur per Bal.in l.conuenticulam.C.de Epiſco. & cle. Alberi. de Roſate in ſuo dictionario.in uerbo,arg.Specu.in Titulo de diſpu.& alleg.in §.poſt hæc.Fratrem Arnaldum de Rocomedauis in ſuo remiſſorio. Claudium cantiunculam in topicis ſuis: & ultimo loco Nicolaum Euerardi in ſuo libello de modo Argumentandi: Bal. in l.j. §.j.ff. de offi.eius cui manda.

eſt

eſt iuriſdi.& Bald.in l. ſcire leges.ff. de leg.de modo uero ſoluendi argu-
10 menta in iure ponit Bald. poſt Odofre. 1.conſtit.ff.colu.3. † Sed quatenus eſt noſtrum propoſitum, Argumentum à diffinitione poteſt dupliciter formari. Vno modo affirmatiue, ſic, diffinitio conuertitur cum ſuo diffinito, ergo eſt bona, uel ſic, cui conuenit diffinitio conuenit diffinitum. Secundo formatur negatiue, cui non conuenit diffinitio, non conuenit diffinitum. Vel ſic, diffinitio ubi non conuertitur cum diffinito, diffinitio non eſt bona, per ſuperius allegata, & traditur in l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur.per Bar.in l.j.ff.de teſta. & hoc argumento utuntur ſæpe glo.ordinariæ.inſti.de obliga.in princ.& in l. 1.ff.de cap. dimiu.& in rubr.de Summa Tri.& fide Catho.Bart in l.ſi is qui pro emptore, in 1.q. principali.ff.de uſucap.Bald.in l.maximum uitium.C.de liberis præteri. Paul.de Caſt.in l. 1.ff.de legibus,cum aliis,ut traditur per doctores in dictis locis,& de iis ſatis.ne illotis(ut ita dixerim)manibus materiam hanc protinus proſequamur,ut dixi.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis quid ſit.*
2 *Dogma falſum non eſt hæreſis.*
3 *Error in ſcientijs non eſt ſemper hæreſis.*
4 *Hæreſis uera diffinitio contra Ocham.*
5 *Hæreticus non eſt qui facit contra præcepta decalogi.*
6 *Hæreticus eſt qui dicit non eſſe peccatum illud quod à Deo prohibetur.*
7 *Hæretici non ſunt Iudæi & alij infideles.*
8 *Hæreſis diffinitio data impugnatur.*
9 *Hæreſes an ſint ueteres uel nouæ.*
10 *Hæreſes quando poſſent dici nouæ.*
11 *Hæreſis ut ſic dicatur an requiratur authoritas Eccleſiæ.*
12 *Veritas eſt immutabilis,& plura de ea.*
13 *Græci,& Abbas Ioachin an fuerint hæretici ante declarationem Eccleſiæ.*

PRIMA QVAESTIO.

1 PRIMO. † Igitur quæro.quid ſit hæreſis & quamuis latius diffinierim in rubr.de hæret.lib.6.q.1.tñ ad propoſitũ breuius procedẽdo, aliquibus repetitis plura ſuperaddã. Eſt ergo hæreſis dogma faſum fidei ɔ̃riũ orthodoxæ. i.error ɔ̃riũ catholicæ ue-

ritati,ut dixit Ocham in 2.li.dialog.part.1.c.6. quem ſequitur Gabriel.
in 4.diſt.14.q.2.dicens ꝙ in diffinitione prædicta dicitur primo, dog-
ma falſum,quod ponitur pro genere, quia omnis hæreſis eſt dogma fal-
ſum,ſiue error, ſed non econuerſo. omnis enim hæreſis ait Hieronimus
in Epiſtola ad Galatas peruerſum dogma habet.c. inter hæreſim. 24. q.
2 3. Dogma † autem peruerſum eſt dogma falſum, ſed non omne dogma
falſum eſt hæreſis.Nam in multis rebus errare nullum,aut minimum pec
catum eſt, ut inquit Auguſti. in Ench.ca.xx.Sed hæreſis ſicut infidelitas
grauiſsimum eſt peccatum, ut eſt in illo.2.Petr.2. Melius erat illis non
cognoſcere uiam iuſtitiæ, ut late concludit Car.de Turre Crem.in c.q d
autem.24.q.3.Non ergo omnis error eſt hæreſis, ex quo ſequitur quòd
non omne dogma falſum eſt hæreſis,cum omnis error dogma falſum ſit
cenſendum, dogma ergo falſum in huiuſmodi diffinitione ponitur pro
genere. Quod additur,fidei catholicæ contrarium,ponitur loco diffe-
rentiæ,qua excluduntur omnes alij errores,qui fidei orthodoxæ nõ ſunt
contrarij. Sicut error in rebus naturalibus,de quibus fides catholica ni-
hil in contrarium aſſerit,ut ſunt errores,de ui & numero elementorum,
de effectu & ordine ſiderum,de figura Cœli,de generibus & natura ani-
malium,& cæteris huiuſmodi, quorum ſtudio phiſici inſudarunt,quorũ
ſcientia ad religionem Chriſtianam non pertinet. de quibus Aug.in d.li.
3 c.8.loquitur. Errores † igitur in ijs,& ſi falſa ſunt dogmata , non hære-
ſes ſunt dicendi.Conſiderandum vero eſt quòd prædicta diffinitio hære-
ſis data ab Ocham non uidetur ſufficiens & perfecta, nam ea attenta eſ-
ſet dicendum Iudæos Agarenos & alios infideles, qui ſacrum baptiſma
non ſuſceperunt hæreticos eſſe, quia etiam ipſi habẽt dogma falſum &
deuiant ab eccleſia,& tamen non dicuntur hæretici,ut ſcribit Dura.in 4.
diſt.23.q.5.& Car.de Turre Crema.in tracta.de poteſtate Papæ. li.4.c.
4 3.vt latius ego dixi.in d.q.j. Dico † ergo, aliter eſſe hæreſim ſic diffiniẽ
dam,Hæreſis eſt opinio,vel aſſertio,ſeu dogma falſum catholicæ uerita
ti contrarium, in eo qui Chriſtianam fidem profeſſus eſt,ut ponit idem
Card.in d.tracta.li.4.c.1.& conuenientia huius diffinitionis oſtenditur
authoritate & ratione. De primo dixit Auguſti.in lib.contra Fauſtum,
hæreſis eſt quæ diuerſa opinatur ab ijs quæ catholica Eccleſia credit,
idem habetur in ca. inter hæreſim. 24.q.3.ꝙ hæreſis eſt peruerſum dog-
ma ideſt falſum & pernicioſum in doctrinæ Chriſtianæ religione: & gl.
ordi.2. Chor. 3.ibi, non ſumus ſufficientes,dixit, fides eſt cogitare ali-
quid de credibilibus cum aſſertione recta. Secundum uero oſtenditur,
quoniam in d.diffinitione continentur ea quę ſunt tam de ſubſtantia hę
reſis,q̃ ea quibus diſtinguitur ab alijs aſſertionibus falſis, quod patet,di
citur

citur enim quòd hæreſis ſit aſſertio, ſiue opinio, ſiue dogma falſum. hoc ponitur loco generis, nam omnis hæreſis eſt aſſertio falſa, ſed non e conuerſo, pro quo facit dictum Auguſtini ſupra allegatum in enchiridion, & idem pri. de ciuitate Dei, dixit, errare potero, ſed hæreticus non ero, & ſignanter dicitur, aſſertio falſa, ſiue dogma peruerſum, & non factū, quia factum peruerſum non eſt hæreſis, nec facit hæreticum, niſi concurrat falſa credulitas, uera uel pręſumpta a iure. ut in ca. contra Chriſtia-
5 nos. de hæreti. lib. 6. ſi quis † enim furatur, uel adulteratur, licet agat cō tra præcepta decalogi, & ueritatem ſcripturæ, quæ dixit, non furtum facies, non mechaberis, non ex tali facto eſſet hæreticus, niſi crederet ꝙ furari, uel mechari non eſſet peccatum, quia ſic ſentiens, ſentiret contra Catholicam ueritatem, & doctrinam Eccleſiæ, & Dei exodi. xx. ca.
6 tres autem. verſicu. tertia eſt actio. de pœni. diſtin. j. Hinc † generaliter dicitur, quòd quicunque dixerit, non eſſe peccatum id, quod eſt contra præceptum Dei hæreticus iudicatur. & ponitur exemplum in fornicatione & in alijs præceptis decalogi. ut ſcribit. S. Thom. quoli. 3. arti. 12. Hinc etiam eſt, quod ſi quis pertinaciter aſſerit, exercere uſuras non eſſe peccatum, hæreticus eſt. clem. j. §. ſanc. de uſuris, ubi dixit Imo. in 8. column. quòd qui gignit nouas opiniones falſas, uel alias inductas falſas ſequitur hæreticus eſt iudicandus. cap. ad abolendam. in princi. de hære. c. hæreticus. 23. q. 3. Sequitur in diffinitione, catholicæ ueritai contrarium, in quo tangitur materia, circa ea quæ ad catholicam ueritatem pertinent, cuius catholicæ ueritatis diffinitionem ſtatim oportu-
7 ne ſubiiciam. Additur † etiam in diffinitione, in eo qui Chriſtianam profeſſus eſt fidem, loco differentiæ, quod Ocham non aduertit, per hoc enim hæreſis differt ab alijs ſpeciebus infidelitatis, uidelicet a falſis dogmatibus iudæorum, paganorum, & aliorum gentilium, quę & ſi ſint contraria ueritati catholicæ, non tamen proprie loquendo dicuntur in eis hæreſes, cum hæreſis ſit (ut eſt dictum) ſpecies infidelitatis, pertinens ad eos qui fidem Chriſti profitentur, Sed eius dogmata corrumpunt, ꝑ quorum notitia pleniori uidendus eſt. S. Tho. in 2. 2. q. xj. arti. j. & quæ di
8 xi in d. rubr. q. j. Sed adhuc † uidetur hæc diffinitio defectiua, cum in ea ommittatur dogma falſum ſcilicet ab Eccleſia damnatum, quæ Eccleſiæ damnatio uidetur neceſſaria ad conſtitutionem hæreſis, quod patet in græcis qui tenebant Spiritum Sanctum nō procedere à Patre & Filio ſed ſolum à Patre, & nō fuerunt habiti ab Eccleſia hęretici, donec fuit eorū aſſertio dānata, ut habetur in c. fideli. de Summa Trini. & fide Cath. li. 6.
9 Præterea † dicta diffinitio præſupponit unum falſum, quòd non oēs hæreſes ſunt à principio, ſed poſſunt eſſe uel inſurgere nouæ hæreſes, quod

ſuaderi uidetur ex tex.in c. notandum.24.q. 3.ubi inquit, ꝙ Augu.cum
Epiſcopis ſuis Pelagium & Cęleſtinum nouam hæreſim in ſanctam Dei
Eccleſiam introducentes excommunicauit, pro quo facit tex.in cap.1.
24.quæſt.j.dicens, omnis hæreticus aut iam damnatam hæreſim ſequi-
tur aut nouam fingit,& tamen omnes hæreſes ueteres ſunt & non nouæ,
ut in c.Acatius.24.q.j.ubi Papa Gelaſius dixit ꝙ Acatius non eſt factus
inuentor noui errroris ſed ueteris. His tamen non obſtantibus ſto cum
diffinitione proxima, & ideo pro reſolutione conſiderandum eſt ſecun-
dum doctores in 4.diſt.13.q.2.quòd nulla hæreſis eſt noua, quia nihil de
nouo incipit eſſe contrarium ueritati catholicæ, niſi aliqua ueritas ca-
tholica de nouo inciperet eſſe uera,ſicut illa,Deus eſt homo,incepit eſ-
ſe uera in inſtanti incarnationis, & prius erat falſa, & in eodem inſtan-
ti. Deus non eſt homo,incepit eſſe contrarium ueritati catholicæ,& ſic
cepit eſſe hæreſis, ex quo ſequitur ꝙ nihil de nouo incipit eſſe contra-
rium ueritati catholicæ,quæ prius fuerat uera,quoniam quandiu hęc ue
ritas fuerat uera tãdiu ſua contraria fuit cõtraria ueritati, & per hoc fal
10 ſa. Non † obſtat.d.c.notandum, cum alijs, quia reſpondetur quòd hæ-
reſim eſſe nouam dupliciter poteſt intelligi, Vno modo quia de nouo
incipit eſſe falſa,ita ꝙ ſi prius fuiſſet,non fuiſſet falſa, ſicut ſupradictum
eſt de illa, Deus eſt homo,& hoc modo bene poteſt eſſe aliqua hæreſis
noua. Secundò modo,aliqui errores dicuntur noui,non quin prius fue-
rint errores, ſed quia prius non fuerunt aſſerti, & iſti errores dicũtur no
uæ hæreſes,& non noui errores,hoc eſt de nouo aſſertæ uel defenſæ, q̃a
aliqui de nouo aſſerunt uel defendunt, non quin prius fuerint hæreſes &
ueritati fidei contrariæ, uel dicuntur nouæ, quia non habent initium à
doctrina Chriſti, & ideo nouæ reputantur quantuncunque ſecundum tẽ
pus ſint antiquæ, uel dicuntur nouæ quantum ad primos inuentores illa
rum hæreſum ut dixit.S. Tho.in 4. diſt.13.q.2. Arti.primo.ad 8.Sequi-
11 tur † ergo,ꝙ ad conſtituendum aliquam hæreſim non requiritur autho-
ritas uel determinatio Eccleſiæ,nam dixit Card.in d.tracta.quòd quem-
admodum,quantum ad ea, quæ ad fidem pertinent,nec Romanus Pon-
tifex nec tota Eccleſia poteſt de aſſertione non vera facere ueram, aut
de non falſa falſam, ita non poteſt de aſſertione non catholica facere ca
tholicam,nec de aſſertione non hæretica facere hæreticam, nec econuer
ſo,quia ſicut ueritates catholicæ, abſque omni approbatione Eccleſiæ,
ex natura rei ſunt immutabiles,& immutabiliter uerę,ita immutabiliter
12 catholicæ ſunt reputandæ. Et † idem eſt dicendum de hæreſibus, quia
quæ ſunt hæreſes, abſque determinatione Eccleſiæ ſunt hæreſes,quia ut
dixit Phil. Primo perhi.ab eo ꝙ res eſt,uel nõ eſt oratio dicitur uera uel

falſa,& dicebat Bal.in l.ex ijs uerbis.in fi.C.de teſt. mil. ꝙ noſtrũ negare uel affirmare non facit ueritatem aliter ſe habere, nam omne uerum eſt neceſſarium.& inquit Pau.ij.ad Corinthios.13. non poſſumus aliquid ad uerſus ueritatem,ſed pro ueritate,ueritas enim ualet & inualeſcit & uiuit in æternum.c.conſuetudo.8.diſt.& iij.Eſdræ.c.4. hinc eſt ꝙ ea quæ iuris ſunt certa ſunt.l.in omni parte.ff.de iur.& fac.igno.Bar.in l.ornamentorum.ff.de aur.& arg. leg. dixit ꝙ ſi aliquis reſpondeat poſitioni iuris aliter q̃ debeat ſibi non præiudicat.l.non fatetur. ff. de confeſſ. & ibi Barto. Ant.de But.in prohe.decret.§.ſanc.Domi.in prohe. ſexti libri. Moder.in c.ſæpe.de appel.Inde dixit Bal.in l.Ancillæ.iij.not.C.de furtis, ꝙ ſtatutũ de quæſtione compromittenda intelligitur de quæſtione facti non iuris, idem dixit Bal.in l.cum proponas.C.de rebus credi.Decius in c.paſtoralis.col.ij.de reſcrip.& alibi dicebat Bal.in c.cum contingat,de reſcrip. ꝙ ſcientia eſt uerorum.,& ueritas & eſſe idem ſunt, & ueritas non poteſt eſſe falſa.l.fi.ff.de hære.inſti.l.miles.§.pe.ff.de adulte.Vnde Papa declarando ſeu approbando aliquam ueritatem catholicam,non facit eam de nouo catholicam,nec damnando errorem facit illum de nouo hæreſim. Sed determinat de nouo illam ueritatem dudum antea fuiſſe catholicam, &
13 errorem illum dudum antea fuiſſe hæreſim.Inde eſt ꝙ Græci de quorum errore patet in d.c.j.de Summa Trini.libr. 6. & Abbas Ioachin de quo in c.damnamus.de Summa Tri.ante determinationem Eccleſię de facto fuerũt hæretici,ſi fuiſſent pertinaces,quia aſſertiones quas firmiter tenuerũt de facto ex natura rei ſunt hæreticæ,ſed quia Eccleſiæ militanti non conſtabat illos errores eſſe hæreſes, ex quo non erant declaratæ, non fuerunt hæretici ab Eccleſia reputati, niſi poſt factam declarationem à concilio generali. unde poſt illam declarationem ſi qui illos errores tenerent hæretici cenſerentur,ut in d.c.j.de Summa Tri.ubi uerbum,damnamus,poſitum ibi in tex.exponitur per Arch.j.hæreticos declaramus & nuntiamus. hæc ſunt de mente.S.Tho.in j.parte.q.32.arti.4.Ocham.In ij.lib. Dialo. c.8.Car.Alex.in c.nunc autem.xxj.di.& in c.Anaſtaſius.xix.di. aliqua circa diffinitionem hæreſis uidenda ſunt in d.rubr.de hære.lib.6.q.j.ubi plura de hoc ſcripſi,quis dicatur hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis propriiſſime dicatur.*
2 *Hæreticum faciunt quinque neceſſaria.*
3 *Apoſtata à fide grauius peccat quam hæreticus, & grauius eſt puniendus.*
4 *Apoſtata a religione.*
5 *Hæreſis non eſt factum contra legem Dei,niſi error inſit.*

6 Domus

6 *Domus ex quibus conſtat.*
7 *Iudayzare eſt tranſire uel redire ad ritus Iudæorum.*
8 *Hæreſim eſſe uel non eſſe ad eccleſiam ſpectat determinare.*
9 *Hæreticus ut dicatur neceſſe eſt ut pertinaciter ſuum errorem defendat.*
10 *Pertinacia facit hæreticum in ijs quæ fidei ſunt.*
11 *Hæreticus non eſt qui per ignorantiam male ſentit.*
12 *Hæreticus quis ſit ſecundum Theologos.*
13 *Hæreticus ut cenſeatur qui dixit uſuram non eſſe peccatum requiritur pertinacia.*
14 *Hæreticus eſt qui propter gloriam nouas gignit opiniones in ijs quæ fidei ſunt.*

SECVNDA QVAESTIO.

1 SECVNDO † quæro quis propriiſsime dicatur hæreticus, & licet latiſsime hanc quæſtionem examinauerim in d. rubric. de hæret. lib. 6. quæſtio. 13. tamen nunc ibi dicta hic perſtringam quia pro intelligentia dicendorum neceſſarium eſt illa repetere additis pluribus, & dico ꝙ hæreticus eſt ille qui poſt ſuſceptam religionem Chriſtianam fidem Chriſti in generali profitens, aliquam in ſpeciali opinionem contrariam catholicæ ueritati pertinaciter tenet & ſequitur. Vnde † colligo quinque neceſſaria ad conſtituendum quem hæreticum, Primo quòd ille fuerit Catholicam fidem profeſſus. Secundo quòd aliquam veritatẽ fidei catholicæ credat. Tertio ꝙ habeat errorem in intellectu. Quarto quòd talis error ſit in ijs quæ ſunt fidei, & bonorum morum ad cõſequendum vitam æternam. Quinto quòd talem errorem pertinaciter defendat, quibus diſcuſsis patebit veritas dictæ diffinitionis ſeu deſcriptionis. Quo ad primum, requiritur quòd ſit profeſſus fidem Chriſtianam, nam ſi errans in fide nũquam ſuſcepiſſet per Baptiſmum religionem Chriſtianam non diceretur proprie hæreticus, ſed ſimpliciter infidelis, aut Paganus, Saracenus, aut Iudæus, & tales ſunt foris, de quibus nihil ad nos prima ad Corinthios. v. vnde inquit Augu. de ciuita. Dei. quòd uidens diabolus genus humanum a cultura dæmonum liberari, hæreticos mouit; qui ſub uocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ. Sic ergo oportet quòd ille ſuſceperit fidem Chriſti in Baptiſmo ad hoc ut cenſeri debeat hæreticus, nam cum priuatio præſupponat habitum, l. decem. ff. de uerbo. obliga. cap. ad diſſoluẽdũ, de deſpo. impube. l. manumiſsiones. ff. de iuſti. & iure, & eſſe hæreticum denotet diuiſum, quia

hæreſis idem eſt quòd diuiſio.cap.hæreſis.24.q,3.facit.l.i.ff.familiæ hęrciſcun. ergo debuit eſſe ante unitus Eccleſiæ ad hoc ut hæreticus ſit cenſendus. Inde eſt quòd in Iudæo non cadit hæreſis, vt dicit gloſſ. in uerbo hæreticum, in clementi. j. de uſuris. quia cum Iudæi non ſint de græmio Eccleſiæ proprie diuiſionem ab ea facere non poſſunt.c.de Iudæis.45.di ſtin.Socy.in conſi.lxxj.ſuper quæſtione propoſita. colu. 3. libro primo. Quo ad ſecundum, quòd aliquam ueritatem credat de fide Catholica, quia vt inquit S.Thom.2.2.q.xj.arti.j.hæreſis pertinet ad eos, qui fidem Chriſti profitentur, ſed eius dogmata corrumpunt. & ij maxime uidentur hæretici, & propriiſsime. unde qui ſic a fide Chriſti recedit quòd nihil de ea credit, adeo ꝙ a Chriſti nomine, & eius ueritate recedit, proprie non eſt hæreticus ſed apoſtata, quaſi omnino recedens a conſortio Chriſtianorum, unde tales qui nihil tenent de Chriſti doctrina, nec gaudent, nec uolunt eſſe ſub nomine Chriſtiano, proprie hæretici non ſunt, quia, ut dixit Gregorius.8.moralium.c.25. ore cur eoſdem patres quos ueneramur laudant: ſed intellectu deprauato ipſi nos eorum laudibus impugnant.
3 Et † ſignanter dico proprie, quia large accipiendo etiam hæreticus dici poſſet apoſtata, & grauius peccat quàm hæreticus, & grauius eſt puniēdus, ſi grauius puniri poſſet. hæreticus enim aliquam ueritatem de Chriſto confitetur, apoſtata uero non, ſicut Iulianus apoſtata, & ſic poſſunt diſtingui hæreticus, & apoſtata. quod patet ex diuerſitate titulorum, nam alius eſt titulus de hæreticis, alius uero de apoſtatis, nam eſt apoſtata qui fidem Chriſti omnino reliquit, ut dixit Bar.in rubr.C.de apoſtatis. Eſt tamen idem modus procedendi contra apoſtatas ſicut contra hæreticos, vt in c.contra Chriſtianos, de hæret. libr. 6.
4 Alias † capitur apoſtata pro eo qui relicta religione quam profeſſus eſt ad ſecularem uitam reddit, ut dixit Bald.in l.iubemus.§.ſeruos.C.de Epiſ. & cleri. & Oldrad. in conſi.67.pater ſanctiſsime. & in conſi.202.quidam monachus. Quo ad tertium, ꝙ habeat errorem in intellectu, & ſic erroneam opinionem in ſpeciali, hoc plane requiritur ad hoc quòd quis proprie cenſeatur hæreticus, quod dictam erroneam opinionem habeat in intellectu, ita quod male ſentiat de ueritate illius aſſertionis. Vnde.S.Auguſt.in lib.de utilitate credendi dixit, & habetur in c. hæreticus. 24. q. 3. hæreticus eſt qui falſas aut nouas opiniones uel gignit uel ſequitur, & ratio huius eſt ſecūdum Car. & Archi.Flo. quia hæreſis eſt ſpecies infidelitatis, infidelitas autem eſt in intellectu ſubiectiue ſicut & fides eius contraria.
5 Et † ita hæreſis, quæ eſt eius ſpecies per neceſsitatem ſupponit errorem in intellectu, ex quo ſequitur, ꝙ factum ſine errore in intellectu non facit proprie hæreticum, ut puta ſi quis fornicatur, aut mechatur, licet.n.agat contra

ueritatem

ueritatem ſacræ ſcripturæ,quæ dicit,non mechandum,non tamen ex hoc eſt hæreticus,niſi crederet aut opinaretur eſſe licitum mechari.ut.S.Tho. in d.quolibeto. Ratio huius eſt,quia quandocunque aliqua neceſſaria requiruntur ad conſtitutionem alicuius,altero deficiente,impoſsibile eſt illud eſſe,quia dato oppoſito quòd ſine illo poſſet eſſe, iam non neceſſario requireretur ad conſtitutionem illius, ſicut quia ad conſtitutionem do-
6 mus neceſſario requiruntur fundamentum paries & tectum,Ideo† alterò deficiente non poteſt eſſe domus,quia ſecundum dialecticos,domus conſtat ex fundo pariete & tecto.Legiſtæ uero dicunt ſolum ex duobus, ſ.ſolo & ſuperficie,ut dicit glo.in l.ſolum.ff.de rei uen.Bar.& alij in l.cætera. §.hoc ſenatus.& in l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.ff.de lega.j. ſic ergo ad
7 hæreſim conſtituendam requiritur error in intellectu neceſſariò.Nullum enim factum abſolute ſine errore in intellectu facit hæreticum.Sed † quo ad forum exteriorem ſi illud factum eſſet tranſitus uel redditus ad ritum Iudæorum,ſi de hoc conſtaret per confeſsionem uel per teſtes, ex hoc ſolo talis tranſiēs uel rediens tanquā hæreticus puniretur,cum uideatur hoc feciſſe intentione iudaizandi,ut eſt tex.ſingularis in c.ꝗ chriſtianos,de hære.li.6.Iudaizare enim eſt facere id quod ſoli iudæi facere ſolent,ut dicebat Epiſcopus Abulen.exodi.28.ut latius ſcripſi in conſil. meo.28. incipien.duo teſtes recenſiti. Quo ad quartum, dico quòd error ſit in ijs quæ fidei ſunt uel contra ueritatem determinationis Eccleſiæ in ijs quæ pertinent ad fidem & bonos mores,&neceſſaria ſunt ad conſequendam uitam æternam,Si enim error eſſet de ijs quæ nō pertinent ad fidem, puta quòd credat quis ſolem non eſſe maiorem terra, & hmōi, non eſt periculoſus error,uel ꝙ circulus poſsit quadrari, aut piper ſit tot gradibus calidum, unde Aug.li.3.de libero arbitrio inquit. Si quid de creatura aliter q̄ ſe habeat cenſeremus,non magnum periculum eſt.idem in Ench.c.13.in quibus autem nihil intereſſet ad capeſſendum regnum, vtrum credatur aut non,& vtrum vera ſint ſiue putentur an falſa,in ijs errare, ſcilicet aliud ꝓ alio putare,non eſt arbitrādum eſſe peccatū,aut ſi eſt,minimum aut læuiſſimum eſt,error autem contra ſacram ſcripturam,articulos fidei, aut contra determinationem Eccleſiæ in ijs quæ pertinent ad fidem uel bonos mores eſt hæreſis.arg.c.hæc eſt fides.24.q.j.
8 Item †determinatio dubiorum circa fidem pertinet principaliter ad Eccleſiam, & præcipue ad ſummum pontificem Chriſti uicarium & Petri ſucceſſorem.capitulo.quoties.24.quæſtio.j.capitulo.maio res, de baptiſmo,Scribitur in capitulo. ſicut.de exceſsib. prælato. ut infra latius dicam in quæſt.8.contra autem authoritatem Eccleſiæ nullus doctor uel ſanctus ſuam ſententiam defendit,ſecundum.S.Tho.nec Gregorius. nec Ambro

ſius.

ſius.nec Hieronimus, nec etiam Auguſtinus, ſicut ergo aſſerens aliquid
pertinaciter contra fidem eſt hæreticus, & ita & contra determinationē
Eccleſiæ in his quæ pertinent & neceſſaria ſunt ad ſalutē pertinaciter aſ-
ſerens eſt hæreticus, ipſa enim eccleſia nunquam erraſſe in fide proba-
tur, ſcribitur in.c.A recta. xxiiij.q.j. nam pro ea Chriſtus orauit ut nō de
ficeret fides eius.in.d.c.maiores, Abbas in c.a nobis.ij.de ſenten.excom-
muni. In alijs vero quæ non ſunt præcedentis qualitatis contrarium ſen-
tiens non eſt hæreticus, ſicut dicere, ꝙ ius non poſsit ſeparari ab vſu con
ſumptibilium, ut declarat.Ioan.xxij.in extraua.incipien.ad conditorem
9 canonum, & eſt text.Auguſtini in c.in quibus.xxij.q.ij. Quintum † & ul-
timum eſt, ꝙ prædictum errorem pertinaciter defendat & ſequatur, vn-
de ſecundum Hieronimum in ca. hæreſis. xxiiij.q.iij.hæreſis ab electione
eſt dicta, quia ſcilicet eam unus quiſque eligat diſciplinam, quam putat
meliorem, electio autem ut dicit ibi Car.habet firmam adhæſionem, &
ſic ad hoc ꝙ aliquis ſit cenſendus proprie hæreticus, oportet ꝙ errorem
ſeu erroneam opinionem quam contra ueritatem inuenit aut ſequitur
pertinaciter ſiue obſtinata mente tueatur, & ſequatur, unde dicebat. S.
Thom.in Epiſtolis Pau. prima ad Corinthios.xj.lectione. 4. fundans ſe
ſuper dicto Hieronimi, ꝙ ex illo dicto duo accipi poſſunt, primum qui-
dem ꝙ de ratione hæreſis eſt ꝙ aliquis priuatam diſciplinam ſequatur,
quaſi per electionem propriam, ſecundum eſt ꝙ huic diſciplinæ aliquis
pertinaciter inhæreat, nam electio, ut dixi, firmam importat inhæſionē,
& ideo hæreticus dicitur, qui ſpernens diſciplinam fidei, quæ diuinitus
traditur, pertinaciter proprium errorem ſectatur, pertinet autem ad di-
ſciplinam fidei dupliciter, uno modo directe, ſicut articuli fidei, qui per
ſe credendi proponuntur. unde error circa hos ſecundum ſe facit hæreti
cum, ſi pertinatia adſit, non poſſunt autem a tali errore excuſari propter
ſimplicitatem aliquam, præcipue quantum ad ea de quibus Eccleſia fe-
ſtum ſolemnizat, & quæ communiter uerſantur in ore fidelium, ſicut mi
ſterium trinitatis, natiuitatis Chriſti, & alia. Quædam uero indirecte
pertinent ad fidei diſciplinam, inquantum ipſa non proponuntur, ut pro-
pter ſe credenda, ſed ex negatione eorum ſequitur aliquid contrarium fi
dei. Sicut ſi negetur Iſaac fuiſſe filium Abraæ, ſequitur hoc contrarium
fidei, ſcilicet ſacram ſcripturam continere aliquid falſum, ex quibus ta-
men non Iudicatur hæreticus, niſi adeo perſeueret pertinaciter, ꝙ ab er-
10 rore non recedat, etiam uiſo quid ex hoc ſequatur. Sic igitur † pertina-
cia, qua aliquis contemnit in his quæ ſunt fidei directe, uel indirecte, ſubi
re iudicium Eccleſiæ, facit hominem hæreticum. Talis autem pertinacia
procedit a radice ſuperbiæ, qua aliquis præfert ſenſum ſuum toti Eccle-

ſiæ

ſiæ, unde Apoſtolus, j. ad Thim. vj. inquit. Siquis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei doctrinæ, quæ ſecundum pietatem eſt, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæ
11 ſtiones, & pugnas uerborum. Et ideo † ſecundum. S. Augu. non qui falſas opiniones gignit, uel ſequitur, ſed qui pertinaciter defendit, hæreticus eſt cenſendus. Vnde ſi quis non pertinaci malitia ſentiret aliquid contra fidem, ſed ignorantia, paratus corrigi, ſi quod ſentit, falſum oſtenderetur ſibi eſſe contra fidem, aut ſacram ſcripturam, ſeu determinationem Eccleſiæ, talis non eſt hæreticus. ca. dixit Apoſtolus. xxiiij. q. iij. De cuius intellectu plura dixi. in. c. quoniam. de hæreti. lib. vj. in 12. q. idem habet. in c. in Eccleſia. In verbo reſiſtunt contumaciter. 24. q. 3. inde ſuccedit quod Augu. dicit, errare potero ſed hæreticus non ero. ſcilicet quia erat paratus corrigi cum ſibi fuiſſet oſtenſus error, facit. c. hæc eſt fides. 24. q.
12 j. & ibi glo. hoc notat. Et † hæc hæretici diffinitio, ſeu deſcriptio, conuenit in effectu, cum ea quam tradit. S. Tho. in. 4. diſtin. 13. art. j. dicens, hæreticus ſecundum nos dicitur qui a communi fide (quæ catholica dr̃) diſcedit, contrariæ opinioni vehementer inhærens per electionem, & S. Bona. in d. diſt. inquit, hæreticus eſt, qui diuinæ legis ignorantia, uel contemptu, pertinax inuentor proprij erroris, aut alicuius ſectator, catholicæ ueritati mauult aduerſari quam ſubijci, & hæc diffinitio fundatur in c. qui in Eccleſia. 24. q. 3. & Gabri. in 4. ſentent. q. 2. uer. 3. notandum, dicit, hæreticus poteſt ſic deſcribi. hæreticus eſt, uere baptizatus ſeu pro baptizato ſe gerens pertinaciter errans, uel dubitans contra catholicam ueritatem, nec hanc deſcriptionem hæretici glo. in c. 3. de hæreti. & Hoſtien. in ſumma. in ti. de hæret. §. quis dicatur hæreticus. & gl. in c. qui dignior. 24. q. j. & gl. in c. ille qui. 24. q. 3. & Archi. in c. ij. de hær. lib. vj. & Car. in cle. j. §. fi. in 2. oppo. de uſuris. In totum euacuauerũt. & dicit Oldr. in Conſi. ccx. Regularis habet traditio, ꝙ hæreſis habet principium & complementum, principium quidem eſt error in oratione, Sed complementum eſt pertinacia in uoluntate, & allegat. d. c. dixit Apoſtolus, & inquit Lucas de Penna. in l. j. C. de priui. Scola. li. 12. col. 6. ꝙ non quicunque deuiat a fide, Sed qui pertinaciter deuiat, proprie hæreticus nominatur. c. in eccleſia. c. q aliorũ. & in d. c. dicit Apoſtolus. 24. q. 3. Vñ ad rõnẽ hęretici duo cõcurrũt: unũ eſt error in rõne (qđ eſt hrſis initiũ) alterũ ꝑtinacia in volũtate (qđ eſt hæreſis complementũ) tales. n. proprie ſunt hæretici. Secun
13 dum Ray. & Tho. ut ibi per eũ. Et ideo † quando dicunt doctores, ꝙ qui aſſerit fornicationem non eſſe peccatum, uel uſuras exigere, & ſimilia eſt hæreticus, ut ſcribit Decius in c. j. de off. deleg. col. 6. ſemper intelligitur, quando pertinaciter aſſereret, per prædicta, & eſt text. in clemen.
1. §.

1.§. ſanè, in uerbo, ut pertinaciter affirmare præſumat. de uſuris. nam nolens errorem defendere, Sed rationem audire non eſt hæreticus, ut inquit Alber. de roſate in rubr. C. de hæret. per d. c. dixit Apoſtolus. Calde. in conſi. v. diaconus eſt profeſſus. in titu. de hæret. Andre. de Iſer. in tit. de ſtatu. cōtrà libe. Eccleſia. §. diffidamus. in feudis. Pe. de bella pertica in l. j. C. de hære. Io. de ana. in rubr. de hæret. S. Tho. in ij. ij. q. xj. art. ij. etiam ſi leui argumento a iudicio catholicæ religionis, & tramite detectus fuerit deuiare. ut dicit tex. in l. ij. C. de hæret. circa cuius intellectum omnes doctores qui hactenus ſcripſere ceſpitarunt, prout late ſcripſi in d. rubr. de hære. lib. vj. q. xiij. & quæ ibi dixi nolo hic tranſcribere ne proceſſus illius
4 rubricæ in totum uulneretur. Non † omitto tamen quòd pro hæretico capitur quicunque alicuius temporalis commodi & maximè gloriæ principatusq; ſui gratia falſas ac nouas opiniones gignit uel ſequitur, ut diffinit Auguſt. in c. hæreticus. xxiiij. q. iij. illi enim qui confingunt aliquam hæreſim de nouo ſecundum S. Tho. in ij. ij. aliquod commodum temporale expectant, ſaltem principatum, uolunt enim habere ſequaces, hoc enim eſt commune in omnibus hæreticis, quod ex ſuperbia procedit, quæ eſt amor propriæ excellentiæ, & a communi uia diſcedunt aut leuitate aut peruerſitate, ut habetur in c. excōmunicamus. il. j. §. adiicimus. de hær. unde S. Gregorius inquit, hæretici communem ſententiam habere refugiunt, ne æquales cæteris extimentur, & quædam noua ſemper exquirunt, quod dum alij neſciunt, de ſingularitate ſcientiæ glorientur, nec hoc (q᷑ gloriæ conſequendæ faciant) ponitur in deſcriptione hæretici tanquàm eſſentiale, ſecundum Alex. de ales, Sed poſitum eſt id quod frequentius accidit in talibus hæreticis, ut ſcribit Car. in d. c. hæreticus, & dicam infra in xix. quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Pertinacia in hæretico quæ ſit, & pertinaciter dictum.*
2 *Perſeuerantia quomodo differt a pertinacia.*
3 *Pertinacia duplex conſideratur in hæretico.*
4 *Pertinacia mentalis non poteſt liquere iudici niſi per conſiderationem rei.*
5 *Pertinaci mentali non creditur, ſi habet præſumptionem contra ſe.*
6 *Dubitans in fide quomodo dicatur hæreticus.*
7 *Pertinacia mentalis probatur per uiolentam præſumptionem.*
8 *Pertinacia exterior quomodo capitur.*
9 *Vſuram non eſſe peccatum ſiquis dixerit, quomodo intelligatur, ut hæreticus cenſeatur.*
10 *Hæreticus non eſt qui per lubricum linguæ, uel ioco aliquid dicit cōtra fidē.*

Pertina-

11 *Pertinaciter dictum quomodo intelligatur; habes multa exempla.*
12 *Pertinacia iudæorum fuit damnata a Chriſto.*
13 *Pertinaciam conuincendi modi multi traduntur.*
14 *Pertinacia in hæretico probatur ſingulari modo.*
15 *Pertinax hæreticus an ſit omnino relaxandus brachio ſeculari.*
16 *Hæretici pertinacis pœna eſt ignis.*
17 *Hæreticus deſiſtens a pertinacia admittitur ad pœnitentiam.*
18 *Hæreticis relapſis non parcitur.*
19 *Inquiſitor aduertat quando admittit hæreticum ad pœnitentiam.*
20 *Intellectus.l. hij qui ſanctam. C.de apoſtatis.*

Quid ſit pertinacia, & quotupliciter ſit conſideranda, ut quis hæreticus pertinax ſit cenſendus.

TERTIA QVAESTIO.

1 TERTIO † quæro. quid ſit pertinacia, ſeu pertinaciter dictum, uel pertinax hereticus, de quibus erit promiſcuus ſermo. pertinacia ergo eſt tentio illius, qđ quis tenere nõ debet, & in hoc differt a perſeuerantia, quæ eſt illius, quod quis tenere debet, quia ut dicit Varro, in quo non debet prætendi & prætendit, pertinacia eſt, in quo uero oportet manere, ſi in eo perſiſtat, perſeuerantia uoca-
2 tur. Et † communiter pertinacia capitur in malam partem, perſeuerantia uero in bonam, licet aliquando authores promiſcue his uerbis utantur, Et ſic pertinax eſt qui nimis tenax eſt, hinc Plautus in captiuo. Quid tu ais, tenax ne pater eius eſt? Et ille, immo edepol, pertinax, Nec hic intendo diffinire pertinacem, ſeu pertinaciam, Sed per declarationes manifeſtare diffinitionem ſecundum Iſidorum lib. Ethimo. pertinax eſt, impudenter tenens ſuum propoſitum, ut dixit. S.Th. in ij.ij.q.cxxxviij. art. ij. in corpore, & Archi. in c. fundamenta. col. ſi. de electio. Et perſeuerantia eſt ratione bene conſiderata ſtabilis permanſio; ſecũdum Andronicum:
3 ut dixit. S.Tho. in d. ij.ij.q.cxxviij. Et † pertinacia in propoſito poteſt dupliciter conſiderari, quædam eſt interior, quædam exterior, interior, ſeu mentalis eſt, quando quis pertinaciter corde adhæret prauitati hæreticæ, uel pertinaciter dubitat de catholica ueritate, quod probatur in c. ad abolendam, in principio, de hæret. in uerbo aliter ſentire. per quod uerbum, ſentire, ſolam uoluntatem hæreticalem ſine exteriore opere iudicamus. Et ad hunc effectum, inducit illum tex. glo. in c. cogitationis, de pœni.

4 pœni.diſtin.j. vt latius dicam infra.in q.xxix. Et † hæc pertinacia iudici non poteſt liquere, niſi per confeſſionem hæretici, vt dixit Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, colum.j.& pen.C.de Epiſ.& Cleri.glo.notabilis in l.Fulcinius.§.quid ſit autem latitare.ff.ex qui.cau.in poſſe.catur, quam ſequitur Ang. de Peru.in l.j.ff.de confeſſ. Ea enim quæ conſiſtunt in intellectu, vel conſcientia noſtra, probantur per noſtram aſſertionem, glo. in.§.ſed iſte quidem.inſti.de actio.quam dicit eſſe ſingularem Bald.in c. bonæ,el.ij.colu.iiij.de poſtu.prælatorum. cum multis concordantijs quæ ibi congregauit dominus Boſ.col.xxiij.Et eſt glo.ſecundum cum clarius loquens in c.ſignificaſti.el pri.in verbo, ſi eſt ita, de homicidio. Guido ſociam in c.accedens. de crimi.falſi.facit.c.ſi uero.de ſenten.excommunic. Et in propria materia de hæreſi.Ioan.Lupi ſcribit in ſua allegatione.inci

5 pi.caſus ſuper quo.colum.viij. Sed † ſi quis accuſatus de hęreſi negaret pertinaciam mentalem,& eſſet præſumptio extrinſeca contra eum, non crederetur ipſi, nec ſtabitur dicto, & iuramento ſuo, vt inquit Barto.in l.inter omnes.§.recte.colum.vltima.ff.de furtis.Ioan. And.in c.ij.de conſtitut.l.ſi non conuicij.C.de iniurijs, & l.j.C.ad l.Cornel.de ſicca. tradit Alexan.in l.j.§.per procuratorem,colum.ij.ff.de acqui.poſſeſſ.inde dicebat Lud. Rom.in conſil.ccccxxxj. præſentis dubitationis articulus.in fi. quòd ubi contra allegantem ignorantiam ex coniecturis ſcientia præſumitur,per iuramentum ſolum ignorantia non probatur,niſi aliter ignorantiæ probatio coloretur, vt dicit glo.in c.propoſuiſti.lxxxij.diſtin. In-

6 nocen.& Anton.de Bu.in c.cognoſcentes.de conſtitut. Et † pro eo quod dixi de dubitante, facit.c.j.de hęre. vbi dubius in fide eſt infidelis, dummodo dubietas hæc habeat in ſe firmitatem animi, & quandam pertinaciam, vt quia perſeuerat in illa dubitatione, Secus ſi incideret in cogitationem,Seu dubitationem ex primis motibus animi,vt declarant Card.in. Abb.& alij in d.c.j.& Aug.de Anco.in tract. de poteſtate Papæ.q.xxviij articu.j,pro ut ego late ſcripſi.in d.rub.q.xiij. verſic.primo dicitur hære-

7 ticus. Inſuper † probatur dicta mentalis pertinacia per præſumptionem iuris violentam,quando quis tranſit,vel redit ad ritus iudæorum,vt in d.c. contra chriſtianos.Et quando quis ſuſpectus de fide,citatus non comparet,Et excommunicatus ſtetit in excommunicatione per annum, quia ex tunc vt hæreticus condemnatur, vt in c.cum contumacia.de hæret.lib.vj. Idem in deficiente in purgatione canonica, vt in c.inter ſolicitudines.de purga.canon.vt late dixi in conſil.meo.xj.incipi.ſuper dubio.Idem in illis,qui relabuntur in hæreſim quam abiurarunt in genere vel in ſpecie.c. ad abolendam.§.illos quoque, de hære.in c.ſuper.eo.titulo lib.vj.& in c. accuſatus.§.cum vero. Idem & in caſibus compræhenſis in tex. vnico, &

B ſingu-

ſingulari in d.c.accuſatus.§.ille quoq; idem in eo qui non vult ſuam ſuſpi cionem de hęreſi purgare ad arbitrium Epiſcopi,vel Inquiſitoris,vt in d. c.ad abolendam.§.qui uero.Idem eſt de illis,qui in art.mortis petierunt hæreticos cõſolatores.ut in c.filij & hæredes. de hær.lib.vj. Hij enim oẽs ſunt in pertinacia mentali violẽter a iure præſumpta,quia & hęretici iudi cãtur,& cõdẽnãtur, & in eis præſumitur ipſa pertinacia, quæ eſt de rõne
8 formali hæretici,vt ſupra eſt dictũ. Eſt † præterea altera ꝑtinacia quæ dr̃ exterior,qñ quis verbis aut ſcriptis ſeu factis cõtra catholicã veritatẽ ta liter inhærẽdo errori ſuo q nullo mõ uelit ab eo diſcedere, ſed defenſare perſiſtit, vt habetur ſecũdum Aug.& ſcribitur in c.qui in Eccleſia.xxiiij. q.iij.vbi dicitur, qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumq; ſapiunt,ſi correcti ut ſanum rectumq; ſapiant,reſiſtunt cõtumaciter, ſuaq; peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt,ſed defenſare perſiſtũt,
9 hæretici ſunt.Et † hæc pertinacia eſt etiam in eo,qui in illum incidit erro rem,ut pertinaciter affirmare præſumat, exercere vſuram non eſſe peccatum,ut in cle.j.§.Sane.de uſuris.Et intellige pertinaciter, ideſt obſtina ta pertinacia: Secundum Laudi. dicentem ꝙ alias non incurreret pœnas cõtentas in d.§.ut in cle.j.§.porrò.in fin.de ſumma Trin.inde pertinax di
10 citur, qui valde impudentur aliquid tenet & affirmat. Et † ſic ſi ioco uel per lubricũ linguæ quis id uel ſimile aſſereret,non eſſet hæreticus.c.quod ait.xxij.q.ij.& dicit ibi.car.ſecundum Zẽze.exponitur pertinaciter, ideſt cum perſiſtentia incorrigibili.facit.c.dicit Apoſtolus.xxiiij.q.iij.Hoc tamen inultum remanere non debet, Sed talia dicens ioco uel lubrico lin guæ extraordinarie eſt puniendus, ut dicit Car.in d.§.ſane.q.v.quem Io-
11 an.de Imo.ibi ſequitur.Ad idem † eſt tex.in cle.j.§.porrò.de ſumma Tri nit. vbi tanquàm hæreticus cenſetur quicunq; deinceps aſſerere defendere ſeu tenere pertinaciter præſumpſerit ꝙ anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma corporis humani per ſe & eſſentialiter, ubi dicit.glo.in uerbo pertinaciter,hoc eſt ualde pertinax,uel impudenter tenens, durus, irreuocabilis,indocilis& obſtinatus,quinimo ex illo tex.colligitur expreſſe,ꝙ quo ad hæreſim incurrendã paria ſunt aſſerere,defendere,ſeu tenere pertinaciter, ut ibi notat Car.Flor.in 8.notabili.Accedit etiam quòd qui Inquiſitori aliquid aſſerenti non credit dum eum forſan corrigit, uel inſtruit de his,quæ fidei ſunt,uel ut ſe a crimine purget,uel ut aliquã pœni tentiam pro crimine ſuo agat.condẽnari poteſt tanquàm hæreticus pertinax,ut inquit Barto.per illum text.in l.tutor.§.tutores qui.ff.de ſuſpectis tuto.pro quo facit.d.c.ad abolẽdã.in prin.verſi.niſi continuo.& c.literas. de pręſumptio.& ꝑ d.§.tutores dicit Car.Flo.in cle.j.in prin.q.ij.de ſum. Trin.ꝙ ille dicitur pertinaciter inhærere hæreſi qui non eſt paratus corrigi ad

gi ad mandatū ſuperioris,ut probatur in c.damnamus. de ſumma Trini. ubi non damnatur Abbas Ioachin, licet dixerit errorem,quia paratus fuit corrigi & ſe ſubiecit determinationi Eccleſiæ. facit.c.hæc eſt fides.xxiiij. q.j.Et pertinaciter factum dicitur , quod fit ſciēter & nō ex temeritate,ut
12 probatur in gl.temeritate.in c.j.de maledicis.Et ita † eſt odibilis pertinacia quam Chriſtus exprobrauit iudæis,dū inquit Ioan.xv.ſi non ueniſſem, & locutus non fuiſſem peccatum non haberent,nunc autē excuſationem non habent de peccato ſuo, vbi Chriſtus declarat iudæos fuiſſe pertinaces in erroribus ſuis,quia ſibi credere noluerūt, unde ſubdit,ſi opera non feciſſem in eis,quæ nemo alius fecit,peccatum non haberēt,nunc autem & uiderunt & oderūt me,& patrem meū, Et ſic pertinaces eos eſſe oſtendit,quia operibus ſuis credere noluerunt,maliciam & pertinaciam indi-
13 cans. Et † quàmuis Ocham plures modos conuincendi aliquem de pertinacia tradiderit in j.parte ſui dialogi.lib.iiij.quem ad literā retulit Car. de Turre.Crem.in ſuo tracta.de poteſtate Papæ.in ij.parte.lib.iiij.c.xxij. & Ioan.de Gerſon in j.parte alpha.xiiij.in tract.de proteſta.circa fidem, & per diſcurſum illius alphabeti.nihilominus ſi bene pēſentur omnes reducuntur ad ea qua ſupra dixi. ſi tamen quis ea uidere uoluerit ad eorum
14 dicta me remitto. Et † vltra eos nō ommitto quendā modum cōuincendi aliquem de pertinacia. hoc eſt quādo quis contra prædicatam in eccleſia ueritatē,latēter dico pſiſtit,uel uſq; ad mortē perdurat,quia talis non videtur per ignorantiam,Sed per obſtinatam maliciam in tali errore tantot pe perſeueraſſe. Et ideo Eccleſia tales præſumit hæreticos, ita ſcribit Archi.Flor.in ij.parte ſuæ ſummæ.tit.xij.§.j.ubi nihil allegat, poteſt fundari hoc in d.c.contra chriſtianos.de hære.lib.vj.Pluribus alijs modis dr̄ quid pertinaciter dictum uel factum,vt dicit.gl.in extrauag.Ioan.xxij.poſita in tit.de uerb.ſign.quæ incipit.cum inter nonnullos.in uerbo,pertina-
15 citer.Sed † forſam dubitas. an quilibet hæreticus pertinax ſit ut hæreticus condemnandus, relaxando illum ad iudicem ſecularem debita pœna puniendum,ut in c.ad abolendam.in prin.de hæret,ubi Hoſtiē.Ioan.And. & cæteri cōcludunt, hæreticos pœna ignis puniri per illud Ioā.xv.ubi dr̄, ſi quis in me nō manet mittetur foras ſicut palmes,& areſcet, & colligēt
16 eū,& in ignē mittēt. Et † ſic cōſuetudo interpretat̄, ius āt ciuile capitali pœna ſeu mortis eos puniēdos decernit.l.Arriani.C.de hęr.iūcta.l.ultimū ſuppliciū.ff.de pœn.facit ꝓ his optime tex.ī c.ſi audieris.24.q.5.& c.legi. 23.q.8.Et iſte caſus addēdus ēt ad illos ī qbus qs punit̄ pœna ignis,quos ponit Sal.ī l.j.C.de nili aggerib. nō rūpe.R̄ndeo,ꝙ ſi hęreticus ī ſua falſa opiniōe pſeuerat abſq; retractatione,punit̄ ut hæretic⁹. ut ī d.cle.j.§.porrò. de sūma Tri. & in cle.j.§.ſanè.de uſuris.facit.l.qm̄.in fi.C.de appel.&

idem ſi negauerit ſe hæreticum, & conuinçatur & ſic innocentiæ ſuæ ad
arbitrium Inquiſitoris debitam purgationem nō præſtiterit, vt in d.c. ad
abolendam. ſcribit Hoſtien. in titu. de hæret. §. qualiter depræhendantur,
tolu. j. & habetur in deciſione Rotæ. deciſ. cccccccclxxv. quæ eſt. j. titu. de
hæreti. in antiq. incipi. accuſatus de hæreſi. de cuius intellectu infra latius
dicam, quia venia non datur niſi correcto. c. venia. de regu. iur. lib. vj. Si
17 vero † dictus ptinax hæreticus a pertinacia vult deſiſtere & deſiſtit para
tus errorem ſuum reuocare & hæreſim omnem abiurare, ei quo ad vitam
parcitur, Secūdum æquitatem canonicam & ciuilem, & detruditur in car
cerem perpetuum, ut probatur in cle. ad noſtrum. §. fin. de hæret. iuncto.
c. pen. de hære. & in l. inter claras. C. de ſumma Trin. & l. hij qui ſanctam.
18 C. de apoſtati. Ab † hoc tamen excipio eos qui relapſi ſunt in hæreſim,
quia ſine vlla audientia iudici ſeculari traduntur, vt in c. ſuper eo. de hære
ti. lib. vj. d. c. ad abolendam. §. illos quoque. Et eos etiam excipio, quos iu-
ra canonica relapſos cenſent. ut in c. accuſatus. §. eum vero, &. §. ille quo-
19 que. de hære. lib. vj. Aduertant † tamen dominus Epiſcopus & Inquiſitor
in admiſſione ad græmium Eccleſiæ hæreticorum redeuntium, ne ſimula
ta conuerſione redeant fraudulenter, ſeipſos potius qua iudices fallen-
tes, ne ſub ſpecie agni lupum gerant vt dicit text. in c. vt officium. §. ſi ve
ro, verſicu. prouiſo ſolerter. de hære. lib. vj. Et in his verſatur arbitrium
iudicum, non autem in relapſis hæreticis, vel in eis qui pro lapſis haben-
tur, quia in his a iure ſtatutis non videtur verſari arbitrium, ſeu diſpen-
ſatio, vt in d. c. ſuper eo. cum alijs. facit c. de cauſis & quæ ibi modern.
20 ſcribunt de offic. deleg. Et † pro hoc eſt tex. notabilis quem ad hoc ſem
per ponderaui in d. l. hij qui ſanctam. C. de apoſtatis. ibi, perditis vero,
hoc eſt ſanctum baptiſma profanantibus nullo remedio pœnitentiæ
(quæ ſolet alijs criminibus adeſſe) ſuccurritur. intelligendo perditis
ideſt obſtinatis, pertinacibus, & relapſis, de quibus nulla eſt ſpes
quod recuperentur, ſeu redeant, pro vt verbum, perdere, hoc impor-
rat. vt dicit Barto. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero. ff. de edendo, vt la
te de intellectu dictæ, l. hij qui ſanctam, dixi in conſ. meo xxxiij. incipie.
cogor ex iniuncto mei officij debi. carta. iij. vbi ſcripſi, an in aliquo caſu
ſit parcendum hæretico relapſo confitenti errorem ſuum, & volenti ad
græmium Eccleſiæ redire.

SVMMARIVM.

1 *Veritas Catholica quid ſit.*
2 *Veritas Catholica explicite & implicite dicitur.*

3 *Veritas*

3 *Veritas catholica ſecundum Boetium.*
4 *Hæretica aſſertio quæ ſit.*
5 *Veritas Catholica eſt ſine approbatione Eccleſiæ.*
6 *Hæreſes ſunt ſine approbatione Eccleſiæ.*
7 *Veritas Catholica quid ſit ſecundum Theologos.*

QVARTA QVAESTIO.

1 QVARTO. † Quæro. quid ſit ueritas catholica? ut cognoſca-
mus quod eſt ueritati Catholicę contrarium. Eſt igitur ueri-
tas Catholica, quæ ex diuinæ reuelationis lumine ſupernatu-
rali, immediate uel mediate ẽ habita, explicite in ꝓpria uerbo
rũ forma, uel implicite bona & neceſſaria cõſequẽtia. Dr̄ ex lumine diui
næ reuelationis habita, ad drĩã ueritatũ ꝑ rationis inquiſitionẽ ſub lumi
ne naturali cognoſcibiliũ, quæ non merentur dici catholicæ. Dr̄ ãt me-
diate uel immediate habita, qm̄ aliqua nobis Deus ĩmediate ꝑ ſe ipſum
reuelauit & reuelat, ſicut Euangeliũ. unde Io. 1. dr̄. Vnigenitus Dei filius
q̃ eſt in ſinu Patris enarrauit nobis. & Eſaiæ. lij. Ecce ego qui loquebar
adſum. Aliqua uero reuelauit nobis & reuelat Deus per alios, ſicut ꝑ an
gelos ſuos, & apoſtolos, ſiue ꝑ alios uiros ſanctos. Pau. ad Hæb. j. olim in
quit loquens Deus patribus in ꝓphetis, nouiſsime locutus eſt in filio. Et
ij. Pe. j. non eñ uolũtate humana allata eſt prophetia, Sed Spiritu Sancto
inſpirante locuti ſunt homines. Et iõ nõ tm̃ ueritas catholica dicenda eſt
a, Deo per ſe ipſum immediate a fidelibus tradita, Sed ẽt quæ per ſanctos
ab eo doctos & inſpiratos eſt habita. cum ſpiritus ſanctus, quo inſpirãte
ſancti Dei homines locuti ſunt & loquuntur nõ niſi ueritatem doceat at
que inſpiret: Io. 16. cum uenerit ille ſpiritus ueritatis docebit uos omnẽ
2 ueritatem. Dicitur† explicite in propria uerborum forma, implicite uero
bona & neceſſaria conſequentia deducta. his enim duobus modis dicitur
quid contineri in ſacra ſcriptura, aut in propria uerborum forma, ſicut
iſta. Verbum caro factum eſt, & iſta, Chriſtus fuit homo. Aut aliquid im
plicite, quod bona & neceſſaria conſequentia ex propoſitis in litera ex-
plicite ſequitur, ſicut ex illa, Chriſtus fuit homo, ſequitur neceſſaria con
ſequentia, ꝙ habuit animam rationalem, & omnes animæ potentias. Se-
quitur etiam ꝙ habuit carnem & oſſa &c. quæ pertinent ad ueritatem
humanæ naturæ, ut ſcribit Epiſcopus Vſſelen. in libello quem fecit con-
tra comitem Mirandulanum. c. iij. quorum plura ſumpſit ex tractatu de
poteſtate Papæ edito per Car. de Turre Cre. li. 4. c. 8. authore tacito. Sed
exemplum ab eo poſitum mihi non uidetur congruere ꝙ deducatur ex
conſequentia neceſſaria, quòd Chriſtus habuit carnem & oſſa, cum hoc

explicitum ſit in propria uerborum forma in ſacra ſcriptura lectionis Euangelicæ Luc. 24. dum Chriſtus dixit diſcipulis ſuis poſt reſurrectionē. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum, palpate & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa non habent ſicut me uidetis habere. Vnde cōgruentius exemplum eſſet, ſi diceremus, Ergo habuit neruos & uenas, q̄a hęc explicite in ſacro canone non continentur, Sed ex neceſſaria con-
3 ſequentia deducitur. ut dicit Ioan. de Gerſo. & Car. in d. loco. Item † dicitur ueritas catholica ſm Boetiū primo de Trinit. quia nō uni genti tantum, Sed omnibus obſeruanda & credenda proponitur, unde Matthæi ultimo dicit Chriſtus, Euntes docete omnes gentes, & Marci xvj. Predicate
4 Euangelium omni creaturæ; Vnde † illa aſſertio ſeu propoſitio eſt hæretica, quæ contrariatur ueritati catholicæ iuxta ſuum gradum, quia ſecundū Ariſtotelem quot modis dicitur unū oppoſitorum tot modis dicitur & reliquum, ideo opere precium eſt, ut in ſequenti quæſtione pertractemus gradus, ſeu genera ueritatum catholicarum, ut eis cognitis. cognoſcantur earum oppoſita, cum contrariorum eadem ſit diſciplina. l. Pomponius. §. Sed & is. ff. de procu. l. j. in prin. ff. de hiis qui ſunt ſui uel alie. iuris. cum
5 ibi traditis. Et † ſicut ueritates catholicæ (ut ſupra tetigi) abſq; oī approbatione eccleſiæ ex natura rei ſunt immutabiles & immutabiliter ueræ, ita
6 ſunt immutabiliter catholicæ reputandæ. Similiter, † ſicut hæreſes abſq; omni reprobatione & damnatione ſunt falſæ, ita abſq; reprobatione ſunt hęreſes reputandæ ut dicit Gabriel. in 3. ſententiarum. di. 25. q. unica. ver.
7 tertio dubitatur. Alibi † ēt idem inquit in 4. diſt. xiij. q. ij. ar. j. diffiniens ueritatem catholicam, q̄ ueritas catholica eſt ueritas reuelata, a, Deo in ſe uel in ſuo antecedente pertinens ad religionem. Dicitur reuelata, a, Deo, quia ueritas humano ingenio acquiſita, puta per demonſtrationem uel per experientiā, ut talis, non dicitur ueritas catholica, quia omnis ueritas catholica eſt articulus fidei, fides autem non innititur euidentiæ naturali Sed diuinæ reuelationi, Dicitur in ſe, propter ueritates ſacri canonis bibliæ, quæ omnes immediate ſiue ſecundum ſe ſcriptoribus eius ſunt reuelatæ, ipſi enim fuerunt calamus ſcribæ. i. Spiritus Sancti ueclociter ſcribētis, ut ſcribitur in multis decretis conditis per Auguſt. 9. diſt. Dicitur uel in ſuo antecedente, propter ueritatem, quæ ex contentis In biblia poteſt in conſequentiam neceſſario inferri ſeu deduci. Vt eſt illa, Deus eſt uerus homo ex anima rationali & carne ſubſiſtens, quæ ſub hac forma uerborum non habetur in ſcriptura. Sed ex ea poteſt deduci in conſequentiam neceſſariam. Dicitur, ad religionem pertinens, propter ueritates religionem ſiue pietatem non reſpicientes, quæ non dicuntur ueritates Catholicæ, quàmuis fuerint a, Deo reuelatæ,

latæ, pertinet autem ad religionem quicquid ad pietatem id eſt Dei cultum, aut ad finem beatitudinis conſequendæ ordinatur. Ex illo ſequitur, ꝙ multæ ueritates quæ in Scriptura Canonica non habentur, nec ex eis ſolis deduci poſſunt in conſequentiam neceſſariam ſunt catholicę. Primo patet de his quæ ab apoſtolis ad nos per ſuccedentium reuelatio nem, uel ſcripturas fidelium fide dignas peruenerunt, & tamen in ſcriptura canonica non continentur. hæc Apoſtolis per Spiritum Sanctum reuelata (a quo docti ſunt omnem ueritatem) non dubitatur. Secundum patet de his quæ ex præmiſsis coaſſumpto aliquo uero neceſſario euidente uel certo deduci poſſunt. Tertio patet de his ueritatibus quæ aliis fidelibus a Deo reuelatę eſſe ſufficienter oſtenduntur. Quarto patet de his quę a b Eccl'a uniuerſali ut crede̅da accepta ſu̅t, ſupponit e̅m ea̅ in fide errare no̅ poſſe, cuius fidem deficere non poſſe, Oratio Chriſti pro fide Petri manifeſtat, Luc. xxij. & eius promiſſa aſsiſtentia uſq; in finem ſeculi. Matthæi. vj. certam reddiderunt. Quinto & ultimo patet de ueritatibus a generalibus conciliis & Romanis Pontificibus rite determinatis, hæc. n. omnia uel reuelata ſunt, uel ex ſolis reuelatis ſunt deducta, uel ex reuelatis, & illis ueritatibus coaſſumptis, nec; aliud determinat rite Concilium, uel Romanus Pontifex ut eſt proxime dictum. Et hæ quinq; ueritates catholicæ latius explicantur in gradibus ſeu generib. catholicarum ueritatum, quæ ſtatim ſubiicientur pro præmiſſorum dilucida declaratione. Ex quibus reſolutoria patet diffinitio aſſertionis catholicæ. hoc eſt, aſſertio catholica eſt ueritas ex lumine diuinæ reuelationis immediate uel mediate habita, explicite, & in propria uerborum forma, uel implicite bona & neceſſaria conſequentia deducta, declarando ſingula uerba ut dixi. Vel aliter poteſt dici ſecundum aliquos. Aſſertio catholica eſt illa cui quilibet adultus tenetur explicite uel implicite firmiter adhærere per ſolam fidem & non per experientiam aut ro̅nem demonſtratiuam, quamuis de facto habeat aliqua motiua. Et io̅ dr̄ catholica, i. uniuerſalis, ut dicit gl. in rub. C. de Sum. Tri. & Arch. in c. fundamenta. in prin. de elect. li. 6. quia ubiq; p̄dica̅da eſt, & omnibus ge̅tibus crede̅da proponitur, Vnde Chriſtus Marci. ult. Euntes docete oe̅s ge̅tes. Et quia nunq̄ in ea ſubfuit ſubeſt aut ſuberit aliquod falſum, prout ſcribit Boeti. in princi. lib. de Trinitate.

SVMMARIVM.

1 *Catholicarum ueritatum gradus quot ſunt.*
2 *Furi par eſt occultator alienæ laudis.*
3 *Scriptura ſacra nullam recipit dubitationem ueritatis.*
4 *Hæretica aſſertio eſt, quæ contradicit ueritati catholicæ in propria uerborum forma.*

5 *Hæretica aſſertio eſt, quæ contradicit ſacræ ſcripturæ ex deductis in neceſſariam conſequentiam.*
6 *Hæretica aſſertio eſt quæ cõtradicit his quæ nobis ab Apoſtolis tradũtur.*
7 *Conciliumgenerale in his quæ fidei ſunt errare non poteſt.*
8 *Multa leguntur in Eccleſiis, quæ nõ credere non ſunt de neceßitate ſalutis.*
9 *Hæretica aſſertio eſt nõ credere determinatis ab eccleſia in his q̃ ſunt fidei.*
10 *Concilium poteſt errare in his quæ non ſunt fidei.*
11 *Doctor unus poteſt conuicere communem opinionem.*
12 *Veritas catholica eſt credere determinatis a ſede Apoſtolica in his quæ fidei ſunt.*
13 *Veritas catholica eſt credere his quæ ſancti doctores ſcripſerunt contra hæreticos.*
14 *Doctores approbati ab eccleſia qui ſunt.*
15 *Probabile quid ſit.*
16 *Aſſertio ſapiens catholicam ueritatem quæ ſit.*
17 *Aſſertio hæreſim ſapiens quæ ſit.*
18 *Quot ſunt gradus ſiue genera catholicarum ueritatum.*

QVINTA QVAESTIO.

1 QVINTO† Quæro. quot ſunt gradus ſeu genera ſiue modi cognoſcendi ueritates catholicas? Et conſequenter hæreſes eis aduerſantes? Reſpondeo plures eſſe, in quorum progreſſu ſequar ueſtigia uenerabilis inceptoris Occhã, Io. de Ger. Cãcellarij pariſienſis, & Card. Sancti Sixti, & aliquorum aliorum, nec erubeſcã Authores nominare, a quibus didici & diſcam, Cum† occulta
2 tor alienæ laudis furi par ſit ut eſt arg in l. hæreditatum. §. fi. ff. ad legem falci. quam ad hoc allegat Bal. in præludiis feudo. col. fi. idem Bal. in rub. de eo qui eſt in poſſe. cau. rei ſerua. quẽ uiua uoce audiui allegatũ a do. Iaſſo. Maino. in academia Ticinenſi, dũ legeret. l. 3. §. ſi rẽ. ff. de acq. poſ.

PRIMVS ergo gradus ſeu genus catholicarum ueritatum eſt eorum quæ in canone ſacræ ſcripturæ, ueteris aut noui teſtamẽti, in propria uerborum forma continentur, ut eſt iſta, in principio creauit Deus cœlum
3 & terram. Item uerbum caro factum eſt, Quod† autem hmõi ueritates in ſacra ſcriptura contentæ catholicæ ſint, manifeſtum eſt, cum de ueritate ſacræ ſcripturæ nullo modo dubitandum ſit, Vnde dicit Auguſt. & ſcribitur in c. quis neſciat. 9. diſt. quis neſciat ſacram ſcripturam canonicã tã ueteris, q̃ noui teſti certis terminis ſuis cõtineri: eáq; poſterioribus oĩm Epõrũ literis ita p̃poni, vt de illa omnino dubitari vel diſceptari nõ poſſit, vtrũ verũ, vel vtrũ rectũ ſit quicquid in ea ſcriptũ ſit, vel conſtiterit eſſe.

eſſe. Et alibi Aug. in c. ego ſolis. eadẽ. diſti. dicit. Ego ſolis ſcripturarũ li-
bris (qui canonici appellantur) didici hunc timorẽ, honoremq; deferre,
vt eorũ nullũ ſcribendo erraſſe firmiſſime credã. & ſi alia probatio quæ-
ritur, ſufficit Matthæi quinto. Amẽ quippe dico vobis, donec trãſeat cœ-
lum & terra, iota vnum aut vnus apex nõ præteribit a lege donec omnia
fiant: Et ſequitur, Amen dico vobis, cœlum & terra tranſibunt. Conſtat
autem quòd canon bibliæ lex eſt Dei per reuelationem habita, cuius
aſſertiones literales innituntur vnico literali principio, omne reuelatum
4 à Deo eſt verũ, vt dicit Aug. in d. c. ego ſolis. Vnde† aſſertio quæ huic pri
mæ veritati catholicæ contrairet, eſſet hæretica, quia huic primæ verita-
ti primi gradus in proprijs terminis contradiceret, videlicet veritatibus
ſub propria verborum forma in ſacra ſcriptura contentis, vt eſſet ita, ꝙ
in principio Deus nõ creauit cœlũ & terrã. Aut ꝙ verbũ nõ ſit caro factũ
quæ ambæ aſſertiones in proprijs terminis cõtradicunt ſcripturæ veteris
& noui teſtamenti, vt Gene. j. & Io. j. & ſic eſſet prima ſpecies hæreſum.

SECVNDVS gradus Catholicarum veritatum eſt quæ ex ſolis con-
tentis in ſacro canone bona & neceſſaria conſequentia inferuntur, inde
cùm tales veritates eandem veritatis firmitatem, & credulitatis neceſſita
tem habeant quam habent veritates, ex quibus neceſſaria & formali con
ſequentia inferuntur, inter veritates catholicas rationabiliter connume-
rantur, ſicut hæc eſt veritas. Chriſtus eſt verus Deus & verus homo, quæ
licet ſic formaliter in ſerie ſacræ ſcripturæ non inueniantur, vt dicunt Oc
cham & Card. de Turre Crema. quia tamen ex contentis in ſacra ſcriptu-
ra cõſequẽtia neceſſaria cõcludunt, catholica eſt cenſenda. Et eã credere
5 neceſſariũ eſt ad ſalutẽ. Vnde† ꝯria aſſertio huic veritati catholicæ eſt ſe-
cunda ſpecies hæreſum, q̃ repugnat veritati catholicæ ſcd̃i gradus, uideli
cet, q̃ ex ſolis cõtentis in ſacra ſcriptura coſequentia neceſſaria & formali
inferuntur. vt eſt, Chriſtus non habuit intellectũ paſſibilẽ aut agentẽ; cu
ius oppoſitũ manifeſte ꝯñtia neceſſaria infert ex ꝯtẽtis in ſacra ſcriptura.

TERTIVS gradus catholicarum ueritatum eſt eorũ, quæ citra canonẽ
ſacræ ſcripturæ continentur. quæ tñ per reuelationẽ & approbationem
tantum mediantibus apoſtolis ad fideles deuenerunt. Sane cum Chriſtus
viueret in carne mortali, & Apoſtolos multa docuit, & fecit, quæ in ſacro
canone non habentur, ſm̃ illud Ioan. vlt. Multa alia fecit Ieſus q̃ non ſunt
ſcripta in libro hoc, multaſq; alias virtutes catholicas Chriſtus ab Apo-
ſtolis docẽdas p̃cepit, q̃ in canone non hñtur. Hinc Aug. in iij. lib. de par-
uulorũ baptiſmo dicit, illa q̃ non ſcripta ſeruat vniuerſalis Eccleſia, acce-
pit ab Apoſtolis Chriſto docente. idẽ Augu. in c. Eccleſiaſticarũ. xj. diſt. &
dicit tex. in c. cũ Marthæ. de celeb. miſſa. ſu p forma cõſecrationis Eucha
riſtiæ. Sane multa tã de uerbis q̃ de factis dñicis inueniunt ab Euãgeliſtis

omiſſa,

ommiſſa,q̃ e͂t Apoſtoli uel ſuppleuiſſe uerbo uel facto expoſuiſſe legunt. Vt eſt, ꝙ uſus ſigni crucis ſit in Eccleſia Et quòd fideles tali ſigno debeant inſigniri. tanta enim eſt authoritas Eccleſiæ, ꝙ dicebat Auguſti. in Epiſtola fundamenti, Euangelio non crederem, niſi me authoritas Eccleſiæ compelleret. quanquàm uicisſim dici poſſet, Eccleſiæ non crederẽ ſi non authoritas ſacræ ſcripturæ impelleret. Et ita diuerſis reſpectibus utraque
6 mutuo ſe confirmat, ut inquit Gerſon. Vnde † eſſet tertia ſpecies hæreſum, quæ contrairent ueritatibus catholicis huius tertij gradus catholicarum ueritatum, uidelicet quas Apoſtolorum traditione ſiue reuelatione uniuerſalis Eccleſia credit & obſeruat. Et in hoc genere hæretica eſſet aſſertio, quòd uſus ſigni crucis non debeat eſſe in Eccleſia, unde tales ueritates, & quæ ex eis conſequentia neceſſaria impermutabiliter poſſunt inferri, inter catholicas ueritates ueniunt computandæ. Et earum contrariæ aſſertiones hæreticæ cenſendæ.

QVARTVS gradus catholicarũ ueritatũ eſt eorũ quæ ab Eccleſia uniuerſali in concilijs plenarijs tanquàm ad fidem Chriſtianæ religionis pertinentia diffinita ſunt, licet expreſſe in canone ſacræ ſcripturæ non in-
7 ueniantur. Et † ratio huius manifeſta eſt, quia concilia plenaria uniuerſalis Eccleſiæ in his quæ fidei ſunt, errare non poſſunt ut bene ſcribit dictus Card. de poteſtate Eccleſiæ lib. iij. capitulo. lviij. traditur in c. ſignificaſti, de electio. quia quod fit à concilio uidetur factum reuelatione diuina. c. fruſtra. viij. diſti. & optimus tex. in c. ſi ille. l. diſti. ibi, quicquid contra illorum diffinitionem (in quibus Spiritum Sanctũ credimus locu tum) dictũ fuerit, recipere non ſolum temerarium Sed etiam periculoſum eſſe non dubitatur. Hinc beatus Grego. in c. ſicut. diſti. xv. ait, ſicut ſancti Euangelij quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere & uenerari me fateor. Et in lib. de catho. ueri. inquit. ſicut Deus uerus eſt, ita ea, quæ apoſtolica eccleſia de Deo docuit, uera ſunt. Vnde merito dicitur prouerbiorum primo. ne dimittas legem matris tuæ ideſt eccleſiæ, prout eſt hæc ueritas, ꝙ Spiritus Sanctus procedit æternaliter à Patre & Filio. ut eſt deciſum in cõcilio lugdunen. & habetur in c. j. de ſumma Trini. lib. vj. Et ſic de alijs.
8 Et † notáter dictũ eſt, tanquàm ad fidem Chriſtianæ religionis pertinentia diffinita ſunt, quia ut dicunt Ioannes de Gerſo. & dictus Cardi. multa in Eccleſia traduntur. quæ tollerat Eccleſia publice legenda, quę non ſunt de neceſsitate ſalutis credenda. Sed dumtaxat illa quæ ſub diffinitione iudiciali tradit eſſe credẽda, uel oppoſita reprobando concurrente uniuerſali totius Eccleſiæ conſenſu implicite uel explicite. Et prædicta dicuntur propter multa quæ in Eccleſia legi permittuntur, & tollerantur, quæ omnia credere non eſt de neceſsitate ſalutis, nec inter catholicas ueritates ſunt

tes ſunt reputādæ, licet multæ earum pie à fidelibus credantur. ſicut ſunt multa contenta in legendis ſiue hyſtorijs ſanctorum, & Vitis patrum, quę cum manifeſte non cognoſcantur falſa eſſe, Sed potius habere aliquam probabilitatis apparentiam, poſſunt credi, pro eo ꝙ ad commouendos pios actus fidelium ad deuotionem proficiunt, ſecure legũtur, & pie cre duntur, dum tamen animus aſſertione pertinaci illis non adhæreat.

9 ¶ Vnde † quarta ſpecies hęreſis eſt quę ueritatibus huius quarti gradus catholicarum ueritatũ ɔ̃diceret, uidelicet diffinitis & determinatis iudicio uniuerſalis Eccleſiæ in concilijs uniuerſalibus, ut ſi diceretur, Spiritum Sanctum non procedere à Patre & Filio ut eſt deciſum ut dixi. & habetur in c. de Spiritu Sancto. de conſecra. diſti. ultima. Et notanter dico in hoc gradu, de diffinitis à concilio generali circa ea quæ ſunt fidei, quia in his (ut dixi) errare non poteſt Eccleſia uniuerſalis ſiue concilium generale, nec etiam in moribus, ut late per Petrum exime. in tracta. de clauibus Ec-

10 cleſiæ capi. cxli. Sed † in alijs quæ fidem non concernunt, concilium generale forſam errare poteſt, prout dicitur erraſſe ſuper matrimonio contrahendo inter Raptorem, & raptam. Et dictum Hieronymi melius ſentientis poſtea fuit prælatum ſtatuto conciliari, ut probatur in c. tria. iuncto. c. placuit. xxxvj. q. ij. & in c. de libellis. in glo. illorum. xx. diſti. Abbas in c. ſignificaſti. de electio. colu. ij. facit glo. in c. j. de reliquijs & uene. Sancto. lib. vj. ſcribit Car. Alex. in c. Anaſtaſius in fi. xix. diſtin. Car. de Turre

11 crema. in c. ſecundum Eccleſiæ. eadem diſti. Et † pro hoc facit tex. in l. j. §. ſed neque. C. de uet. iure. enu. ꝙ ſæpe numero Deus aperit ingenium alieni in aliqua re, ita ꝙ nõ aperuit multis alijs doctoribus & grauioribus. per quem tex. dicunt ſcribentes in c. capellanus. de ferijs. ꝙ unus doctor poſſet conuincere communem opini. melioribus rationibus, & ſubtilioribus motiuis, Et ideo dicebat Ioan. Andre. in c. j. de conſti. ꝙ communis opinio poteſt eſſe erronea, ut ibi late tradunt moderniores. propterea dicit tex. in d. §. ſed neq;. ſed neq; ex multitudine authorum, quod melius & æquius eſt iudicatote, cum poſſit unius forſam, & deterioris ſentẽtia, multos & maiores in aliqua parte ſuperare.

12 QVINTVS † gradus catholicarum ueritatum, eſt eorũ quæ in materia fidei Apoſtolicæ ſedis iudicio diffinita ſunt, quæ licet in canone ſacræ ſcripturæ non reperiantur, inter catholicas tamen ueritates computãtur. Cuius ratio eſt, quia Apoſtolicæ ſedis iudicium in his, quæ fidei ſunt, errare non poteſt, pro quo facit Luc. xxij. ego oraui pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando confirma fratres tuos. ut ſcribit Car. in d. tract. lib. ij. cap. cix. quod aperte dicto Auguſtini confirmatur in c. in canonicis. xix. diſt. ubi inter canonicas ſcripturas cõputandas ponit Epiſtolas quas

las quas ab Apoſtolica ſede habere meruit,& alij meruerunt accipere. Et habetur in c.omnes.eadem. diſti. ubi ſic dicitur.omnes Apoſtolicæ ſedis ſanctiones ſic accipiendæ ſunt,tāquàm ipſius diuina uoce firmatæ.Et me lius in d.c.fruſtra.& d.c.Ille.& diuus Hieronymus hoc confirmat in cap. hæc eſt fides.xxiiij.q.j.inquiens. Si hæc noſtra confeſsio Apoſtolatus tui iudicio approbetur, quicunq; me calumniari uoluerit, te imperitum & maliuolum, uel non eſſe catholicum, ſed hæreticum comprobabit, ubi Car.concludit, quòd in his quæ ſunt diffinita à ſummo Pōtifice cum Car dinalibus circa fidem,error ſubeſſe non poteſt.facit.c.arecta. cum ſequē ti.& d.c.hæc eſt fides.ea cau.& q.Hinc eſt quinta ſpecies hæreſum, earum falſarum aſſertionum quæ ueritatibus huius quinti gradus ueritatum Ca tholicarum contrariantur hoc eſt determinatis & diffinitis Apoſtolicæ ſedis iudicio.

13 Sextus † gradus ueritatum Catholicarum eſſe uidetur ſecundum dictum Cardi.earum quæ de tenenda fide, & confutatione hæreticorum à doctoribus ab uniuerſali Eccleſia approbatis aſſertiue traditæ ſunt, licet in Canone Sacrę ſcripturæ expreſſe non contineātur,quod patet,quo niam cum Eccleſia uniuerſalis quæ regitur Spiritu Sancto doctores aliquos approbauerit,eorum doctrinam recipiens,neceſſe eſt ut talium do ctrina aſſertiue poſita,& nunq̄ alias retractata uera ſit,& ab omnibus fide libus firma credulitate tenenda in ea parte in qua ab uniuerſali Eccleſia eſt recepta,alias uniuerſalis Eccleſia uideretur erraſſe approbando & acceptando eorum doctrinam tanquàm ueram quæ tamen uera non eſſet.

14 Qui † autē ſint hij doctores quorum doctrina approbata eſt, colligitur ex tex.in c.glorioſus Deus.de reliquijs & Vene.Sanctorum.lib.vj.ubi referuntur Gregorius,Auguſtinus,Ambroſius,& Hieronymus.quorum doctorum(vt ibi dicitur) perlucida & ſalutaria documēta Eccleſiam illuſtra runt,idem habetur in c.Sancta Romana Eccleſia.xv.diſti.& dixit.S.Tho. contra gentiles.lib.iiij. c.xxiiij.q̄ in determinatiōne quinti concilij habe tur,ſequimur per omnia ſanctos patres & doctores Eccleſiæ. Athanaſiū, Gregorium Theologum,Gregorium Nicenum, Ambroſium, Auguſtinum,Teophilum,Ioannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem primum,& ſuſcipimus omnia quæ de recta fide & damnatione hæreticorum expoſuerunt,ut ibi per eum.

Septimvs gradus catholicarum veritatum eſt earum quæ ex quar to,quinto,& ſexto gradu catholicarū ueritatū conſequentia neceſſaria, & formali inferri pnt.neceſſaria & formali conſequentia dico, quia ſi ali quid ſolū probabili cōſequētia inferretur nō dicerēt ꝓprie veritas catho

15 lica ſed ꝓbabilis:Dixit † aūt Ariſto. illud eſt ꝓbabile qđ oibus,& maxi-

me

me ſapientibus verum apparet,non autem illud quod indoctis videtur eſſe verum.dixit probabile, cum ſtultorum infinitus ſit numerus.Eccleſi. primo. Vnde illa aſſertio eſſet hæretica quæ veritatibus catholicis ſeptimi gradus catholicarum veritatum contradicit,quæ ex quarto, quinto,& ſexto gradu catholicarum ueritatum neceſſaria & formali conſequentia inferuntur, & de his habes exempla ſupra in iiij.q.

16 ¶Octavvs † & vlti.gradus veritatũ eſt,qui q̃uis nõ ſit, proprie loquẽdo,veritas catholica,eſt nihilominus catholicã veritatẽ ſapiens,ꝓ quãto veritatibus Catholicis eſt propinquus. vnde veritas ſapiẽs catholicam veritatem eſt illa,quæ adiuncta ſibi aliqua veritate ad fidem non pertinente, quæ tamen rationabiliter negari non poteſt, ſequitur veritas catholica. Exempli gratia,quia nũc in Apoſtolica ſede ſedet Ioanneſmaria de Monte, de generoſa & nobiliſsima familia, iſta propoſitio Ioanneſmaria de Monte eſt Papa,eſt propoſitio ſapiens veritatem catholicam, patet,quoniam adiuncta ſibi illa veritate, quæ negari non poteſt, quòd fuerit rite & canonice electus,vt puta a toto dominorum Cardinalium collegio, vel a duabus partibus,efficitur veritas catholica,dicendo,Dominus Ioanneſmaria de Monte rite, & canonice electus, & in Papam ab vniuerſali Eccleſia ſuſceptus,eſt verus Papa ex determinatione vniuerſalis Eccleſię. ca.in nomine domini.xxiij. diſtin.c. de euitanda.de electio. c.vbi periculum, eod.titu.lib. vj.& in concilio Conſtantienſi cautum eſt quòd Papa canonice electus qui pro tempore fuerit, eius nomine proprio expreſſo ſit ſucceſſor beati Petri,habens authoritatem ſupremã in Eccleſia Dei.

17 Et † dicta aſſertio negatiue concepta,quòd non eſt verus Papa,eſt aſſertio hæreſim ſapiens, vt dixit Ioan.de Gerſo.in d.tracta. in prima parte, vnde diſtinguntur quædam ſpecies falſæ aſſertionis,vel aſſertionum, quæ ſi abſolute hæreticæ non ſunt, ſunt tamen hæreſi propinquæ, qualis eſt quæ aſſerit dogma peruerſum,ex quo cum notorio vero,quod negari nõ poteſt, ſequitur hæreſis proprie dicta, vt infra dicam,vbi tractabo ſpe-
18 cies falſarum aſſertionum & damnabilium. Et † ſic ex prędictis facile erit cognoſcere veritates omnes habere ſuos gradus, & non eſſe eiuſdem naturæ,Sed diuerſorum generum & graduum,quædam enim ſunt catholicæ,quædam catholicam veritatem ſapientes,quædam probabiles tãtum, quædam pie credibiles, & quædam impertinentes, vt inferius dicam. Et econtrario cognoſcentur ſpecies hæreſum in quo gradu ponantur, ſingula ſuis contrarijs referẽdo.Ex quibus patet quòd omnis error qui contradicit aperte prædictis veritatibus catholicis vel alteri earum directe, vel in bona & neceſſaria conſequentia, eſt hæreſis damnata explicite, & quàm cito conſtaret aliquem tali errori pertinaciter adhærere, eſſet hæreticus.

reticus reputandus, Et contra talem ut contra hæreticum poſſet Epiſcopus uel Inquiſitor procedere, iuxta.c.ad abolendam.in princip.de hære.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio hæretica quæ ſit.*
2 *Aſſertio hæreſim ſapiens.*
3 *Baptiſma mundat a peccato.*
4 *Bibliam eſſe falſam eſt aſſertio hæretica.*
5 *Aſſertio, ſeu propoſitio impertinens quæ ſit.*
6 *Ioſeph ſponſus Virginis Mariæ an erat uiuus tempore paſsionis Chriſti.*
7 *Aſſertio temeraria quæ ſit.*
8 *Aſſertio erronea q̃ ſit, & ẽ differẽtia inter erroneã & hæreticã aſſertionẽ.*
9 *Aſſertio iniurioſa ſeu contumelioſa quæ ſit.*
10 *Aſſertio ſcandaloſa, ſeu piarum aurium offenſiua quæ ſit.*
11 *Aſſertio ſciſmatica quæ ſit.*
12 *Aſſertio impia quæ ſit.*
13 *Aſſertio blaſphema.*
14 *Blaſphemi qui ſint late habes.*
15 *Senſus literalis ſacræ ſcripturæ quis ſit.*
16 *Blaſphemum & hæreticum quid ſit.*
17 *Blaſphema propoſitio quæ ſit.*
18 *Blaſphemare quid ſit.*
19 *Iuramenta ſcelerata faciens blaſphemare dicitur.*
20 *Blaſphemus quando dicatur habere in conſuetudine.*
21 *Hæreſis eſt iurare per pudibunda Chriſti & eius genitricis intemeratæ.*
22 *Blaſphemos circa ius canonicum mitius ſe habet quàm ius ciuile.*
23 *Blaſphemæ propoſitiones.*
24 *Blaſphemia eſt mixti fori & locus eſt præuentioni.*
25 *Blaſphemia hæreticalis, & non hæreticalis.*
26 *Conſuetudo blaſphemandi non excuſat blaſphemos quominus puniantur iuxta qualitatem blaſphemiæ.*
27 *Propoſitiones aliquas abſurdas & irrationabiles eſſe, iudici cognitioni relinquitur.*

SEXTA QVAESTIO.

1 SEXTO † Quęro quot ſunt ſpecies falſarum ſeu damnabilium aſſertionum. Reſpódeo plures, ut ex illico dicendis apparebit. PRIMO illa aſſertio eſt hæretica, quæ contrariatur vni, uel pluribus ex ueritatibus catholicis ſupra dictis in propria uerborũ forma in ſacra ſcriptura, ſeu in alijs ſcripturis iã dictis cõtentis, uel cõtradicit ueritatibus catholicis, quę ex quarto, quinto, & ſexto genere ca-

re catholicarũ ueritatũ neceſſaria & formali cõſequẽtia inferũtur.ut pro
batur ex prædictis,nã aſſertio hæretica eſt dogma falſum ueritati catholi
cæ cõtrariũ,quæ tot habet ſub ſe ſpecies & gradus quot catholica ueritas
cui opponitur,quia ſm philoſ.quot modis dr̃ unũ oppoſitorũ tot modis
dr̃ & reliquũ. Vnde cũ ueritas uel aſſertio catholica ſeptẽ habeat gradus
totidẽ aſſertio hæretica habebit,& cũ aſſertionibus catholicis addatur aſ
ſertio catholicã ueritatẽ ſapiens,ut dixi in 8.gradu,ꝑ eandẽ rationẽ aſſer
tionibus hæreticalibus addẽda eſt aſſertio hæreſim ſapiẽs ut ſtatim dicã.

2 SECVNDO † eſt aſſertio hæreſim ſapiens,q̃ ſm doctores aſſerit dogma
peruerſum, ex quo cũ notorio uero quod negari nõ põt,Sequitur hæreſis
proprie dicta,ut puta,hæc ꝓpoſitio, oĩs homo exiſtens Romæ eſt in pec
cato mortali,põt dici ſapere hæreſim, quia ex ea cum aliquo uero aſſum
pto, uidelicet ꝙ infans nouiter baptizatus eſt Romæ, Sequitur ꝙ infans
nouiter baptizatus Romæ ſit in peccato mortali,qđ eſt hæreticum,Nam
3 † in baptiſmo omnis homo ſiue paruus ſiue magnus moritur pctõ,ut te-
ſtatur Auguſti.in Enchiridion.& habetur in c.A,paruulo. de conſecr.di.
4.dũ ait.A,paruulo recenter nato uſque ad decrepitum ſenẽ ſicut nullus
prohibendus eſt à baptiſmo,ita nullus eſt qui non peccato moriatur, idẽ
4 dicit in c.Regenerante.ea.diſti.Item † dicere ꝙ Biblia eſt falſa, eſt aſſer-
tio hæretica,ut eſt probatũ ſupra, In primo genere ſiue gradu catholica
rum ueritatum,Et ſi adderet ꝙ Biblia, quã habet Bernardus eſt falſa,nõ
eſſet hæreticalis de ſe,ſed poſſet dicit ſapere hæreſim,ſupponendo ꝙ Ber
nardus non haberet Bibliam,niſi correctam,pro ut Gerſon, & Cardi.ſcri
bunt.aliud exemplum habes ſupra in octauo gradu.

5 TERTIO † eſt propoſitio impertinens, quæ eſt, quando nihil nec
directo, nec in conſequentia euidenti,nec in cõſequentia probabili,neq;
certa ſequitur ꝙ repugnet ueritatibus catholicis,quia, prout eſt dictum
contrariorũ eadẽ eſt diſciplina, & ſicut operatur propoſitũ in propoſito
ſic operatur oppoſitum in oppoſito.l.Iulianus.§.ſi uenditor. ff. de actio.
6 em.& uẽ.Bar.in l.fi.ff.de leg.3.Et in † hac ĩpertinenti ꝓpoſitione pt exẽ
plificari in hac aſſertione,ꝙ Ioſeph ſpõſus Vir.Mariæ fuit uel nõ fuit mor
tuus tpe paſsiõis Chri,q̃a ſiue fuerit ſupſtes ſiue defũctus nihil ꝑtinet ad
fidẽ maximè q̃a ĩter catholicos tractatores ẽ diſcrepãtia, vel ſaltẽ eẽ vr̃,
nã Aug.ĩ ſermone.81.ĩcipie.Quotiẽs vobis,& Ambr.ſuꝑ Lucã.c.j.& ĩ c.
qđ ãt.27.q.2.& Chryſ.in c.ſi eñ.ea.cau.ſẽtiũt ꝙ nõ erat mortuus.Albet
tus vero magnus.Io.19.Petrus cõmeſtor.Io.11. Car.in d.c.ſi enim. & Io.
de Gerſo.in duobus locis.Fran.de Mairo.& Raulin.in ſuis ſermonibus te
nent contrarium, & ſunt hinc inde cõflictus rationum,Et in his licet opi-
nari, ut dicunt Innocen. & Bald. in cap. ne innitaris.de conſti. Et licet
hæc

hæc aſſertio vel ſimiles impertinentes non ſint damnabiles, non tamen fuit incõueniens eam inſerere, vt de hac ſpecie aſſertionis habeatur agnitio. Et licet hæc vltima poſitio rationabiliter videatur & facilior ad ſuſtinendum, tamen (vt dicit Bonauentura in alia materia in primo ſentent. diſtin. xv. quæſt. iiij.) non debemus authoritatem ſanctorum ad noſtram trahere rationem, Sed magis è conuerſo rationem noſtram authoritatibus ſanctorum ſubijcere, vbi non continent expreſſam abſurditatem.

7 ¶ QVARTO † eſt propoſitio, ſeu aſſertio temeraria, quando aſſeritur aliquid tanquàm certum, quod nulla ratione, ſeu authoritate efficaciter probari poſſit, Sicut eſt propoſitio aſſerens, quòd mundus finietur infra centum annos, hæc autem licet poſſit eſſe vera, tamen hoc aſſerens tanquàm certũ, dicitur temerarius, quia de hoc non eſt authoritas, nec ratio efficax habetur, quod probatur Hieronymi authoritate, nolentis diffinire, An Virgo Maria aſſumpta fuerit cum corpore, an obierit relicto corpore, inquientis in ſermone de aſſumptione, Melius Deo totum committimus quàm authoritate noſtra temere aliquid diffinire velimus, Nã temeritas eſt quando aliquid facimus propria uoluntate ſine ſuperioris authoritate vt dicit Domi. in c. cum qui. §. inſuper. de præbe. lib. vj. Bart. in l. j. ff. ad Turpi. l. cum quem temere. ff. de iudi. & inſtit. de pœna temer. litiga. Specu. in titu. de præſumptio. in princip. Bald. in l. ſiue poſſidetis, colum. penul. C. de probatio. Et alibi dicitur, ꝙ temeritas eſt motus proprius. Archidiaco. in c. cupientes. §. cæterum, de electio. lib. vj. c. notum ij. q. j. c. nihil. vij. q. j. c. Hanc conſuetudinem. x. q. j.

8 ¶ QVINTO † eſt aſſertio, quæ dicitur erronea ſeu falſa, aſſerens id quod eſt falſum, Vnde Auguſtin. in lib. de academicis, inquit, error eſt falſi pro uero approbatio. l. error. C. de iuris & facti ign. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi. omni. iudi. l. Barbarius. ff. de officio præto. l. j. C. de erro. calcu. & l. errore. C. de teſtam. Et ille dicitur errare qui æſtimat ſe ſcire, quod neſcit. c. quàmuis xxxviij. diſtin. Et in hoc puto differre aſſertionem hæreticam ab erronea, quia hæretica eſt cuius falſitas ſit notoria obuians vni veritati catholicæ, ex dictis, vel pluribus. Et ſic aliquis in his quæ ſunt fidei cum adhæſione pertinaci illam falſam aſſertionem tenens, eſſet hæreticus, vt dixi ſupra in quæſtione, erronea vero eſt quãdo diſcedit a via recta, quod poteſt eſſe in quibuſcunque ſcientijs, ſcilicet, logica, philoſophia, & in alijs ſimilibus, vnde dicebat Auguſtin. Errare potero, Sed hæreticus non ero, Et ſic omne hæreticum eſt erroneum, Sed non omne erroneum eſt hæreticum, ac etiam omne hæreticum eſt erroneum & temerarium, Sed non econtra, vt ſcribit Archiep. flore. in ij. parte ſummæ. titu. xij. c. v. in princip. Et quod dixi de adhæſione pertinaci, intellige ꝙ perti

nacia requiritur ex parte credentis, ut dicatur hæreticus, non autem ex parte propoſitionis, ut ipſa dicatur hæreſis ſeu hæretica, quia ſufficit q̃d ſit notoria contra fidem, illi enim qui hæretici fuerunt non ſolum errauerunt, Sed pertinaciter erroribus adhæſerunt. c. quidam autem hæretici. 24. quæſt. 3.

9 SEXTO †eſt aſſertio ſeu propoſitio iniurioſa, quę detrahit ſtatui alicui us fidelis, aut alicui notabili perſonæ, ſeu ſancto. inde dr̃ iniuriam facit martiri, q orat pro martyre. c. cum Marthe. de celeb. miſſ. ut puta, dicere ꝙ lex Moiſi ſuis umbris uictimis & terroribus fecit hipocritas, hæc aſſertio ẽ iniurioſa ſiue cõtumelioſa legi Moſaicæ & ipſi Deo qui hmõi umbram, uictimas & cerimonias legis inſtituit, quæ ex ſua inſtitutione ad bonũ inducebãt, & ueritatẽ figurabãt, Atteſtãte Paulo. j. ad Cor. x. hęc oĩa antiqs patribus in figura cõtigiſſe. Et q̃uis iniuria capiatur generaliter, pro eo ꝙ non iure fit. tñ in propoſito capitur pro contumelia, quæ a contemnendo dr̃, inſtitutio. de iniurijs. in pri. ut dicit gl. in uerbo contumelia. Et iõ hæc ſpecies propoſitionis dr̃ magis proprie contumelioſa, Et licet facto fiat iniuria, ſpecialiter tñ hic loquitur de iniurioſa propoſitione quæ fit uerbis aut ſcriptis. ut dicunt Azo in ſummã, Et Hoſtien. in titul. de iniurijs. §. quot modis. & traditur in l. ſi non conuicij. C. de iniurij.

10 SEPTIMO †eſt ꝓpoſitio ſcãdaloſa quæ ẽt malesſonans ſeu piarum auriũ oſtenſiua appellatur, q̃ præbet occaſionẽ ruinæ auditoribus, hoc eſt facilitatẽ cadẽdi in hæreſi, ut ſunt multæ propoſitiones, quę licet cũ modificatione adiunctæ ſint ueræ, per ſe tamẽ & abſolute ſine modificatione prolatæ, uidẽtur fauere ꝓpoſitionibus hæreticalibus, ut ſi quis aſſereret ſimpliciter patrẽ maiorẽ filio, & Deum in incarnatione factũ creaturam & ſimiles, q̃ magis ſunt exponendæ, q̃ extẽdẽdæ, ut dicit Car. in d. tracta. de materia aũt ſcandali quotupliciter conſideretur, latiſsime habes in tracta. meo de ſecreto.

11 OCTAVO †eſt ꝓpoſitio, quæ dr̃ ſciſmatica ſiue ſeditioſa quæ in eccleſia, uel populo induceret diuiſionẽ, & ſciſma, ut eſt hæc ꝓpoſitio. ꝙ malo ꝑlato, ſeu Regi nõ eſt obediẽdũ, & hmõi. cũ dicatur. j. Pet. 2. ſerui ſubditi eſtote in oĩ timore dñis ueſtris, non tm̃ bonis, & modeſtis, ſed ẽt diſcolis. & ibi, ſubiecti eſtote oĩ humanæ creaturæ ꝓp Deũ ſiue Regi, quaſi pexcellẽti, ſiue ducibus, tanq̃ ab eo miſsis ad uindictã malefactorũ laudẽ uero bonorũ, ut in c. ſi quis. & c. oẽs. de maio. & obe. & dr̃ ſeditio, quaſi ſeorſum itio, nã qui faciunt ſeditionẽ in diuerſum uadunt alioſq; trahunt, uel a ſedo ſedas ꝑ contrariũ, ut dicit gl. in rub. C. de ſeditio. de quibus ſcripſit Bar. in l. capitaliũ. §. famoſos. ff. de pœ. Et ego plura dixi in cõſi. meo 22.

incipi. Quia maximi. S. Tho. in 2. 2. q. 43. & ſciſmaticus eſt qui ab Eccleſia diuiſus eſt, & contra uniuerſalem Eccleſiam tendit. c. non uos. 23. q. 5. & in titu. de ſchiſma. in antiquis. & in 6.

12 Nono. †eſt propoſitio, quæ dicitur Impia. Vt ſi quis negaret eſſe orādum pro animabus exiſtētibus in purgatorio, uel indulgentias Papæ pro illis conceſſas non prodeſſe, & huiuſmodi, eademque eſſet hæretica, ut dicit Old. in conſi. cclxxj. quæſtio talis eſt. Arch. flo. in 1. parte. titu. j. arti. ultimo. & Fely. in tracta. de indulgen. col. 7. & idem eſt dicendum, ſi eſſet contra præcepta Dei, diceretur enim propoſitio impia. ut probatur in c. Imperator. uerſi. nam temporibus prophetarum. 9. diſtinct. ibi, pie fecere qui noluerunt obedire impiæ conſtitutioni. & dicit Pau. ad Thi. 3. pietas eſt utilis ad omnia, habens promiſsionem uitæ quæ nunc eſt & futuræ. c. in principio. xlij. diſtin. in ſola. n. pietate Deo pares ſumus. l. ſi Imperialis. C. de nuptijs. & inquit. S. Auguſt. non memini mala mente perijſſe exercentem opera charitatis, & alibi, impoſsibile eſt pium ad malum finem deuenire, & omnium præcioſiſsimum eſt pietas. §. nos igitur. in authen. de reſtitutio. colla. 9. facit. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſta. c. non eſt ſine culpa. de regu. iu. lib. 6.

13 Decimo. †eſt propoſitio, quæ dicitur blaſphema, a blaſphemia, quæ proprie, & ſtricte loquendo, eſt irrogatio iniuriæ Deo factæ, cum illi attribuitur, quod non conuenit ei, quod eſt contra miſericordiam, Aut cum ab eo remouetur, quod ei conuenit, quod eſt contra iuſtitiam, Aut cum creaturæ attribuitur, quod eſt proprium Dei, quod eſt contra maieſtatem. & in his conuenit Ambroſius. & probatur Marci. 2. nam cum cum Chriſtus dixiſſet paralitico, fili dimittuntur peccata tua,
14 ſcribæ dixerunt, hic blaſphemat. Hæc† tñ duo, affirmatio, uel negatio nō diuerſificant ſpeciem blaſphemiæ, de primo eſt tex. Matt. xv. Nā Chriſtus interrogatus an eſſet filius Dei, reſpondit, tu dixiſti, tunc princeps ſacerdotum Scidit ueſtimenta ſua, dicens, blaſphemauit, ex eo quia Chriſtus dixerat, ſe filium Dei, cum iudæi id ſua excecati malitia non credebant. Immo ipſi negantes Chriſtum eſſe filium Dei ſunt blaſphemi. c. j. & c. cū ſit. de Iudæi. itaq; attribuere creaturæ qđ eſt Dei cum ipſi creaturæ nō cōueniat, blaſphemia eſt, quicquid. n. eſt Dei propriū alicui creaturæ tribuere eſt ipſum Deum dicere, ut declarat. S. Tho. in 2. 2. q. 13. arti. j. ad 3. Di
15 cimus† ēt, ꝙ blaſphemum eſt & hæreticum dicere ꝙ ſenſus literalis ſacræ ſcripturæ ſit aliquando falſus. c. uiolantes. xxv. q. j. & eſt ſenſus literalis ille uere; & proprie dictus quē, Spiritus Sanctus ſpecialr intendebat, & qui ex circūſtantiis literæ ſcripturæ ſacræ trahi poteſt, & debet, ſicut ſcriptores ſacri fecerunt atq; docuerunt alioquin periret omnis ſoliditas ꝓbationis.

bationis a ſcriptura, ſecundum Io. de Gerſon in j. parte. quia, ut dicit Auguſt. ſi ſolummodo poteſt ex ſenſu literali ſacræ ſcripturæ efficax argumentum ſummi, debile quidem illud eſſet ſi ſenſus literalis eſſet, uel eſſe poſſet falſus, uel in dubium uerti an falſus ſit. nam ut dixit Aug. & ponitur in c. ſi ad ſcripturas. 9. diſt. ſi ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint uel officioſa mendacia, quid in eis remanebit authoritatis? quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur, cuius pondere contentioſæ falſitatis obteretur improbitas, & ſic omnis ſoliditas probationis a ſacra ſcriptura periret. ſic ergo, ſi in aliquo ſenſu literali eſſet falſitas, perſpicuum eſt, ꝙ falſitas nihil probat, & hæreticus aduerſarius reſpondens, poterit ſemper dicere ad antecedens ſumptum de ſenſu literali ſcripturæ, ꝙ ſenſus literalis eſſet falſus, & ita nihil probaret, ut ſcribit Scotus in prologo ſententiarum. q. 2. Inſuper

16 † ſecundum eiuſdem Ioan. de Gerſon ſententiam, falſum, blaſphemum, & hæreticum eſt, aſſerere ꝙ de notis per experiētiam ut euidentibus per rationem naturalem, non ſit fides proprie dicta, licet non ſic ſub eadem ratione experientiæ, uel euidentiæ rationis naturalis fides habeatur, Sed alio reſpectu innitendo diuinæ reuelationi, prout fides eſt ex auditu fidei, per uerba Chriſti. ad Roma. x. Patet, quoniam præcepta decalogi euidentia ſunt in lumine naturali, & in principijs naturalibus fundantur. c. j. diſt. j. ut iſta, Deus eſt, ſimiliter, ꝙ Roma fuerit, uel Ieruſalem fuerit, notum eſt per experientiam, hæc nihilominus, prout nobis in ſacra ſcriptura traduntur tanquam approbata per eccleſiam, ſunt certa fide tenenda. quoniam credulitas omnium traditorum in ſacra ſcriptura innititur huic principio ſolum credito & naturaliter euidenti, ꝙ tota ſacra ſcriptura reuelata eſt, a, Deo, & remanet euidēs totū ſub hac credulitatis reuelatione, hoc autem non ſic intelligendum eſt, ꝙ credentes ꝑ fidem, per rōnem intelligant quicquid credunt, quia ſi ſic eſſet, euacuaretur meritū fidei, ſm dictum Gregorij, de quo meminit glo. in rubr. de ſumma Trini. fides non habet meritum, ubi humana rō præbet experimentum. Intelligere autem dicuntur credentes, quia innitentes potētiæ. & ſummæ ueritati increatæ, ſciunt & ſupponunt certiſsime, uerum eſſe quicquid a dicta ueritate procedit, & quanquàm per rationem naturalē, ſeu experientiam, modum ipſius ueritatis non comprehendant, non ideo minus credunt, quod ſuggerit fides, uera eſſe, uerum quia clariſsime intelligunt, hoc atteſtari excellentiæ, & Maieſtati, ac immenſitati ipſius primæ ueritatis, ut nec in ſe, nec in ſuis principalibus effectibus comprehendi poſsit ab anguſtia, & imbecillitate ipſius intellectus humani, de quo dicitur ij. metaphi. ꝙ ſicut ſe habet oculus noctuæ ad radios ſolis, ſic intellectus noſter ad manifeſtiſsima naturæ. hæc ſcribit S. Thom. in tracta. de Sa.

cramento Euchari.c.j.col.j.prout optime declarat idem S.Tho.in ij.ij.q.
17 ij.arti.x.Item† hæc propoſitio,quæ dicitur blaſphema,eadem poteſt maledica nuncupari,quia prout blaſphemia,& maledictio referũtur ad Deũ uel ad ſanctos Dei,omne maledictum de his eſt blaſphemia.ut probatur in c.fi.de maledicis.iuncta rubrica.ut conueniat nigro.argu.l.Imperator. ff.de in diẽ adiectio.ſed ſi hæc uerba referantur ad homines, maledicere eſt dicere aliquod malum de præterito,uel de præſenti,blaſphemare autem eſt aliquod malum optare in futuro, & iſte uſus loquendi eſt apud nos,qui etiam eſt apud italos,ut dicit Bar.in l.item apud Labeonem. §.ait prætor.ff.de iniurijs.ſcribit Socy.in conſi. cij. in præſenti conſultatione. lib.pri.Ange.Aret. in tracta. maleficiorum. in uerbo. uerba contumelio-
18 ſa.Blaſphemare † etiam eſſet,ſiquis diceret,maledictus ſit Deus,& in deſpectum Dei,& ſimilia uerba, niſi ſecũdũ aliquos ex communi uſu loquẽdi caperẽtur hæc uerba, ut iniurioſa,vel contumelioſa, ut dicit Bald.in conſi.477.ille qui dicit.lib.3. gloſſ.in c.qualis.xxv. diſt. Bal. & Ange.in l.j.C.ſiquis princ.male. Ange.& Imo.in l.his uerbis.§.j.ff. de hære. inſti. Bal.in l.ignorantia.C.de crimi. Stellio. quorum opinio non eſt recepta, immo improbata tam apud Theol.quam apud Canon.& leg.ut apud omnes tractantes materiam uidere licet,& Bal.in d.conſi.tribuit etiam hanc excuſationem ratione communis uſus,exiſtenti in patria infelici & ſcelerata.& de hoc inferius.Et ſiquis diceret,Deus non eſt Deus, non eſt dubium ꝙ eſt princeps hæreticorum,quia ſcriptum eſt in ſymbolo Apoſtolorum.Credo in Deum, & in pſal. 13. Dixit inſipiens in cordẽ ſuo non
19 eſt Deus.ut dixit Bald.in conſi.85.regula iuris eſt lib.j.Et† blaſphemare dicuntur qui faciunt iuramenta ſcelerata, & de iure communi debent decapitari.in auten.ut non luxurientur homines contra naturã.coll.v.qñ hoc faciunt ex conſuetudine, ut dicit Bald. poſt Petrum in l.ij.C. de rebus credit.pro ut ibi Cy.& Saly.declarant.& Ange.Aret.ſcribit.in §.ſiqs poſtulante.inſti.de actio. qui uero non habent hoc ex conſuetudine, ſed ſemel aut bis blaſphemauerint, poſſunt aliter puniri, quàm pœna capitis,puta pœna fuſtigationis,aut carceris,ſeu aliter arbitrio iudicantis, ut dicunt doctores in d.l.ij. ſequitur Ioan.de Ana.in d.cap.ij.de maledi.colum. 7. uel pœna pecuniaria, ut de eo inquit Ioan. de Imo.in clemen. nolentes. colum. 3. de hæreti. qui dicit uerba hæretica. quæ nullam habent excuſationem, & protulit ludendo, uel ex iracundia, ſeu ex fatua
20 ſimplicitate. Et † licet ad inducendam conſuetudinem duo, aut tres actus ſufficiant, ut l. 3. C. de Epiſcop. audien. & ſcribitur in l. de quibus, ff. de legibus. tamen ad hoc ut blaſphemans dicatur hoc habere in conſuetudine, requiruntur plures reiterationes, quia

hæc

hæc in lubrico linguæ conſiſtunt, & ſic faciliter remittuntur, vt dicit Cy. quem Salyce. ſequitur in d. l. ij. & Ioan. de Ana. in d. c. ij. colum. vij. Inſu-
21 per † ſpecies hæreſis eſt, iurare per pudibunda Chriſti, ſi animo indurato iuraretur, non ſi per laſciuiam, vt faciunt Peruſini, vt ſcribit Bald. in l. ij. C. ad legem Iuliam maieſtatis. nec veniæ locus eſt vbi Maieſtas Diuina tam deteſtabiliter offenditur & uilipenditur, verba ſunt Bald. in l. accuſa tionem. colu. iij. C. qui accuſare non poſſunt. & idem putarem ego dicen dum contra illos ſceleratos qui audent per pudibunda Virginis Mariæ, Deique genitricis iurare, vt dixit Ioan. de Ana. in d. c. ij. colu. viij. cum ip- ſa poſt Chriſtum præ cæteris ſanctis honoranda ſit, vt probatur in d. ca. ij. cum dignior & excellentior fuerit Apoſtolis vniuerſis vt dicit text. in
22 c. Noua. de pœni. & remi. Et † quicquid ſtatuerit ius ciuile contra blaſphe mos ſeu maledicos, ius tamen canonicum mitius ſe habet, ut in d. c. ij. ſcri bit Hoſtien. in ſumma de maledicis. §. blaſphemãtes. ſequitur Ioan. de
23 Ana. in d. c. 2. colu. 8. Item † blaſphema propoſitio eſt in qua infamatur euangelium. c. cum caput. xxxiij. q. v. Item blaſphemat Spiritum Sanctum qui ſanctis canonibus derogat. c. uiolatores. xxv. q. j. Et ſiquis Hæbreus uel Paganus diceret de lege Chriſtiana ꝙ eſt lex ſeu fides canina, uel ſi- milia verba, blaſphemus eſt, & an debeat puniri à Iudice ſeculari, uel Ec- cleſiaſtico, conſuluit Socy. in conſi. 24. præſupponitur in facto. lib. iiij. Fe ly. in c. auditis. de præſcriptio. Alex. in conſi. 15. uiſo proceſſu cauſæ. li. 3. & plura contra blaſphemos ſcribit Cataldi. in ſuo tracta. ſindicatus, uerſi.
24 clij. incipien. Adde quia ſtatuta. Et † eſt mixti fori blaſphemia quando non habet hæreſim implicitam, & eſſet locus præuentioni, ſcribit Cald. in conſi. ij. de Iudæ. & Abbas in c. j. de maledi. Petrus de Ancha. in conſil.
25 186. Magnifice & Illuſtris Princeps. col. fi. Ex † quibus colligitur quando dicatur blaſphemia hæreticalis, uidelicet cum derogatur Omnipotentiæ Diuinæ, vt quia dicit, Deus non poteſt hoc facere. ut per Socy. in d. conſi. cij. uel ſi derogaretur puritati Beatæ Mariæ Virginis, & huiuſmodi, quia tales blaſphemiæ aduerſarẽtur ueritatibus catholicis contentis in ſymbo lo fidei. & in pari cauſa eſt qui abnegaret Chriſtum factis uel uerbis, c. ex timant. c. non ſolum xj. q. 3. prout de Petro abnegante Chriſtum ſcribit S. Tho. quolib. 9. arti. 14. & talis abnegator Dei, & Virginis repellitur à teſtimonio. vt dicit Frãciſ. de Curte in ſuo tracta. de teſtibus. concluſio- ne quinquageſima, & de his blaſphemis loquitur titulus de hęre. Blaſphe mus uero non hæreticalis eſt quando non obuiat veritatibus catholicis, Sed malũ Deo, aut Beatæ Virgini, ſeu Sanctis imprecatur, & de his loqui tur titulus de maledicis, unde ſeqtur cognitio, qñ punitio huius criminis ſpectat ad inqſitores hæreticæ prauitatis, & qñ nõ. Nã ſi blaſphemia hẽt

hæreſim explicite uel implicite, manifeſte ad Inquiſitores ſpectat. arg. c. accuſatus.§.ſane.de hæreti.alias ad diœceſanos ſeu iudices ſeculares. ut in d.titul.de maledicis, utſcribit Socy.in d.conſi.cxxiiij.& ſic patet quod tam a terrenis principibus, quã a prælatis Eccleſiaſticis contra hos blaſphemos leges ſtatutæ ſunt.& dolendum eſt ut inquit Ioan. de Gerſon.in 3.parte.ꝙ propter neglig͏ẽtiam ipſorum, ad quos harum pœnarum executio pertinet, dictæ leges nõ ſortiuntur effectum, & plura alia circa hos blaſphemos,& quando ſunt cenſendi ſuſpecti de crimine hæreſis, leuiter, ſeu uehementer, uel uiolenter, dixi in d.c.accuſatus in prin.
36 Et † conſuetudo blaſphemandi peſsima, quæ in aliquibus ciuitatibus, ſeu locis, in crebuit, nõ excuſat blaſphemos, quominus puniantur, iuxta qualitatem blaſphemiæ.ut concludit.Ioan.de Imo.in l.his uerbis.§.j.ff.de hære. inſ. quia dicit Inno.in c.ſane, de offi.ordi.ꝙ conſuetudo excuſat a pœna, in his quæ nonſunt de ſe mala.ſequitur, Bal.in l.de quibus.colu.xx.ff.de legibus.unde conſuetudo in his quæ damnabilia ſunt, etiam ſi totus mundus illa uteretur, non excuſat.cap.flagitia.xxxij.q.vij.c.obiiciuntur. xxxij.q. iiij.glo.iu cap.ſane.de tempo.ordi.& in cap.cum ſecundum leges. de hæretic.lib.6.ſcribitur in c.denique iiij.diſtinct.Iaſon.in l.ait prætor.§. iurari.colum.quinta.ff.de iureiuran.& hæc nota pro iis quæ dicta ſunt ſu-
27 pra.nu.18. Sunt † & aliæ propoſitiones, quæ poſſunt dici abſurdæ, & irrationabiles, & huiuſmodi quas Iudex pro ſua iuris prudentia, & ingenij perſpicacitate poterit agnoſcere. Sufficit mihi pro nunc tribuiſſe aliis inueſtigandi cauſam. Eſt tamen circa præmiſſa aduertendum ꝙ iſte ſpecies aſſertionum, ſiue propoſitionum, de quibus habitus fuit ſermo, non ita diſtinguntur, quin quandoq; ſimul multæ earum in unam propoſitionem poſsint concurrere, erit ergo una propoſitio quandoq; & temeraria, & erronea, iniurioſa, maleſonans, piarum aurium oſtenſiua, impia, hæretica, blaſphema, abſurda, & irrationibilis.ut de ſe patet.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitio ambigua an debeat intelligi ſecundum ſenſum dicentis an auditis, ad hoc ut catholica uel hæretica ſit cenſenda.*
2 *Verba an debeant intelligi ſecundum communem ſenſum.*
3 *Verba ambigua an debeant intelligi contra proferentem.*
4 *Verba propoſitionis debent intelligi ſecundum intentionem dicentis.*
5 *Verba, ſi ſunt ambigua, debet proferens interrogari de intentione.*
6 *Hæreticus eſt qui dixit uerba hæretica, & credit eſſe uerum quod dixit.*
7 *Verba debent eſſe clare concludentia hæreſim, non autem æquiuoca ad iudi*

candum

candum quem eſſe hæreticum.

8 *Obliuio quanto tempore cauſatur.*

9 *Obliuio præſumitur in occupato multis negotijs.*

10 *Contrarietas in dictis non excuſat delictum.*

11 *Interpretatio uerborum in dubio fit ad excuſandum de.*

12 *Operã dans rei illicitæ ſi aliquem occiderit non tenetur habet animum occidendi.*

13 *Bar. theorica in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. reprobatur.*

14 *Propoſitio hæretica dicta ſine dolo ſi fuerit non punitur dicens.*

15 *Dubia debent in meliorem partem trahi.*

16 *Probationes debent eſſe clariſſimæ, ubi agitur de uita hominis.*

17 *Delictum præſumitur in dubio apud forum conſcientiæ, ſecus ad forum exteriorem.*

18 *Vſurarius præſumitur in foro conſcientiæ.*

19 *Propoſitio alio modo concipitur ſcribendo, alio modo diſputando.*

20 *Propoſitionem ambiguam diſputans non debet ſtatim damnari.*

21 *Verba ſacræ ſcripturæ male intellecta ſæpe traxerunt aliquos ad hæreſes.*

22 *Proprietas uerborum in ſacra ſcriptura non ſemper attendenda.*

23 *Iuramentum intelligitur ſecundum intentionem illius cui iuratur.*

24 *Verba quando ſunt intelligenda ſecundum communem uſum loquendi.*

25 *Verba quando ſunt interpretanda contra proferentem.*

26 *Verba obſcura debent intelligi in mitiorem partem.*

SEPTIMA QVAESTIO.

1 SEPTIMO †Quæro an propoſitio ambigua ab aliquo aſſerta ſit intelligenda in ſenſu illam audientis an uero in ſenſu loquentis ad hoc ut hęretica, uel catholica ſit cenſenda, quia forſan ſecundum ſenſum illam audientis eſt hæretica, Sed ſecundum ſenſum loquentis eſt catholica. Et prima facie uidetur dicendum quod uerba dictæ propoſitionis debent intelligi iuxta ſenſum audientis prout ſonant in auribus eius, arguendo de iuramento ad ſermonem, quia Deus non facit differentiam inter loquelã & iuramentum. ca. iuramenti. 22. q. 2. c. Et habetur. & c. quicunque ſuffragio. 12. q. 2. gl. in c. j. de pactis. per Abbatem in ca. debitores, de iureiurando. facit quod dicit in c. ſi pro debilitate. colu. 4. de offi. delega. Sed quando præſtatur iuramentum de aliquo faciendo, iuramentum intelligitur ſicut ille intelligit cui iuratur. c. quacunque. 22. q. 5. ergo idem eſt in ſermone, & ſic

in uerbis dictæ propoſitionis.

2 SECVNDO, † uerba debent intelligi ſecundum communem loquendi uſum non ſecundnm opinionem ſingulorum.ca.ex literis, il 1. de ſponſa.glo.in uerbo duas dietas,in c.nonulli.in prin.de reſcriptis. Barto. in l.Labeo,ff.de ſupellecti.legat.& in l.librorum. §. quod tamen Caſsius. ff.de legat.iij. cum aliis ut tradunt Moderni in d.ca. nonnulli. & d. cap. ex literis.

3 TERTIO † ſi eſt ambiguitas,aut obſcuritas in propoſitione, contra proferentem uidetur interpretanda, quia debuit apertius loqui.l. ueteribus.ff.de pactis. Sed in caſu propoſito uerius puto ꝙ propoſitio obſcura, ſeu ambigua, debeat intelligi ſecundum ſenſum proferentis, & quicquid ſit in iudiciis, contractibus, legibus, pactis, beneficiis, priuilegiis,ſtatutis, teſtamentis,& aliis ultimis uoluntatibus, matrimoniis,donationibus,emphiteoticis,& liuellariis contractibus & ſimilibus. Solum tangam,quando talis ambiguitas accidit in doctrina Scribentis aut docentis,aut in ſimplici aſſertione alicuius propoſitionis, quia hæc

4 eſt propria farrago noſtri tractatus. Et dico, † ꝙ in propoſito caſu recurrēdū eſt ad intentionē loquentis,nam dicit iuriſc.in l. in ambiguis. ff.de reg.iu.in ambiguis orationibus maxime ſnia ſpectāda eius eſt q̄ eas ꝓtuliſſet.& ad hoc ſpectatur eius ſententia,ut ipſe ſe ipſum exponat,& ſi quidē exprimit ſenſum uerum quem permittit uis uerborum, nullatenus eſt reprobandus,niſi conuinci poſſit ꝙ talis ſenſus uerus ab ipſo datus aliis dictis eius eſſet contrarius,ꝙ talibus uerbis generalibus uel ambiguis uſus ſit ad aliquem decipiendum uel errorem inducendum, tūc eñ putandum eſſet ꝙ talem ſenſum uerum contra conſcientiam exprimeret uel ſupprimeret alium ſenſum falſum,& erroneum, ad aliquod incommodū,puta pœnam euitandam,ſeu ad aliquod commodum conſequendum. hæc ſunt uerba formalia Occham in ſuo dialogo. & dicit gloſſ. in c.intelligentia,de uerborum ſignifica.ꝙ non ſtatim debemus intelligere ut uerba prima facie ſonare uidentur, maxime ubi ambigua ſunt.Sed debemus recurrere ad intentionem loquentis.c.fin.de præben.ideo tex. dict.ca.intelligentia.dicit quod intelligentia uerborum ex cauſis eſt aſſumenda dicentis,uel dicendi, quia non ſermoni res, Sed eſt rei ſermo ſubiectus, non enim in foliis,ſed in radice rationis, & in ſenſu Euangelium conſiſtit.cap.Marcion.1.q. j. nam ſententia uerbis præfertur, ſicut anima corpori.ca.ſedulo.xxxviij.diſtinct.c.humanæ aures.22.q. v. Maxi

5 me † hoc locum haberet quando uellet quis ex uerbis inducere hæreſis ſuſpitionem contra proferentem,quia tunc omnino intentio illius requirēda eſt.& de hoc eſt tex. in c. cum contumacia, de hære. libr. 6. quem ad

hoc

hoc induco,ubi ad literam dicitur,ꝙ ſi quis eſt de fide ſuſpectus, debet citari,ut de fide reſpondeat,quod non ad alium effectum fit.niſi ad ſciendam illius mentem, an ambulet in lumine fidei aut in tenebris errorum uel infidelitatis,argumen. cap.literas.de præſumptio. ut ſi ſit mens eius hæretica,ſibi noceat,ſint autem fidelis,ſibi proſit,ad augendam,uel diminuendam, ſeu penitus purgandam illam hæreſis ſuſpitionem; nam quod operatur propoſitum in propoſito idem operatur oppoſitum in oppoſito.ut per Barto.in l.fi.§.filius.ff.de legat.3. & Moder. ſcribunt in
6 l. j. ff.de his qui ſunt ſui.uel ali.iuris.Et loquor † in uerbis ſonantibus intellectum hæreticum, & habentibus intellectum etiam catholicum, & ſic in ambigua ſeu dubia aſſertione, non autem in formato hæretico, & conuicto, quem conſtat dixiſſe hæreticalia uerba,& in ſenſu hæretico quæ dicebat ſe credere,& aliis credenda nunciare, ut habetur in deciſione Rote Dccclxxv.Incip.Accuſatus de hæreſi.quæ eſt j.de hæretic.in an. de qua infra latius dicam. in ea enim conſtabat de errore & pertinacia quæ ſunt de ratione hæreſis, ut dicit Oldr.in conſi.ccx.incip. Regularis habet traditio.& traditur in c.dicit Apoſtolus.xxiiij. q.3. Et pro confirmatione prædictorum,poſſent plura ſimilia adduci,in quibus regulariter recurritur ad authorem uerborum.Sicut patet in principe,ad quem recurritur pro legis interpretatione, quia illius eſt interpretari cuius eſt condere.l.ſi.C.de legibus.c.inter alia,de ſenten.exc.ut late tradit Deciu
7 in d.l.In ambiguis.ff.de reg.iur.Præterea † ad iudicandum quem hæreticum ob prolationem uerborum uerba debent eſſe clare concludentia hæreſim non autem æquiuoca,i.habentia duplicem ſenſum,prout ſentit Archi,in c.ij.de hære.lib. 6.quem ad hoc inducit Fely.in c. excommunicamus.colu.pe.de hære.idem eſt ad hoc ut competat actio iniuriarum quia ex uerbo indifferenti,uel æquiuoco non agitur actione iniuriarum.ut in-
8 quit Ange.in l.ſi non conuicij.colu.ij.C.de iniurijs.Inſuper † eſt conſiderādū an uerba illa ꝓpoſitionis allegēt ambigue dicta ab accuſato de recēti,an de longinquo,ut ueriſimiliter eorum recordetur,uel non,quia obliuio quandoq; cauſatur poſt annum,l.ſi arbiter.ff.de proba.gl.in ca. ſi teſtes,in prin.3.q.ij.quanto magis ſi plures anni interceſſerint,ut dicit Specu.in titu.de probatio.§.vj.uerſi.Sed nunquid,in fi. & quantum tempus cenſeatur inducere obliuionem, conſiſtit in arbitrio iudicis, omnibus circunſtantiis penſatis,ut dicit Bald.& alii in l.j.C. de ſeruis fugi. montaluus ſcribit in 7. partita. titu.xxvj.q.ix.Ego latius dixi in conſilio meo
9 xxxvj. incipient. ut ſatisfaciam dubijs propoſitis. Et ſi † occupatus eſt ipſe accuſatus pluribus negocijs,uenit in debitam conſiderationem,cum uerba faciliter excidant a memoria hominis ſic occupati, ut pro-

probatur in l.iubemus.uerſi.Sed ne aliquid.C.de teſtamen.facit quod inquit Bar.de iudice multum occupato,vt ignorantia in eo præſumatur, in l.quod iusſit.in fi.ff.de re iudica.Barto.in l.ſiquis delegauerit.ff.de noua. Alex.in l.ſi res obligata.ff.de lega.j. & propter multitudinem agibilium contingit obliuio.arg.l emptor.§.Lutius.ff.de pactis.c.olim.de re iudic.

10 Si igitur† ſenſus datus à proferente illam propoſitionem ambiguam eſſet contrarius alijs dictis in ſenſu ab ipſo dato,non eſſet audiendus. argu. eorum quæ dicit glo.in l.ſi Titius.ff.de condi.inſti.facit tex.in l.ſcripturæ.C.de fide inſtru.c.ſolicitudinem.de appella. Scribitur in l.j. C. de furtis.& vbi eſt contrarietas,ibi non cadit excuſatio.vt dicit Bal.in d. l. ſcri-

11 pturæ.in fi.verſi.quærunt doctores.Nec† etiam probetur,vſum fuiſſe illis verbis ambiguis ad introducendum errorem, cum in dubio debeat fieri interpretatio,vt excludatur delictum.l.merito.ff.pro ſotio. Barto.in l. non ſolum.§.ſed ut probari.ff. de operi noui nunciatio. cum alijs . ut ibi ſcribit Alex.& Abbas in conſi.lxviij.videtur.colu.ij.lib.pri. & in conſilio cxxiij.tria ſunt.in primo dubio.lib.ij.Lud.Ro. in conſilio cccliij. quo ad primum.in fi.& verba conſulentis quæ poſſunt trahi ad bonum,& ad malum,in dubio, ſemper debent interpretari in bonam partem, vt conſulēs non teneatur,vt notat Bal.in l.j.colu.iiij.verſi.& nota.C.de ſeruis fugi.& eodem modo actus qui de ſe eſt malus, ſed fieri potuit ratione maioris, & minoris delicti,in dubio,pro minori delicto interpretari debet, ita ad excluſionem homicidij arguit Franciſcus de Areti.in conſi.lxxx.incipi.ſicut decet.& ad hoc inducit notata per glo.& Bal.in l.pe. C. de fideiuſſo. & tex.in c.ſignificaſti.ij.de homicidio . vbi clericus qui percuſſit clericū cum ligone pro recuperatione rerum ablatarum. quod ei non erat licitum,c.ſuſcepimus.eo.titu. non tamen præſumitur hoc feciſſe animo oc-

12 cidendi,ſed potius cauſa impediendi ſpoliationem Eccleſiæ.Ex quo †infertur ſecundum Areti.quòd licet,quis daret operam rei illicitæ, non tamen tenetur pro homicidio ſecuto niſi præciſe habuerit animum occidēdi,ſequitur Decius in conſi.xxxiiij.incipien.in effectu quæritur.ſicut diximus de eo qui ordinauerat offendiculum quoddam ad capiendum illū qui intraret eius domum,non tenetur de homicidio,licet ingrediens mediante tali offendiculo fuerit occiſus, quia tale offendiculum erat paratū ad capiendum illum & non ad occidendum, & qui illum parauerat non videtur habuiſſe animum occidendi,& ideo de homicidio non tenetur. Sic concludit. Alex.in conſi.cxl.incipiente.videtur in caſu propoſito.lib.

13 ij.Et† propter hoc doctrina Bar.in l.reſpiciendum.§. deliquunt.in fin.ff. de pœnis.non tenetur, dum ibi concludit, ꝙ ſi volebam percutere Titiū inimicum meum,& vulneraui & occidi Gaium amicum,& conſanguineū

meum,

meum,quòd ſim de homicidio puniendus,& illa deciſio Bartholi quando caſus occurrit, ponit iudices maleficiorum in magno periculo, quando eam volunt ſeruare,verius eſt ergo,ꝙ cum iſte ſit ſolum in culpa, non in dolo,propter ſolam culpam,non debet puniri corporaliter, prout doloſus homicida,Sed extra ordinem arbitrio iudicis,ita tenet Angelus,& melius in d.§.delinquunt.& in l.ſi cum ſeruo.per.illum tex. ff. de iureiuran. Flori.in l.ſcientiam.§.ſed etſi defendendi.ff.ad legem Aqui.& in iudicando,hæc opinio eſt tenenda, quia in dubijs opinionibus in delictis mitior eſt ſeruanda.l.interpretatione,& l.ſanctio legum.ff.de pœnis, prout late proſequitur Iaſo.in l.clam posſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren. poſſe.& l.ſororem.C.de his qui. vt indignis.& in l.j.colu. iij. ff. de legibus.& Decius in conſi.viiij.pro tenui facultate.lib.j.colu.j.Cæpola in cõ ſi.xxxvij.incipien.multa poſſent.Bal.in l.data opera.colu.iij.C. de ijs qui accuſ.non poſ.Car.Flo.ponit in ſimili caſum notabilem in c.lator.de homicidio.de eo qui voluit percutere canem & occidit hominem,quòd non debeat puniri pœna capitis,ſed pœna mitiori, ſcribit Signorolus de homo.in conſil. xxvij. ſtatuto ciuitatis Papiæ. & de marito percutiẽte vxorẽ calce,quæ ex tali percuſione mortua fuit,ꝙ non debeat ad mortem condemnari conſuluit idem Signo.in conſi.l.incipien. Titius percusſit calce
14 vxorem ſuam.Ita quòd ſi proferens illam propoſitionem ambiguam nõ fuit doloſus ſed culpoſus in male concipiendo verba propoſitionis, culpa hæc,in hoc crimine hæreſis,in quo dolus requiritur,non æquiparatur dolo.l.lege Cornelia.ff.de ſica.etiam ſi fuiſſet lata culpa. vt dicit Socy.in
15 conſi.xvj.incipien.circa prædictam conſultationẽ.colu.fi.lib.pri.Ad† p̄dicta accedit quod ſanctisſime inquit Auguſtinus in lib.de concordia Euangeliſtarum.exponens illud Matth.nolite iudicare,& non iudicabimini,ubi dicit,in hoc loco nihil aliud præcipi exiſtimo, niſi vt ea de quibus dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur, quod ergo dictum eſt de his quæ fiunt,ut dicit Auguſtin.nos dictum pariter intelligamus de his quæ dicuntur, & ita ad propoſitum noſtrum,ſententiã tanti doctoris applicantes,cõcludamus, ꝙ in hac propoſitione ambigua quæ poteſt catholicum, & hæreticum ſenſum habere temerarium videtur,in hæreticum noſtram ſententiam inclinare, maxime ad condemnationem.Et hæc,Summopere obſeruanda ſunt in foro exteriori, vbi agitur de delictis puniendis,ſecundum naturalem pœnam delicti, quo caſu ſi ſit res dubia,ob duplicem intellectũ propoſitionis,iudicis animus pro-
16 cliuus eſſe debet in mitiorem partem,ut eſt dictum.Quia† ubi agitur de uita hominis probationes dubiæ non ſufficiunt,Sed debent eſſe luce meridiana clariores.l.fi. C.de probatio. pro ut poſt longam diſputationem concludit.

concludit Bal.in conſi.cv.incipien.ad euidentiam præmittendum.lib.primo.& per d.l.fi.idem dicit Phi.Corneus in conſi. cxciiij. circa præſentẽ conſultationem.l.ij.colu.ij.cum alijs,vt ſcribit Decius in conſi. ccccxv. viſo eleganti conſilio.colu.j.& optime.S.Tho.in ij.ij.q.lx.arti.4. ad tertium.inquit, ꝙ in iudicio perſonarum definiendo debemus in melius interpretari,quem ibi ſequitur Car.de Vio, præſertim in hoc crimine hæreſis,in quo omnia genera pœnarum concurrunt,ubi ſimul quod quis criminaliter condemnatur,ciuiliter punitur.& eius poſteritas infamatur.ut
17 dicit.Oldra.in conſi.ccx.regularis habet traditio.colu.j.Si vero † ageretur ſolum de vtilitate animæ ad imponendam pœnitentiam melius eſſet præſumere delictum , quã nõ delictum in foro conſcientiæ,ut concludit Petrus de Ancha.in conſi. clxxviiij. prima facie.quia in tali foro timenda eſt culpa ubi culpa non eſt.c.cõſilium.de obſerua.ieiuniorum.Fely. in c. dudum.colu.quinta.de præſumptio.facit quod inquit.Inno. in c.ad audientiam.de homicidio,ꝙ in foro animæ debet quis in dubio ſe præſumere irregularem,quia in hoc foro durior ſententia eſt ſecurior.ca.iuuenis. de ſponſa.hinc dicit Ioan.de Imo.in cle.j.colu.fi.de hæreti. ꝙ pro pœnitentia iniungenda in dubio præſumendum eſt pro hæreſi,& ſic.l. merito. ff.pro ſocio.& l.abſentem.ff.de pœnis non habent locũ in foro conſcientiæ,ſed in foro exteriori,& ſic concludendum eſt , ꝙ in foro exteriori nõ eſt delictum præſumendum etiam ſi ageretur ad pœnitentiam imponendam,nam tunc pure agitur ad pœnam . & ideo in dubio potius pro eo ꝗ contra eum eſt iudicandum,ſecus in foro pœnitenciali,vt dixi . ſic ſcribit Abbas in c.ad audientiam.colu.j.de homicidio,quem ibi moderni ſequũ
18 tur.Et † poteſt colligi ex his,quæ dicit Petrus de Ancha. in d. conſi. 179. vbi per plura conſuluit,ꝙ ſi teſtator fuerit confeſſus ſe fuiſſe vſurarium, & non dixit quando,intelligitur de pręterito tempore,quia talis interpretatio eſt vtilior animæ propter maiorem ſatisfactionẽ,nec agitur de pœna corporali imponenda,pro quo facit gl.in c.conſulti ſumus. de regula. refert Fely.in c.auditis.colu.ante pe.de præſump.ubi plura ad propoſitũ
19 ſcribit.Sed † circa præmiſſa arbitror animaduertendum , ꝙ alia eſt ratio eorum , quæ proponuntur diſputanda, alia eorum , quæ ad doctrinam in ſcriptis traduntur legenda , ſecundum Ioannem Picum Mirandulanum, cum enim quid diſputandum proponitur,breuis & conciſa & inexplicita proponitur propoſitio,in ſe,& verborum,& ſenſuum multiplices implicans difficultates,in ipſo diſputandi congreſſu diſſoluendas. Alioquin ſi omnia explicarentur,diſputationi locus non relinqueretur.quia quæſtio eſt dubitabilis propoſitio.ut dicit Bald.in l.ancillæ furtiuæ. C.de furtis.l. quod Labeo. ff. de carbonia. edicto. Abbas in c.cum in iure peritus , de offi.

20 offic.delegat.in j.notabili.Et ideo † ponens ambiguam,obſcuram,uel ę-quiuocam propoſitionem,aliquam recipit excuſationem, ꝙ ſtatim non eſt damnandus ſed audiendus diſputans,quia futurum eſt ut inter diſputandum ipſam diſtinguat & declaret, qui uero doctrinaliter aliquid literis mandant,id faciunt ſcribendo,illhic uero diſputando.Quare in ſcribẽdo omnia clara,dilucida, & expedita eſſe debent. unde in propoſitionibus ad diſputandum propoſitis difficile eſt librare,& examinare uerba huiuſmodi propoſitionum, vt nulla ſit in ſenſu earum ambiguitas, & nulla
21 inde erronea opinio ellici poſſit.Cum † in ſacra ſcriptura multa uerba reperiantur,quibus multi plures dederunt intelligentias, & ad erroneũ ſenſum tranſtulerunt,& dum nõ introſpicerent profunditatem ſenſus, quid cortex uerborum euangelicorum ſonabat, attendebant.ut in paucis, ex pluribus,poſſunt poni exempla hic. Arrius audiens ab Euangelio. pater maior me eſt,patrem credidit maiorem filio, & filium dixit eſſe creaturam,ut ponit Cardi.de Turre Crema.in c.Quidam autem.§. Arriani. 24. q.3.Hinc Eluidius audiens,ꝙ Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit primogenitum ſuum,attendens potius uim gramaticalem,illius dictionis,donec,quàm ueritatem ſenſus euangelici,de perpetua uirginitate Mariæ dubitauit. contra quem diuus Hieronymus inuehitur in ſuis Epiſtolis.parte.j.tractatu.ij.Epiſtola ix.incipiente: Nuper rogatus à fratribus.& Car.in d.c.§.æluidiani.Hinc Marcion illud Pauli legens,lex ſubintrauit,ut abundaret delictum;credidit legem Moiſi eſſe malam; & à malo principio ortam.ſcribit.Card.in c.Marcion.j.q.j.Et Baſilides legens illud Pauli,ego aliquãdo ſine lege uiuebam credidit animam Pauli in alio corpore aliquando uixiſſe.& iſte Baſilides habuit alias hæreſes. ut in d.c. Quidam.§.Baſilidiani.Hinc Eunomius audiens Chriſtum reſpondentem Iudæis accuſantibus eum.ꝙ ſe diceret filium Dei, ſcriptum eſſe & illud, ego dixi dij eſtis & filij excelſi omnes,credidit eo modo Chriſtum filium Dei dici,quo & quilibet ſanctus dicitur Dei filius.ſimiliter ex hac propoſitione,illam diem neque filius nouit,multi ſumpſerunt occaſionem credendi plura intelligere patrem,q̃ credatur intelligere filius,cum uerba illa hoc uideantur præ ſe ferre,cum tamen alia ſit latentis ſenſus ueritas,& iõ ad ſenſum debemus reſpicere, Si vis verborũ nõ refragetur, hoc ẽ dicere ſalua ſp ꝓprietate ſermonis,Propterea tex.in d.c. intelligẽtia dicit, ꝙ intelligẽtia dictorũ ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res,Sed rei eſt ſermo ſubiectus.ubi dicit gl.ꝙ non ſp debemus intelligere uerba ſm ꝙ prima facie ſonare uidẽtur,maxime ubi ambigua ſunt, Sed
22 debemus recurrere ad intentionem loquẽtis.Et † Grego. inquit plerumque dũ uerborũ proprietas attenditur, ſenſus ueritatis amittitur, & pro

hoc

hoc facit.d.c.Marcion.j.q.j.vnde concludẽdum videtur.ꝙ in uerbis ambiguis, & multiplicibus non eſt recurrendum ad communem intelligentiam,Sed potius ad intentionem loquentium,itaque dicens, prædicans, ſeu ſcribens interrogandus eſt, vt ipſe ſe exponat, & exprimat ſenſum, quem habuit in dictis ſuis,& talis eſt attendendus,dummodo vis, ſeu proprietas verborum non refragetur, vt tunc cenſendus ſit vel catholicus, vel hæreticus,aut ſuſpectus.iuxta ea quæ vigilantisſimus iudex ex reſpõdentis expoſitione poterit legitime perpendere,vt dixi ſupra.

23 Non†obſtat primo illa æquiparatio de iuro ad ſermonem,quia non ſemper verum eſt, ꝙ iuramentum intelligatur ſecundum intentionem illius cui iuratur, quia immo ſecundum intentionem iurantis intelligendum eſt.c.qui periurare.xxij.q.v.niſi quis doloſe iuraret,quia tunc Deus accipit iuramentum iuxta intentionem illius cui iuratur,ſic loquitur d.c.quacunque in contrarium allegatum,hinc dicitur, fallit iurantem Iuratio facta per artem,vt dicit glo.in verbo,quatuor,in auctẽ.ius iura. quod præſta.ab his.colla.ij.Ioan.Andre.in c.inſpicimus.in mercurialibus.de reg.iuris.lib.vj.San.Thoma.in ij.ij.quæſ.89.artic.vij.ad quartum,& dolum alleganti incumbit probatio.l.quotiens.ff.de probatio.ſic in propoſito, ſi doloſe fuit probata propoſitio ambigua,tunc iuxta ſenſum audientis intelligitur,ſecus ſi ſine dolo,quomodo autem dolus præſumatur in eo, dixi ſupra in corpore huius quæſtionis.

24 SECVNDO†non obſtat,quòd verba debent intelligi ſecundum cõmunem vſum loquendi,quia licet ita ſit, debet tamen capi ſecundum intellectum recte ſentientium, & non ſecundum intellectum inſipientium, vel male ſentientium,ut dicit Car.in dict.cap.ex literis.nam ſi proferũtur ab homine groſi ingenij, groſo modo debent intelligi, vt ſcribitur in l. mancipia. C. de ſeruis fugi. ita ex aduerſo ſi à ſubtili doctore, ſubtiliter, non tamen debent deuiare à materia ſuper qua fiunt.Immo ſecundum eã debent impropriari, vt ſaluetur mens loquentis, vt ſi vniuerſitas conſtituat aliquem procuratorem impropriatur in actorẽ.c.petitio.&ibi Abbas.de procura.Bar.in l.j.§.quibus. ff. quod cuiuſque vniuerſi.cum alijs, vt tradit Alex.in conſi.43.incipien.viſis,colum.v.lib.iiij.vnde non eſt Ita ſeruandus vſus loquendi,quin voluntas loquentis ſalua fiat,quæ eſt domina actuum humanorum.l. in conditionibus primum. ff. de condit. & demonſtra.l.voluntas.C.de fideicommi.pręſertim in hoc crimine,quod ſola voluntate contrahitur cum adhæſione,quia delictum mentale eſt.c.cogitationis,ubi glo.de pœni.diſtin.j.Bald.in l.ſi quis non dicam rapere. colu.j.& pen.C.de Epiſco.& cleri. Ioan. de Ana. in c. ſi quis Epiſcopus. de hæreti.quando enim verba proferuntur à perſona perita,debent intelligi

ſecundum

ſecundum rectam ſignificationem.l.quòd ſi nepotes.ff.de teſta.tutela.& plura ſcribit Ludo,Roman.in conſi.iiij.Incipien. ſententiam præfati conſultoris.

25 Tertio † non obſtat, ꝙ proferens,ſeu aſſerens propoſitionem ambiguam,debuit apertius loqui, & ſic,ꝙ interpretatio debeat contra eum fieri,quia dico,quòd aut agitur ad condemnandum,aut ad abſoluendum. In primo caſu interpretatio fit contra actorem.In ſecundo vero in fauorem rei,vt dicit Ange.in l.veteribus.ff.de pactis.vbi allegat in ſumma pã dectarum.ff.de rebus dubijs. præſertim.ſi vero ſimilia aliqua concurrãt pro reo,quia forſam habet ſcripta catholica à ſe compoſita, & poſtea denuncietur dixiſſe propoſitionem ambiguam, quia hæc propoſitio præſumitur eſſe conformis ſuis ſcriptis , nec uerolimile eſt , ꝙ quis velit videri hæreticus,cum catholicus ſit,quin immo contrarium fieri videamus, cũ omnis hæreticus ſit hypocrita,vt dicit Auguſtinus, cum hæreſes à cõmuniter accidentibus ſecrete committantur, ut dicit Petrus de Ancha. in c. in fidei fauorem.de hæreti.lib. vj.timore pœnarum quæ hæreticis infligũ

26 tur,ut in c.ad abolendam.in princip.& c.pen. de hæreti. Facit , † quia in obſcuris quod minimum eſt ſequimur.c.in obſcuris. de regu.iuris lib. vj. & quod eſt ueriſimilius.c.inſpicimus.eod.tit.& lib.& interpretatio ita debet fieri,vt non includatur delictum,ut inquit Bal.in l.præci bus.colu. vij. uerſi.& ſcias.C.de impube.& alijs ſubſti.cum alijs,ut ſcribit Alex. in conſi.74.viſo proceſſu,nu.3.lib.ij.& dicit Bart.in l.non ſolum.§.ſed ut probari.ff.de ope.no.nuncia.ꝙ probatio non concludit,pro ut eſt in probatione temporis.l.cum actum.ff.de nego.geſtis , & in re dubia benigniorẽ interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt,quam tutius.l.benignius.ff. de legibus.& l.cum in teſtamento.ff.de rebus dubiis, & hæc benignitas ẽt in correctione ſubditorum ſeruanda eſt,dummodo non ſit nimia.c.diſciplina.diſt.45.l.Arianus.ff.de actio.& obliga.l.abſentem.ff.de pœnis,unde probatio quæ non concludit non releuat actorem.c.in præſentia . de probatio.etiam ſi ſimus in materia fauorabili,ut dicit Alex.in conſi.clij. Viſo proceſſu.colum.j.lib.v.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitionem eſſe hæreticam, uel non hæreticam , an poſſit Epiſcopus uel Inquiſitor determinare, quando eſt altercatio inter doctores.*

2 *Hæreſis explicita aut implicita quæ ſit.*

3 *Propoſitionem habentem implicitam hæreſim non poteſt declarare illam hæreticam Epiſcopus, nec Inquiſitor.*

Papa

4 *Papa uel concilium generale determinat propoſitionem eſſe hæreticam, & non alius.*
5 *IntelleƐtus.c.ad abolendam.in pri.de hæreti.*
6 *IntelleƐtus.c.quotiens.xxiiij.q.j.*
7 *Epiſcopus poteſt procedere contra tenentem propoſitionem habentem hæreſim explicitam.*
8 *Deciſio Rotæ.Incipiens, Accuſatus de hæreſi.quomodo intelligitur.*
9 *Teſtis idoneus quis ſit.*
10 *Credulitas mala alicuius poteſt conſtare per teſtes.*
11 *Propoſitio dubia non eſt damnanda.*
12 *Factum hæreticale includit malam credulitatem.*

OCTAVA QVAESTIO.

OCTAVO quæro, quid ſi quis diceret aliquam propoſitionem aſſertiue, & pertinaciter, ſeu negaret ſe illã dixiſſe, & foret de hoc conuictus, de cuius propoſitionis ueritate altercantes aliqui doctores dicunt, illam eſſe hæreticam, aliqui uero catholi-
1 cam ſeu indifferentem; An posſit Epiſcopus, uel Inquiſitor hæreticæ prauitatis Apoſtolica authoritate deputatus decernere illam hæreticã, adeo quod tenens illam pertinaciter & aſſertiue posſit ut hæreticus damnari, hæc quæſtio apud me uidetur noua, pro cuius deciſione præſuppono,
2 Quod in aliqua propoſitione poteſt eſſe hæreſis explicita, aut implicita, hæreſim explicitam appello, quando eſt damnata ſpecialiter, ut ſunt hæreſes. Arrij, Neſtorij, Euthicetis, Macedonij, & Dioſcori, & ſimiles.c.j. & c.ſicut ſunt.c.ſancta.xv.diſt.ſic etiam damnatus eſt error Abbatis Ioachin. c.damnamus. de ſumma Trini. & hæreſis dicentium Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quod homo. c. cum Chriſtus. de hæreti. & etiam hæreſis explicita dicitur, quando eius contraria eſt approbata in Simbolo fidei, uel in aliqua decretali, vt eſt hæc, Deus non eſt factor omnium uiſibilium, quæ eſt hæreſis damnata in ſimbolo fidei, ibi, factorem cœli, & terræ, uiſibilium omnium & inuiſibilium. Eſt autem hæreſis implicita, quando uiri literati reputant aliquam aſſertionem contrariam alicui ueritati catholicæ contentæ in ſacris ſcripturis, uel in aliqua doctrina uniuerſalis Eccleſiæ. & talis fuit hæreſis Grecorum, antequam per Eccleſiam explicite damnaretur, qui dicebãt Spiritum Sanctum non procedere à patre, & filio. ſed a ſolo patre, quæ hæreſis hodie expreſſe damnata eſt. c. j. de ſumma tri. lib. 6. c. de Spiritu Sancto, de conſecrat. diſt. ult, & multæ aliæ hæreſes fuerunt implicitæ, quæ poſtea fuerunt damnatæ, & nũc ſunt

expli-

explicitæ,vt erat illa,ꝙ Chriſtus erat viuus,qñ lancea latus eius aperuit.q
hodie dãnata eſt cle.j.de ſum.tri.his ergo ſuppoſitis ommiſſa ꝓpoſitione
explicite hæretica,q̃a de ea non loquit̃ noſtra q̃õ,Sed de implicita,qñ per
ſubtiles cõſiderationes doctorũ aliqua aſſertio implicite hæretica notat̃,
3 præſertim ſi illa põt hr̃e aliquẽ ſenſum catholicũ.Dico † aſſerens hmõi
ꝓpoſitionẽ,nõ põt ut hæreticus dãnari ab inferiore a ſummo põtiſice,pu
ta Ep̃o,vel inquiſitore,ꝓ ut cõcludit cãcellarius pariſiẽſis,In tract. de ꝓ-
poſiti.ab Ep̃o hære.in 4.par.cõcluſione 4. dicens q̃d ad Ep̃os nõ ſpectat
ꝓpoſitionẽ aliquã hæreticare,q̃ ex ſe & de iure penitus dubia eẽt an ad fi
dẽ ꝑtineat repugnãter,neq; eſt ſcãdaloſa,&põt ſine periculo eius ueritas
uel falſitas ignorari,& ponit exẽplũ in hac ꝓpoſitione,Deus nõ p̃t creare
nouã ſp̃ẽm,q̃a ad eorũ offm̃ non ſpectat,niſi ſp̃aliter delegetur, determi
nare aliquã ꝓpoſitionẽ hæreticam maxime ad effectũ,ut aſſerens illã dã-
4 nẽt de hæreſi,cũ illa ꝓpoſitio alias nõ reperiat̃ dãnata, Nã † talis cogni
tio ẽ de reſeruatis Papæ & cõcilio gñali,de hoc eſt tex.in c.quotiẽs.23.q.
j.dicẽs ſic,quotiẽs rõ fidei uẽtilatur,arbitror oẽs fratres Ep̃os, nõ niſi ad
Petrũ ſuæ rõnis auctoritatẽ referre debere:ubi ꝓbatur,ꝙ q̃õ fidei ad infe
riorẽ ſummo põtiſice referri nõ dẽt,ubi dicit gl.licet corrupte, aliud eſt
q̃õnẽ de fide motã terminare, ꝙ nulli p̃terq̃ Romanæ ſedi ꝑmittitur. ut
in d.c.quotiẽs.aliud eſt ipſam ſine diffinitione uẽtilari,ꝙ ep̃i Patriarchæ
primates facere pñt.pro quo facit.c.maiores,de Baptiſmo,ubi dr̃, maio-
res Eccleſiæ cãs p̃ſertim articulos fidei cõtingẽtes,ad Petri ſedem referẽ-
das intelligit,q̃ cũ q̃renti dño,quẽ diſcipuli dicerẽt ip̃m eſſe, rñdiſſe no-
tabat,tu es Chriſtus filius Dei uiui,& ꝓ eo dñm exoraſſe ne deficiat fides
eius.ubi dicit Abbas,Papã ſolũ poſſe cognoſcere & decidere cãs fidei, ut
late ꝓbat Car.de Turre Crema.in d.c.quotiẽs,uñ inferior a Papa nõ põt
determinare talẽ ꝓpoſitionẽ eſſe hæreticã,ſi alias non eſt ab eccleſia de-
terminata,& ſup illa ſit altercatio inter doctores, & conſequenter nõ p̃t
punire illius aſſerẽtem,quia de qua re põt cognoſcere,de ea iudicare dẽt
l.de qua re.ff.de re iud.c.cũ ſup.de cau.poſ.& proprie. & non de his iudi
cet,q̃ ad eius iuriſdõnem non ſpectant.l.fi.ff.de iur.om.iu.c. ut animarũ.
5 de conſt.li.6.c.a nobis.de ſent.excom.& c.nouit de of.leg.Nõ † obſtat.c.
ad abolẽdam,in prin.de hære.ubi dr̃,ꝙ illi hæretici ſunt excommunicati,
quos Ep̃i hæreticos iudicauerint.ad hoc rñdet gl.ĩ d.c.quotiẽs,ꝙ illud ẽ
uerum quando illi aliquid dicunt,uel faciunt quod certum eſt eſſe hære-
ſim,non autem ſi incertum eſt ea incertitudine,de qua dictum eſt ſupra.
6 Et † ita proprie loquitur d.c.quotiens.quod locum habet quando aliquod
dubium,circa ea quæ fidei ſunt de nouo oritur,ut ibi dicit Archi.& in c.
perceptis,12.diſt.itaq; d.c.ad abolendam locum habet quando hæreſis

eſt iam explicita & determinata ab Eccleſia, uel quæ ſequitur explicite euidenter & clare ex oppoſitis ſacræ ſcripturæ, q̃uis non in propria, & in eadem uerborum forma, vt dixi ſupra in ſingulis ueritatibus catholicis. vt tunc Epiſcopi, ſeu inquiſitores tales aſſertores puniant, uel quando nulla dubitatio eſt de hæreſi, quia certa, & clara, & ſic formaliter loquitur glo. in d.c. quotiens, & ibi Car. & dictus cancellarius in loco allegato conclu-
7 ſione quarta, & quinta. Poſt † ergo diffinitionem ſummi Pontificis, aut concilij generalis, de aliqua aſſertione catholica licet cuilibet Epiſcopo, ſeu Inquiſitori hæreticæ prauitatis procedere contra tenetes contrarium, iuxta canonicas ſanctiones, quinimo ſi quis conuinceretur per teſtes dixiſſe aliquam propoſitionem hæreticam, de cuius hæreſi non dubitetur, & negaret ſe dixiſſe, & diceret ſe credere, quod ſancta Romana Eccleſia credit & prædicat, ut hæreticus damnaretur, ut late ſcribunt domini de Rota in deciſione. Dccclxxv. Incipien. Accuſatus de hæreſi.
8 Quæ † deciſio loquitur quatuor concurrentibus, primum, ꝙ ille accuſatus, de quo ibi, dixerat hæreticalia, & ſic talia ꝙ nulla erat dubitatio, quod non eſſent hæretica illa uerba, quia forſan habebant in ſe hæreſim explicitam, uel talem de qua proxime dixi, ita quod non habebant duplicem ſenſum, catholicum, & hæreticum. Secundum eſt, ꝙ per teſtes idoneos ille accuſatus conuincebatur, uidelicet Maiores omni exceptione, conteſtes non ſingulares, de uerbis formalibus atteſtantes, non inimicos, & alia demum in illis concurrebant quæ de iure conuenire debẽt.
9 Et † hoc probat illud uerbum per idoneos teſtes, quia idoneus teſtis eſt qui aliqua exceptione non poteſt repelli. c. j. de teſtibus, alias non eſt idoneus. l. idonei & l. teſtis idoneus. ff. de teſtibus. Tertium, quod ille accuſatus aſſeuerat ſe illa hæreticalia credere, & illa credenda aliis eſſe, nã quando teſtis deponit de uerbis hæreticalib. ab alio dictis dẽt ẽt deponere de illius accuſati credulitate, nã hoc in uerbis neceſſariũ eſt, quia aliqñ talia uerba dicũtur referendo aliorum opiniones, ut diſputando, aut lapſu linguę, aut alias, & ſic oportet ut conuincatur de hæreſi, ꝙ de mente ꝓ
10 ferentis teſtes atteſtentur, ad hoc ut probent. Et † poteſt conſtare, quia accuſatus dixit ſe credere, & ab aliis credẽda eſſe, facit gl. ĩ c. cogitationis. de pœ. di. j. & quę dicit Bal. in d. l. ſi quis non dicam rapere. colu. j. Quartum requiritur, ꝙ illud factũ. i. illa prolatio uerborũ ſit recens, de qua ſ̃m cõmunem curſum naturæ ſit uериſimile ꝙ accuſatus non poſſit nec debeat obliuiſci ſe dixiſſe illa uerba hæreticalia credidiſſe, aut dogmatizaſſe, cũ memoria hominum labilis ſit, & omnium recordari eſt potius diuinum q̃ humanum, ut dicit tex. in l. ij. §. ſi quid. C. de ueteri iure enuclea. unde qñ hęc non concurrerent in aliquo uerba hęreticalia aſſerente, non uidetur

tur illa deciſio adaptanda.l.4.§.totiens.ff.de dam.infecto,& ibi late Alc. tradit col.fi.l.quod conſtitutum.ff.de teſta.col.4.cũ illis quæ tradit Decius in c.nullus.in fi.de elec.Et par reſponſio datur ad d.c.ad abolendam. in prin.& ad c.excommunicamus.de hære.& ad alia iura ſtatuta cõtra negantes dixiſſe hæreticalia uerba,q a loquũtur in uera,& formata hęreſi,et cõcurrentibus his quæ ſupra dixi,de quorum ſingulis tradã alibi, qñ agetur de mõ probandi aliquem dixiſſe propoſitiones hæreticas,& ad pdicta poſſent applicari quæ de quodam credente illa,quæ ſunt contra ſacrã ſcri
11 pturam ſcribit Old.in conſi.cclxxj.incip.qõ talis eſt.Maxime † prædicta procederent,qñ propoſitio eſſet ambigua, quia ꝙ multipliciter intelligitur ueritas illius ignoratur,ut inquit Boetius,ſm Bar. in l. in ambiguo. ff.de reb.dub.Moderni ſcribunt in l.nec quicquam.§.ubi decretum. ff.de offi.proconſu.& lega.& ſic ignoramus in quo ſenſu intellexerit accuſatus,catholico an hæretico.& in dubio præſumendus eſt catholicus ad cui tandum delictum.l.merito.ff.pro ſocio,& dubia probatio nõ iuuat acto
12 rem.c.in præſentia,de proba.Si uero eſſemus in facto hæretico, puta in tranſitu,uel reditu ad ritus Iudæorum,tunc ſufficeret accuſatum conuinci de illo facto,quamuis non de credulitate, ſiue de intentione, ad hoc ut hæreticus damnetur. ad hoc ego ſoleo allegare tex.in c. contra Chriſtianos.de hære.li.6.ſecus tamen in uerbis,ut dixi,quia plus eſt facto , quàm uerbo delinquere.c.dilecti filij.ubi Decius de appella.& l.Paulus. ff. rem ratam haberi.

SVMMARIVM.

1 *Dubia fidei quis poteſt determinare.*
2 *Eccleſia apoſtolica nunquam hæreticauit.*
3 *Papa determinat ea,quæ ad fidem ſpectant.*
4 *Papa edit ſymbolum,& generalem ſynodum conuocat.*
5 *Doctorum ſanctorum authoritas præualet authoritati eccleſiæ.*
6 *Petrus diffinit quæſtionem de non obſeruandis cerimonijs legis.*
7 *Petrus comparatur Moyſi in determinandis cauſis.*
8 *Petrus primatum habuit eccleſiæ fidei & hodie Papa.*
9 *Hæreſim damnatam ab eccleſia particulari tenens non eſt excommunicatus nec hæreticus.*
10 *Papa non facit ueritatem catholicam,nec hæreſim,ſed declarat.*
11 *Papam poſſe errare in his quæ ſunt fidei ſecundum Abba & ocham.*
12 *Papa ut ſingularis perſona poteſt errare contra fidem.*
13 *Papa ut Papa in diffinitione iudiciali non poteſt errare contra fidem.*

14 *Concilium generale in fide non poteſt errare.*
15 *Conſilium authoris editum in cauſa Reginæ Anglicanæ.*
16 *Concilium generale quare conuocatur ad determinationem cauſarum fidei ſi Papa hoc poſſet ſolus.*
17 *Concilia generalia congregari pro cauſis fidei utiliſſimum eſt, non autem neceſſarium.*
18 *Glo. Intellectus in c. Anaſtaſius. xix diſt.*
19 *Opinio plurimorum maximam habet authoritatem, & præſumptionem.*
20 *Concilij generalis congregatio ad Papam regulariter ſpectat.*
21 *Papa, & imperator debent ſemper habere in ſuo conſilio homines doctos et ſapientes.*

NONA QVAESTIO.

1 NOno † Quæro, ad quem ſpectat, authoritate iudiciali & ſuprema diffinire aliquã aſſertionem eſſe catholicam uel hæreticã, & ſic dubia fidei terminare. Rñdeo, ꝙ ad ſummum pontificem, eiuſque ſanctam ſedem Apoſtolicam hæc determinatio & diffinitio ſpectat, cuius fides nunq̃ põt deficere, q̃a Petro Aplo in ea præſidenti dictũ eſt, oraui pro te Petre ut non deficiat fides tua. Lucæ. 22. & in c. ma
2 iores, in prin. de baptiſmo. Hæc † enim ſancta & apoſtolica mr̃ omnium eccleſiarum Chriſti eccleſia, per Dei omnipotentis gratiam, a, tramite Apoſtolicæ traditionis nunq̃ erraſſe probatur, nec hæreticis prauitatibus deprauanda ſuccubuit, c. a, recta 24. q. j. in his ergo, quæ fidei ſunt errare non poteſt. & illum tex. ad hoc allegat Abbas. in c. a nobis. 2. col. j. de ſen. excommu. facit. c. pudenda. 24. q. 1. glo. in c. j. de translatio. Epiſc. & in c. j. de reliquijs & uene. ſanctorum. Decius in c. ſignificaſti. de electio. hinc dicit Ciprianus, qui cathedram Petri, ſuper qua fundata eſt eccleſia, de-
3 ſerit, In eccleſia ſe eſſe non confidat. c. qui cathedram. xciij. di. Dicitq; † s. Tho. in 2. 2. q. xj. arti. ij. ad iij. ꝙ hæc authoritas determinãdi ea quæ ſunt fidei principaliter reſidet in ſummo pontifice, & pro hoc allegat d. c. quotiens. xxiiij. q. j. ubi dicitur, quotiens ratio fidei uentilatur non niſi ad Petrum. i. ſui nominis honorem & authoritatem habenti recurrendum, & dicit idem. S. Thom. in opuſculo contra Græcos capitulo lxviij. ꝙ ad Papam pertinet quæ fidei ſunt determinare, pro quo allegat Cirilium patriarcham Hieroſolimitanum in libro theſaurorum, inquientem, ut membra maneamus in capite noſtro apoſtolico throno Romanorum pontificum, a quo noſtrum eſt quærere, quid credere, & quid tenere debeamus, & etiam dicebat Maximus in epiſtola ad orientales directa coadunatam,

& fun-

& fundatam ſuper petram confeſsionis Petri dicimus uniuerſalem eccleſiam, ſecundum diffinitionem Saluatoris, in qua neceſſarium ſaluti animarum noſtrarum eſt remanere, & ei etiam obedire, ſuam ſeruantes fidem & confeſsionem. Et † dicit S. Thom. in 2.2. q. 1. arti. ultimo in corpo
4 re quæſtionis, ꝙ ad ſolam authoritatem ſummi pontificis pertinet noua editio ſymboli, ſicut & omnia alia, quæ pertinent ad totam eccleſiam, ut congregare ſinodum generalem, & alia hmői, Papa. n. in his rectiſsimus eſt ꝑ aſsiſtentiā Spūs Sancti in iudicio fidei, ꝑ uniuerſale bonum fidei ſicut promiſit Ioan. 14. Spūs Sanctus docebit uos oēm ueritatē, & Petro
5 dixit, Ego rogaui pro te &c. Et † ita concludit. d. Card de ũio in tracta. de autho. Papæ & conciliorum. c. ix. contra cuius ſummi Pontificis authoritatem, nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec aliquis ſanctorum, ſuam ſententiam defendit. unde Hieronymus ad Damaſum Papam, hanc firmans concluſionē inquit. Hæc eſt fides Beatiſsime pater, quam in catholica di dicimus Eccleſia, In qua ſi minus perite, aut parum caute forte aliquid poſitum eſt emendari cupio a te qui Petri fidem & ſedem tenes, ſi aūt hęc noſtra cōfeſsio apoſtolatus tui iudicio comprobabitur, qcūq; me culpare uoluerit ſe imperitū, uel maliuolū, uel ēt nō catholicū, non me hæreticū cōprobauerit, ut ponitur in c. Hæc eſt fides. 24. q. j. ubi Car. concludit ꝙ Papa qui eſt caput eccleſia, magiſter, & dux populi Chriſtiani, non poteſt errare in his quæ de fide tenenda & credenda Apoſtolatus ſui officio publice populo Chriſtiano decerneret, ſiue diffiniret eſſe
6 credenda, & tenenda. Quod † etiam comprobatur, quia quæſtionem de non obſeruandis legalibus, Petrus diffiniuit, & Iacobus diffinitionem illam promulgauit. actuum decimoquinto ibi, cum autem magna conquiſitio fieret. ſurgens Petrus dixit. ubi gloſſ. interlinearis dicit, præ omnibus quaſi Princeps loquitur, ita ut inquit Hieronymus, quod Petrus princeps fuerat illius decreti, legem poſt Euangelium non eſſe obſeruandam, inde ſecuta eſt conſtitutio Eccleſiæ, in qua damnatur hæreſis quæ perperam affirmabat legem cum Euangelio, circunciſionem cum Baptiſmo ſeruandam. capitul. maiores. de baptiſmo. quia ſecundum Apoſtolum ad Galat. v. Si circuncidimini,
7 Chriſtus nihil proderit uobis. Et † de ipſa Romana Eccleſia dicimus quod eſt mater fidei. capitulo omnes. xxij. diſtinctio. cuius determinationi ſtandum eſt. capitulo enim uero. xix. diſtinct. & ſicut Moiſes Dux & Rector Iudæorum fuit, Sic Papa Chriſtianorum. Vt inquit ſanctus Bernardus ad Euge. libro 2. capitulo vij. ſic enim legitur Exodi decimooctauo eſto in populo in his quæ ad Deum pertinēt ut oſtendas cerimonias & ritum colendi Deum, Et ſequitur, quicquid autem ma

ius fuerit referant ad te,ut ipſi minora tantum iudicent. Sicut igitur oēs quæſtiones emergentes a lege, & cultu Dei reſeruabantur Moiſi determinandæ,ſic omnia quæ fidei ſunt Chriſtianæ reſeruantur Romano pontifici definienda,&mandanda teneri,& obſeruari.Vt probatur in d.c.maiores.Scribit Cardi.de Turre Crema.in d.tracta.de poteſtate Papæ.li. 2.
8 capitulo 107.Et†pro hoc eſt,ꝙ cum Chriſtus alijs diſcipulis imperaſſet ut laxarent retia in mare,ſoli Petro dixit,duc in altum.Lucæ xv.hoc eſt in profundum diſputationum,ut gloſauit Ambroſius in c.non turbatur.24. q.1.ad ipſum enim pontificem,tanquam primatum Eccleſiæ tenentem ꝑtinet fidei cauſas lucida ſententia terminare,ut in d.c.hæc eſt fides, & plura de his tradit Andre. Siculus in conſi.1.incipien.ex ſacris excellentiæ. colum.12.lib.pri.& Auguſtinus de Ancho. in tracta. de poteſtate Papæ q.x.articu.ij.Et dicit Petrus de Palude in iiij.q.iij. quod ad ſolum Papam pertinet determinare generaliter quid eſt hæreticum & quid catholicū.
9 Nec eſt † excommunicatus a iure,qui tenet illud,quod una Eccleſia particularis iudicat hæreticum, Sed qui firmiter adhæret ei quod eccleſia uniuerſalis, uel Romana diffiniuit eſſe hæreticum, ad quam hoc pertinet, quia quamdiu homo adhæret fidei Eccleſiæ Romanæ, licet quæcunque alia Eccleſia teneat oppoſitum,nunquàm eſt hæreticus.c.damnamus in fide.de ſumma Trinita.quia illa errare non poteſt in his quæ ad fidem ꝑtinēt,ſecus in alijs,ut ſcribit.S.Tho.in quoli.8.q.16. Sed omnis alia Eccleſia errare pōt ſicut tota Eccleſia Grçcorū, vñ determinans cōtra tales articulos alicuius Eccleſiæ particularis non incurrit ſñiam iuris. & idem eſt dicendum de articulis damnatis pariſijs ut contra illos tenens,non incurrat excommunicationem iuris,ſicut incurrūt oēs hæretici ab Eccleſia Romana damnati.ut in d.c.ad abolendam. ꝙ non obſtat, in eo quod dicit illos hæreticos quos Epi iudicauerint,quia intelligitur de hæreticis tenentibus hæreſes ab Eccleſia Romana damnatas,ut ſupra dixi, pro ut intelligit gl.in d.c.quotiens,& de quibus plura dicit Auguſt. de Ancho. in d.q.x.idem concludit Bonifacius de uitallinis in cle. ad noſtrum. col. pe. de hæreticis,& aliud eſt condemnare errantem circa articulos fidei,quod Epš pōt,ut in d.c.ad abolendam.aliud eſt determinare quid iuris eſt cū
10 de articulis fidei dubitatur.ut in d.c.maiores.per Collecta.Et†Papa declarando ſeu approbando aliquam ueritatem Catholicam, non eam de nouo catholicam,nec damnando errorem facit de nouo hæreſim, Sed determinat de nouo illam ueritatem dudum antea fuiſſe catholicam, & errorem illum dudum antea fuiſſe hæreſim. pro ut latius dixi ſupra in prima quæſt.in fin.in rubr.de hæret.lib.6. quæſt.j. Nec mihi placet, quod Occham in dialogo ſuo.parte j.li ij. c. xiij.inquit,dum ſentit ſummum
Pon-

Pontificem poſſe errare in diffinitione eorum quæ ſunt fidei, & cum cō uidetur concordare Abbas iu cap. ſignificaſti. de electio. ubi non ſolum tenet Papam poſſe errare in talium diffinitione, Sed etiam concilium generale, nō autem uniuerſalis Eccleſia errare poſſet, quæ eſt collectio omnium fidelium, ut ibi per eum. & in diſputatione incipien. Epiſcopus & rector. nu. 21. Sed ſicut a theorica dicti Abbatis circa hoc eſt maxime cauendum, ut inquit. D. Thom. de uio car. in Apoſtillis ad. S. Thom. in ij. ij. quæſt. xj. articu. 2. Sic ab his quæ Occham dicit, nam male ſapuit de poteſtate ſummi Pontificis, ut dicit Archidia. Flo. in iij. parte ſuæ
12 croni. titu. xxiiij. capitulo 8. §. 2. Quia † quo ad perſonam Papæ eſt aduertendum, quia licet ipſe in quantum eſt ſingularis perſona, errare poſſit, & ſic eſſe hæreticus, ut in c. ſi Papa. xl. diſtinct. ſicut Papa Anaſtaſius. ut in c. Anaſtaſius. xix. diſtinct. & Simachus. c. incompetenter. §. cum Balaam. 2. q. 7. ſic Marcellinus qui adorauit Idola. ut in ca. nunc autem. xxj. di. & legitur in Cronicis de Siluestro Papa ſecūdo qui fecerat Homagiū diabolo quem exiſtens Papa conſuluit. Vt ſcribit Anto. in ij. parte ſuæ Cronicæ, Titulo xvj. §. xviij. & ſic de alijs, qui hac labe fuerunt polluti, quia homines ſunt, & infirmitatibus ſubiacent, ſicut & alij. Vt teſtatur Pau. ad Hæbreos 7. inquiens, omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus ꝓ hominibus conſtituitur, In his quæ ſunt a Deū, ut offerat Deo ſacrificia pro peccatis, & qui condolere poſsit his qui ignorant & errant, qm̄ & ip
13 ſe circundatus eſt infirmitate. Tamen † in ea diffinitione quam facit eorū quæ ſunt fidei ita, a, Deo gubernatur ut non poſsit iudicialiter errare. ut late ſcribit Car. in d. c. hæc eſt fides. & in hac ſnīa reſidet præfatus D. Cardi. de vio. in tractatu ſuo de authori. Papæ & conciliorum. capitulo 8. dū inquit, certum eſſe, ꝙ Papa quia eſt una ſingularis perſona, magis poteſt in fide errare errore perſonali, q̄ totum reſiduum Eccleſiæ, ꝙ non eſt ꝓpoſitū noſtrū, quia de tali errore non eſt noſtra qō. errore autem iudiciali in decernendis & determinandis his quæ fidei ſunt eſt econuerſo ꝙ errare non poſsit, quia magis pōt errare communitas Eccleſiæ ſine authoritate Papæ, q̄ Papa. Et licet aliqui nixi fuerint hoc impugnare, efficaciter
14 ipſe defendit in apologia ſua in ij. parte ca. xiiij. Qđ † autem concilium generale perfectum errare non poſsit in his quæ ſunt fidei, ſcribit Card. de Turre. Crema. in ſuo tracta. de poteſtate Eccleſi. lib. 3. cap. 58. & in ca. cum ſecundum. xix. diſtinct. & Iacobus Almein. in lib. de ſuprema poteſtate. capitulo. xvij. ubi efficacibus rationibus confutat ea quę ſcribit Abbas Pano. in d. c. ſignificaſti. de electio. in iij. ſententiarum. diſtin. xxiiij. q.
15 j. circa finem. De † cuius ſummi Pontificis poteſtate ſuprema aliqua ſcripſi in conſi. quod nuper edidi ſuper dubiis pluribus, & ſignanter ſuper

illo ꝙ cum alijs uentilatur Romæ coram ſummo Pōtifice Clemente Septimo inter Illuſtriſsimum Henricum octauum Regē Angliæ, & Sereniſſimam D. Catherinam eius honeſtiſsimam coniugem præclariſsimis uirtutibus ornatam, ꝙ eſt an primus affinitatis gradus inter eoſdem coniuges contractus ob Matrimonium olim initum ab eadem domina, cū Arturo fratre dicti Henrici ſine liberis defuncto ſit iure diuino prohibitus, ubi plurimis fundamentis firmaui partem negatiuam, quam omni iure comprobaui, & eſto ꝙ aliqui id uellent calumniari, uel ſaltem ambiguū reputare fuit clariſsimis rationibus iuribusq́ue oſtenſum, ex cauſa canonica facti, quę tunc aderat, potuiſſe Iulium Papam ij. circa obſtaculum dictæ affinitatis diſpenſare, quæ dubia iubente Cæſare noſtro ſp Auguſto, ad me tranſmiſſa fuere, ut de ueritate reſponderem, quod incipit, Maximi ponderis eſt hæc cauſa. de qua arbitror excellentiores doctores totius orbis eſſe conſulendos, ideo inter illorum conſilia erit hoc meum ſicut formica ante elephantem, qua cā feliciter deciſa, in lucē cum aliis meis ꝓdijt, poſtq̄ ab eodem Cæſari ſuis ſacris literis Mandrili ad me datis ac-
16 ceptum approbatumq; fuiſſe cōſtat. Sed † contra prędicta vr̄ facere gl. notabilis & forſan ſingularis in c. Anaſtaſius xix. di. dicens ꝙ ubi de fide agitur. Papa dēt requirere conſilium Epiſcoporum, quod maxime ſuadetur quia ſi ſolus Papa poſſet determinare ea quæ ſunt fidei, & eius ſnīæ ſtaretur, ad quid illa ſolemnia quatuor fuerunt congregata. ſ. Nicenum, Conſtantinopolitanum, Ephæſinum, & Calcedonenſe, quæ Gregorius dicit ſe uenerari, ſicut quatuor Euangelij libros, & fuerunt ad determinationem eorum quæ fuerunt fidei catholicæ congregata, de quibus in c. ſicut. xv. di. nam fruſtra fit per plura ꝙ poteſt fieri per pauciora & difficilius expediuntur negocia a pluribus, q̄ a paucioribus. inde uerſus ſegnius expediunt commiſſa negocia plures, ut eſt tex. iuncta gl. in l. decreto. §. ſi. c. ti. & dicit Bal. in l. cuius. ff. de curatore furioſi. per illum tex. ꝙ iuriſdō dēt exerceri per primogenitum, & ſic per unum, quia pluralitas ingerit difficultatem, ut in l. ij. §. nouiſsime. ff. de origine iuris. & eſt optimum argu-
17 mentū in c. j. de hære. li. 6. Ad † hæc dico, ꝙ congregatio generalium conciliorum magnam utilitatem attulit in Eccleſia primitiua, in eo ꝙ multas hæreſes concilia hæc extirpauerunt. ut in c. canones. xv. di. quod patet etiam in illo concilio Apoſtolorum habito actuum xv. quia cum grandi maturitate aguntur quæ in talibus conciliis fiunt. c. quibus. xx. di. c. extra conſcientiam. 64. di. & ideo in Eccleſia ſaluberrima dicuntur. ca. illa. xij. diſt. & hoc eſt quod ſcribitur Zacha. 8. circundabo domum meam. i. Eccleſiam. & ex his qui militant mihi. prælatis & principibus, qui uocati a Papa ad concilium uere circundāt domum ſuam Hoc eſt Eccleſiam ſuis militi-

militibus,unde & ſi utilia ſunt, nō tñ uidentur neceſſaria, quia ut inquit S. Thom. non eſt neceſſarium licet ſit utile conuocare concilium etiam ad declarationem fidei.ut dicit Card.Alexan.in c. Anaſtaſius. 19. diſtin.
18 Vndeq́uod ibi glo. dicit,intelligitur quando dubium circa fidem eſſet maximum,ita quòd etiam Papa cum Cardinalibus dubitaret, tunc enim merito deberet conuocari concilium uniuerſale Epiſcoporum, ut dicit Card.de Turre Crema.in capitulo ſecundum Eccleſiæ.19.diſt.alias autem contradiceret dicta glo. capitulo Maiores, de baptiſmo, ubi patet quòd quæſtiones maiores, maximè fidei, debent referri ad ſedem Petri, & ſic ad Papam.& idem in dicto capitulo quotiens.unde in capitulo omnes 22.diſtint.dicitur Romana Eccleſia Magiſtra fidei,& ad eam recurrit Hieronymus.ut in d.cap. hæc eſt fides,& ita concludit Abbas Panor. in ſua diſputatione incipien.Epiſcopus & quidam rector.colu. 7.uerſi. pro ea enim in perſona Petri.Inſuper,dicta glo. poteſt intelligi quando Papa uellet aliquid ſtatuere contra ea quæ per concilium fuerunt ſtatuta,ut tunc debeat concilium conuocare,ut dicit Card.in d.c.Anaſtaſius & in c.ſicut.xv.diſt.firmat Panor.in d.c.maiores.colu.j.præterea ideo in cauſis fidei fuerunt congregata ſeu congregari conuenit concilia generalia propter diſcuſſionem & collationem cum multitudine uniuerſali ſapientium in fide,& propter indubitabiles & acceptatos ab omnibus iudices omni exceptione maiores,non propter poteſtatem.quia eſt ipſius Papæ,& quia acceptabilius ab omnibus erit,quòd a tot tantiſque ſapiētibus erit deciſum,ut dicit d.Card.de Vio. in dicta Apologia ij.parte capitulo 13.Et inquit in allegato tractatu.capitulo 9.ꝙ cum dicitur de errore iudiciali, ꝙ ſola uniuerſalis Eccleſia errare in fide non poteſt, non excluditur ſummus Pontifex,Sed includitur,quia authoritas determinandi de fide competens uniuerſali Eccleſiæ principaliter reſidet in Romano Pontifice.ut dicit S.Tho.in d.2.2.q.xj.art.3.ad 3.& propterea In allegato quoli.S.Tho.Iudicio Eccleſiæ & Papæ ut ſinonymis utitur,aperiēs expreſſe ꝙ ſentētiæ Papę per aſsiſtentiam Diuinæ prouidentiæ ſtandum eſt,certi namque ſumus ꝙ nec Papa, nec Eccleſia, aut ſinodus uniuerſalis integra poteſt in fide errare iudicando authoritatiue de fide. de Eccleſia autem aut ſinodo acephala nihil inuenitur,quia nihil authoritatis ſine capite in ea reperitur, q̄uis multa merita doctrina & ſapientia eſſe poſsint,quia præſumendum pro ſentētia plurimorum doctorum. c.pru
19 dentiam.in prin.de offi.dele.Et illa ſentētia uel opinio uidetur eſſe uerior quæ plurimorum iudicio eſt roborata.ut.l.j.uerſi.crebrior apud ueteres.ff.de offi.q̄ſtoris.& l.j.ff.de ſenatoribus.l.athletæ.ff.de infami.pro ut plura ſcribūt moder.in c.ne innitaris.de cōſti.& dr̄ ꝓuerbiorū xv.diſ-

ſipantur

ſipantur cogitationes ubi non eſt conſilium.& idem in c.24. ibi ſalus ubi multa conſilia. & in huiuſmodi Concilijs uelut in quadrato lapide fidei Sanctæ ſtructura conſurgit,& cuiuſlibet uitæ communiſq; actionis norma conſiſtit,ut inquit tex.in c.ſicut ſancti.xv.diſt. & in concilijs generalibus maturius res conficitur, quia ibi quàm plures conuocantur ut omnes in unum conueniant.c.canones.§.concilij.xv.diſt. & eſt magis integrum iudicium quod plurimorum ſententijs confirmatur.c. extra conſcientiã.
20 lxiiij.diſt.Domi.in c.per hoc.§.uerum.de hære.lib.vj.Et†horum cõcilio rum generalium congregatio regulariter ad ſummum Pontificẽ ſpectat. c.j.in fi.& c.ij.xvij.diſt.& quod non fuerit cõgregatum authoritate ſummi pontificis non concilium dicendum eſt ſed conuenticula uel conciliabulum appellandum eſt,& ideo caſſandum,& quicquid in eo actum erit irritum habetur & uacuum,ut in c.multis.xvij.diſt.& hoc regulare, qđ fallit in aliquibus caſibus, in quibus congregatio non ſpectat ad ſummum pontificem,puta quando ipſe impeteretur de hæreſi,& in alijs, ut ſcribit Car.de Turre Crema.in ſuo tracta.de poteſtate eccleſi.li.iij. c. 8. & Decius in conſi.clj.Antequàm perſcruteris.col.j.& ij.Car. Alex. in c. Sinodum.17.diſt.& in c.ſi Papa.xl.diſt.& quia non eſt præſentis ſpeculationis ad ſcripta per eos me remitto, & ad ea quæ ſcribit Anto. de Roſellis in
21 ſuo tracta.de concilijs.q.4.Ad†contraria alia patet ſolutio,quia licet ſegnius & difficilius expediantur negocia per plures,tamen prudentius agũtur propter aſſiſtentiam uirorum ſapientum, qui interuenire habent his concilijs,& propterea dicitur Papa habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui,ut in c.j.de conſti.lib.vj.ſcribit Maria.Socy. in tracta. de uiſita. colu. iij.ex quo oſtenditur, ꝙ Papa & Imperator ſemper debent habere penes ſe uiros eminentis ſcientiæ, qui deciſioni talium cauſarum intendant ut dicit Car.Alex.in d.c.multis.colu.j.quibus Eccleſia ad ſui regimẽ permaxime dignoſcitur indigere,ut dicit tex.in c.cum ex eo.de electio.præſertim diuinarum humanarumque legum profeſſoribus, quorum ſcientia mundus illuminatur,& ad obediendum Deo & eius Vicario, & miniſtris uita ſubiectorum informatur,ut dicit tex.in auth.habita.C. ne filius pro Patre.

SVMMARIVM.

1 *Hæretica aſſertio ſeu catholica an ſit,ad quem ſpectat diffinire, theologo, an iuriſtæ.*
2 *Iuriſtis uidetur ſpectare declaratio aſſertionis hæreticæ uel catholicæ.*
3 *Profeſſori cuilibet in ſua profeſſione credendum eſt.*

Poſitio

4 *Poſitio conſequentis neceſſario præſupponit antecedens.*
5 *Hæreſes multæ damnatæ in Decretal.bus,Sexto & Clementinis.*
6 *Theologi debent cognoſcere cognitione magiſtrali an aliqua propoſitio ſit hæretica uel catholica.*
7 *Epiſcopus damnat aliquem de hæreſi,& iudex ſecularis.*
8 *Accuſato aliquo de hæreſi,primo eſt inquirendum à Theologis an ſit hæreſis,deinde conſlito quòd ſit,damnet illum.*
9 *Author huius operis excuſat ſe quare hoc opus compoſuit.*
10 *Vſurarum dubia quis debet declarare,theologus,an canoniſta.*
11 *Interpretatio iuris naturalis quatenus attinet ad moralem philoſophiam, ſpectat ad doctores iuris.*
12 *Interpretatio iuris diuini tangens ſpiritualitatem ſpectat ad theologos.*
13 *Argumentum ab ethimologia uocabuli,ualet.*
14 *Epiſcopus an potius ſit eligendus theologus quàm canoniſta.*
15 *Doctores iuris canonici non ita penetrant canonem bibliæ ſicut theologi.*
16 *Rei ad ſe non pertinenti nemo ſe debet intromittere.*
17 *Diſtinctio magiſtralis, quando cognitio de aſſertione quæ ſit hæretica ſpectat ad theologos uel doctores iuris.*
18 *Hæreticus an ſit cenſendus quis,cognitio ſpectat ad doctores iuris.*
19 *Hæreticos puniendi modus & contra eos procedendi ſpectat ad doctores iuris.*
20 *Hieronymum laudat Auguſtinus.*
21 *Conſcientiæ caſus determinandi ſunt per doctores iuris.*
22 *Theologia ſola non poteſt regi eccleſia.*
23 *Lex ciuilis ſeruanda eſt in foro conſcientiæ.*
24 *Lex canonica ſubijcitur ethicæ,lex ciuilis bono publico.*

DECIMA QVAESTIO.

1 Ecimo†quæro.ad quos,uidelicet theologos aut canoniſtas pertineat diffinire, quæ aſſertio catholica quæ ue hæretica ſit cenſenda. hæc quæſtio intelligitur de diffinitione magiſtrali ſeu doctrinali,quomodo magiſtri in ſcholis quæſtiones diffiniunt & determinant, quia de diffinitione iudiciali quæ fit authoritate officij dictum eſt ſupra in proxima quæſtione, quòd ad ſummum pontificem, uel ad concilium generale talis diffinitio uniuerſalis ut omnes comprehēdat pertinet.de prima habemus tex.in c.cum Marthæ.§.quæſiuiſti.de ce-
2 lebra.miſſa.de ſecunda uero in c.maiores.in prin.de baptiſmo.Et†prima facie uidetur dicendum ad canoniſtas & legiſtas hanc diffinitionem pertinere,

tinere, primo,ad illius profeſsionem ſpectat determinare dubia alicuius ſcientiæ circa cuius ſtudium ille uerſatus eſt.quia ut inquit Hiero. in pro logo.bibliæ.c.vj.quod medicorum eſt promittunt medici,tractant fabri lia fabri.& ideo dicit glo.in c.ueterum.9.diſt.ꝙ aliquibus doctoribus ma gis eſt credendum quàm alijs,puta,Hieronymo in interpretationibus librorum Hæbreorum & Grecorum magis eſt credendum q̃ Auguſtino, & Auguſtino in diſputationibus magis q Hieronymo. Et Gregorius in moralibus cæteris uel eſt præferendus,quia non omnes in omnibus, Sed certi per certa uel deteriores uel meliores inueniuntur,ut dicit text. in l.
3 j.§.omnibus authoribus.C.de uete.Iure enuclea.Ex†qua glo. notant Domi.Card.& alij.ꝙ etiam inter peritos eiuſdem profeſsionis plus creditur magis exercitato in illo exercitio de quo agitur quàm alteri,facit text. in §.reſponſa prudentum. inſti.de iure natu. unde in iudicando uulnere magis creditur chirurgo quàm medico, & in materia canoniſtali doctori canonum plus eſt ſtandum quàm doctori legum, quia non eſt ponenda falx in meſſem alienam.c.ſcriptum.vj.q.3.ut ſcribit Bar.& Ioan. de Imo.in l.ſi prius.in fi.ff.de operis noui nuncia. Anto.de Butr.in ca.Atſi clerici.in pri.de iud.Bar.in l.poſsideri.in fine princ.ff. de acquiren.poſſeſ.ubi quęſtionem de baptiſmo ad theologos remittit,idem Bar.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerbo.obliga.ſcribunt moder.in c.ne innitaris. de cōſti.Inde eſt quòd legiſta poteſt recuſari ſuſpectus in cauſa canoniſtali,ut ſcribit Domi.in c.ſtatutum.in prin.de reſcriptis,cum illis quæ tradit Decius in c.ſciſcitatus.in fi.de reſcrip.Sed ſic eſt,quòd in ſcientia canoniſtarum & legiſtarum habentur ſpeciales tituli de hæreticis. ut in Decretalibus,Sexto,& Clementinis,& in Decreto. 24. q. 3. & habentur tituli de ſumma Trin.& fide catho.& etiam in Codice, merito ad eorum profeſſionem ſpectare uidetur cognoſcere quæ ſit aſſertio catholica quæ ue hæretica.& hoc eſt neceſſarium ad cognoſcendũ quis ſit catholicus uel quis hæreticus, quia cognoſcendum eſt prius de re ut dehinc iudicium fiat.l.
4 de qua re.ff.de iudicijs.Facit† quia ad poſitionem conſequentis ſequitur neceſſario poſitio antecedentis, l. illud. ff. de acquirend. hæredita. ſcrib. Bar. & ibi modernio.poſt eum in l.centurio.25.colum. ff. de uulgar. & pupilla.& l. 2. ff. de iuriſdictio.omn.iud.& c.præterea.de offic. delegat. Bar.in l.ueteres.de itin.actuque piua.et l.ambitioſa.in 2.regula.ff.de decreti.ab ord.facie.Oldra.in conſi.26.incipien.natura cuiuſque mandati.
5 Secundo† facit,quia in decretalibus reperiuntur multæ hæreſes explicite damnatæ,ut patet de hæreſi Abbatis Ioachin, & hæretici Almarici, ut in c damnamus,de ſumma Trin.& fide cathol.idem patet in cap. cum Chriſtus.de hæret.& hæreſes catharorum,paterinorum,pauperum de lugduno. ſimilium, ut in cap. excommunicamus.j. in princ. de hære. Item in

ſexto

ſexto libro decretalium eſt hęreſis Grecorum damnata,qui negabant Spiritum Sanctum æternaliter à patre & filio procedere ut in c.j.de ſumma Trin.& fide catho. inſuper in clementinis damnatur hæreſis quæ aſſerebat quòd Chriſto adhuc uiuente latus eius lancea fuit perforatum, Item quòd anima rationalis ſiue intellectiua non ſit uere & per ſe forma humani corporis, & alia hæreſis quòd paruulis licet per baptiſmum culpa remittatur gratia tamen informans non infunditur in uirtutes. ut habetur de his tribus hæreſibus in clemen.j.de ſumma Trin.prӕterea Secta & hæreſes Beguardorum,& Beguinarum damnatur in cle.ad noſtrum.de hæreticis.inſuper in decretis plures hæreſes damnatæ inueniuntur. ut patet in c.quidam autem.24.q.3. ulterius in extrauagantibus idem inuenitur. ut in extrauaganti Ioan.22.Incipien.cum inter nonnullos. poſita ſub titu.de uerb.ſigni. ubi damnatur tanquàm erroneum & hæreticum, ſiquis pertinaciter affirmauerit quòd Redemptori noſtro eiuſque Apoſtolis in his quæ ipſos habuiſſe ſacra ſcriptura teſtatur,nequaquàm ius utendi ſeu conſumendi competierit, nec illa uendendi ſeu donandi ius habuerint, aut ex ipſis alia acquirendi,quæ tamen ipſos de præmiſsis feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur,ſeu ipſos potuiſſe facere,ſupponit expreſſe idem Papa in ſua extrauag.in titu.de hæret.incipien.nas electionis. ubi damnauit Errores Ioannis de Poliaco.denum in pluribus cōcilijs tam in decretis regiſtratis quàm in alijs libris reperiuntur plures hæreſes damnatæ quarum notitiam hæreſum habent doctores canonum quia in libris eorum cōſcribuntur, merito uidetur ad eos pertinere hæc doctrinalis determinatio, cum cuilibet in ſua arte perito ſit credendum. ut dicit Bar. in procœmio. digeſtorum.l.ſemel.C.de re mili.c.ſignificaſti.de homici.Bal. in l. ſeptimo menſe.ff.de ſtatu homi.Abbas & moderni.in c.propoſuiſti.de probatio.Iaſo.in l.admonendi.22.carta.de iure iuran. Tertio adducitur, quia cū aſſertio hæretica ſit quæ cōtrariatur uni uel pluribus ueritatibus catholicis,ut dixi ſupra in vj.q.& catholica aſſertio ſit q̄ eſt conformis catholicæ ueritati,ut ēt ſupra dictū eſt in fi.quartæ quæſtionis, & illa ſit catholica ueritas q̄ ex approbatione Eccleſię habetur,quia ut inq̄t Augu.contra Epiſtolā fundamenti,non crederē euangelio, niſi Eccleſiæ authoritas me cōpelleret, & huius approbationis author eſt Papa q̄ eſt caput Eccleſiæ, & condidit decreta ſup hoc,ut in c.Sancta Romana Eccleſia.15. diſt.in q̄bus conſiſtit ſcientia canoniſtarū, & ab his decretorū doctores appellātur,unde non ſine rōne uidetur dicendū eorū iudicio ſtandum ad determinationem magiſtralem,an aliqua aſſertio ſit hæretica uel catholica.

6 HIS TAMEN NON OBSTANTIBVS ɔ̄ria opinio uerior eſt, q̄ ad theologos pertineat huiuſmodi determinatio, pro ut plurimis fundamentis

fundamentis hoc affirmat Occham in ſuo dialogo lib.j.per totum.& Io. de Gerſon in quadam oratione recomendaticia.in ij.parte inquit manifeſtum,eſt ad quam facultatem ſpectat iudicare de hæreſibus & hæreticis, conſtat q ad theologiam,modum autem puniendi magis determinat facultas decreto. um, quod patet exemplo de iudicio falſæ monetæ, cuius falſitatis cognitio ſpectat ad campſores, punitionis uero modus ad legi-
7 ſtas.Quod† alio ſimili comprobatur,nam cum crimen hæreſis ſit crimen ſpirituale cuius cognitio ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, qui iudicat aliquem hæreticum, & poſtea relinquit puniendum iudici ſeculari ultione debita caſtigandum,& ſic Eccleſiaſticus cognoſcit, ſecularis uero punit & cogitur proceſſui eccleſiaſtici iudicis ſtare,ut eſt tex.in c.Inquiſitionis.§.prohibemus.de hæret.lib.vj.ſcribitur in l.magiſtratibus. ff. de iuri.
8 om.iud.facit.c.ad abolendam.in princ.de hære.Sic† etiam Iudex Eccleſiaſticus debet facere quando coram eo accuſatur aliquis de hæreſi ſiue in uerbis ſeu in ſcriptis ſiue in facto dicatur illa conſiſtere,nam ipſum oportet prius conſulere theologos, an illa uerba ſeu ſcripta ſiue illud factum hæreticalia ſint, ut deinde conſtito ſibi de hæreſi cum pertinacia per legitimam probationem,illum accuſatum iuxta canonicas ſanctiones debitæ pœnæ ſubijciat.Parique ratione quando dubitatur de Virginitate mulieris,fit inſpectio clauſtrorum a mulieribus de illa atteſtãtibus.c.fraternitatis.& c.fi.de frigi.& maleficia.c.cauſam matrimonij. & c.propoſuiſti. de proba.& ſi opus eſt maiori peritia quàm in mulieribus reperiatur,etiã medici periti adhiberi poſſunt,ſcribit Aret.in conſi.cxlij.ex facto proponitur.colu.9.uerſi.uenio nunc ad quartum dubium,ut habita relatione ab iſtis inſpectoribus iudicetur à iudice Eccleſiaſtico, matrimonium an ſit dirimendum uel non.ut in d.c.fi.& c.fraternitatis.de frigid. & maleficia.
9 Et† propter hoc merito ego inculpandus ſum de hac editione, cum meæ fuiſſet modeſtiæ in remittendo materiam huius tractatus ad diuę theologię doctores,cum ſolum in ſtudio legum Pontificiarum Cęſarearumque exercitatus ſim.exemplo illius quod agebat Sceuola iuris ciuilis oraculũ, qui quoties de iure prætorio conſulebatur ad Furnium & Caſelium, qui huic ſcientiæ dediti erant, conſultores remittebat. & Plato philoſophiæ decus conductores ſacræ aræ ad Euclidem ire iuſſit, eius ſcientiæ & profesſionis.Sed excuſatio patet in prologo huius operis, & dico cum Paulo
10 ad Titu.primo.omnia munda mundis.Accedit† ad prædicta quæ ſingulariter inquit Petrus de Ancha.in ſua diſputatione incipien.Antiquis & modernis temporibus.quam ad literam refert Ioan. de Ana. in c. in ciuitate. colu.v.uerſi.extra gloſam.de uſuris.& Alex.de Imo.in conſi.primo. incipien.circa primum dubium.colu.5.lib.2.& Decius in conſi.cxj. & prote

nui

nui facultate.colu.2.dicta ibi per illum ſequuntur, ubi quærit an deciſio dubiorum, quæ in materia uſurarum occurrunt ſpectet ad theologos an uero ad doctores iuris canonici & ciuilis, Et ſecundum eum prima facie uidetur dicendum quod ad theologos, quia prohibitio uſurarum trahit originem,a, iure diuino ueteris & noui teſtamenti,ergo ad peritos in illa ſcientia debet pertinere interpretatio dubiorum, nam in omnibus hoc dicimus,ꝙ cuilibet experto & perito in arte ſua credēdum eſt.ut in d.c.fraternitatis.& ſcribitur late in c.ſignificaſti. 2. de homicidio. Sed hoc non obſtante dicit ſe ſentire,& firmat audacter,ꝙ deciſio dubiorum caſuum in iſta uſurarum materia ſpectat principaliter ad doctores iuris canonici,ſcientia enim canonica ad hoc principaliter tendit, uidelicet ius diuinum interpretari in dubijs caſibus pertinentibus ad moralē philoſophiā, ut in procemio Gregoriano, ſcientia uero theologica pertinet ad interpretationē iuris diuini quo ad opera domini noſtri Ieſu Chriſti, & iſtud dicit probari in libris moralium beati Gregorij ſuper Iob, ſuper illa duplici expoſitione nouī & ueteris teſtamenti,in noſtro uero uolumine decretorum uidemus deciſionem ſummorum Pontificum ſuper dubijs iuris naturalis & iuris diuini,patet etiam in uolumine decretaliū, in quo habemus de decimis,de uſuris,de matrimonijs,de ſimonia,de homicidio,de furtis,de iuramentis,de baptiſmo,de uoto,& ſimilibus, titulos ſpeciales, quorū proprium eſt dubia lucidare quæ oriuntur in prædictis materijs originē trahentibus,a iure naturali & diuino, & de hac multiplici interpretatione iuris naturalis & diuini facta per cōſtitutiones canonicas,& decreta ſanctorum,& iura ciuilia,late ſcribit Ioan. Andre.& ipſe Petrus

11 de Anch.in c.malę fidei poſſeſſor.de reg.iur.lib.vj.Vnde† cōcludit ꝙ interpretatio iuris naturalis, quatenus ſpectat ad moralitatem q̄ dirigit actus noſtros ad Deū,ꝑtinet ad doctores decretorū,q̄ ex cōſtōnibus canonicis & decretis ſanctorū patrū debēt ius diuinum adiuuare,corrigere,& ſupplere,facit qđ notant Inn.& Ioā.Andreæ in c.fi.de conſuetu.c.q̄ in Eccleſiarū.de conſti.& per legiſtas in l.fi.ff.de cōſti.prin.quatenus uero ius diuinū pertinet ad ſpiritualitatē,& agnitionē ueræ fidei cōtra hæreticos, Iudæos,& alios infideles,ſpectat ad theologos,& ſubdit,ꝙ ſepe uidit magiſtros in ſacra pagina reſpondentes ſuper dubijs quæ occurrunt ſuꝑ decimis,teſtamentis,mr̄imonijs,uſuris,& ſimilibus errare,& iō eis eſt periculoſum aliq̄d affirmare uel negare,& hæc dicta Petri de Anch.cōfirmat Decius in c.ne innitaris.colu.fi.de conſti.q̄uis.Archa.Flo.in ij.parte ſuæ

12 ſummæ.titu.j.§.iiij.nitatur ad ſuū propoſitū impugnare.Ex† quibus ergo habemus, quòd quatenus dubia tangunt ius diuinum ad ſpiritualitatē & agnitionem ueræ fidei contra hæreticos,declaratio horum dubiorum

ſpectat

ſpectat ad ipſos dominos theologos, quod poteſt ſuaderi ex his quæ ſupra diximus de ueritatibus catholicis quæ continentur in ueteri & nouo teſtamento,& ſic in ſacra ſcriptura quæ eſt infallibilis ueritatis, quæ & à Deo reuelata eſt,& tota theologorum doctrina eſt circa intelligentiã dictæ ſacræ ſcripturæ;& circa illam uerſatur eorum profeſsio. Inde nomen ipſorum ſumptum eſt,theologus,a,Theos,quod eſt Deus,& logos, ſermo.j.de Deo ſeu de diuinis loquens uel tractans, ut inquit Cardi. in cle.
13 1.in primo not.de magiſt. Et † ualet Argumentum ab Ethimologia uocabuli.l.ij.§.appellata.ff.ſi certum petatur.quæ dat intelligere proprium ſignificatum uocabuli,& ea deſtructa,deſtruitur res,& ideo ualidum eſt argumentum,ut ibi dicit. Alber. de Roſat. pro hoc facit.c. cum ſecundum Apoſtolum.de præben. quia Ethimologia eſt reſolutio uocis in propriũ effectum rei quæ demonſtratur:& ab ea ſic arguit Bald.in c.j. §. ſiquis de manſo.col.fi.de contro.inueſti.in feudis.ſcribunt late omnes moderni.in
14 l.j.ff.de acqui.poſſe. Et † pro his facit quod uoluit Hoſt.in c.j. de conſan. & affi.quem Abb. poſt alios ſequitur. quòd ſi eligendus ſit Epiſcopus in loco ubi plures ſunt hæretici,debet præferri theologus,ſi uero cauſarum uentilatio ibi frequens ſit,canoniſta prçferendus erit,& in electione Pontificis præferendus eſt theologus iuriſtæ,ut concludit Auguſt.de Ancho. in titu.de poteſtate Pontificis. q.3. articulo quinto. In quo articulo potius agit cauſam ſuam,quàm uniuerſalis Eccleſiæ,quia ſi iuriſta fuiſſet,aliter ſine dubio fuiſſet locutus. Et quàmuis ius Canonicum non ſit aliud quàm quædam ſumma collectionis ex authoribus Bibliæ,& dictis ſanctorum patrum theologorum, & ex quibuſdam legibus Imperialibus, & ex diffinitionibus conſtitutionum conciliorum generalium, & ſic quòd canoniſtæ habeant etiam notitiam de ueritatibus catholicis, ex quibus tractatores per principia in ſacra ſcriptura tradita ueniunt ad notitiam aſ-
15 ſertionis catholicæ uel hæreticæ, Tamen † ut docet experientia, non ita profunde ſacrum canonem totius Bibliæ ſpeculantur, Sed ſolum faciem agnoſcunt,cum medulitus illa ſit ponderanda, & ad hoc propoſitum dicebat Gregorius in 4.moralium.quòd ſicut ignotorum hominum facies cernimus,& corda neſcimus,Sed ſi fami liari locutione eis cõiungimur, uſu colloquij eorum cogitationes indagamus, ita cum in ſacro eloquio ſola hiſtoria inſpicitur nihil aliud quàm facies uidetur,ſed ſi huic aſsiduo uſu coniungimur,eius nimirum mentem quaſi ex collocutionis familiaritate,penetramus. Dum enim alia ex alijs colligimus,facile in eis uerbis agnoſcimus aliud eſſe quod intimant aliud quod ſonant, tanto autẽ,quiſque notitiæ illius extraneus redditur quanto in ſola eius ſuperficie ligatur,& qui textum conſiderat,ſenſum ſacræ locutionis ignorans, non tan-
tum

tum ſe eruditione inſtruit,quàm ambiguitate confundit. & huius intelligentia cum per cordis humilitatem quæritur, aſsiduitate legendi penetratur,inde dicebat Hier. ſuper Epiſtolã ad galatas.nec putemus in uerbis ſcripturarum eſſe Euangelium,Sed in ſenſu, non in ſuperficie,ſed in medulla,non in ſermonum foliis,ſed in radice rõnis, & habetur in ca. Marcion.j.q.j.c.intelligentia.de uer.ſign.c.ſcire leges.ff.de legib. & hoc ſtudium eſt theologorum,ut euidenter conſtat, quia ipſi ſunt tractatores diuinarum ſcripturarum.ut eſt tex.in c.j.xx.diſt.& propterea vt ibi habetur in expoſitionibus earum cæteris præeminent & præponuntur licet in cauſis diffiniendis ſm locum mereantur,merito ad eos ſpectat diſcernere ea,quæ ad agnitionem ueræ fidei pertinent contra iudæos,paganos & hæreticos.ut dicit Petrus de Ancha.in dicta diſputatione.& conſequẽter determinare doctrina magiſtrali q̃ aſſertio ſit catholica uel hæretica.

16 Vnde † nemo debet ſe intromittere circa pertinentia ad alium.l.repetita. C.de Epiſcopi.& cle.& l.conſulta diualia.C.de Teſta.l.culpa.ff.de reg. iuris.& dicit tex.In c.qm̃.x.diſt.Pontifices non ſe immiſceant negocijs ſecularibus,quibus eſt princeps præpoſitus,facit Rub.ne cle.uel mo.facit. ca. imperium.ea.diſt.& c.quo iure.8.di.unde canoniſtæ excluduntur ab hu

17 iuſmodi cognitione tanquam,a,re ad ſe non pertinente. Sed † quia tria fundamenta quæ ex aduerſo facta ſunt maxime obſiſtunt huic cõcluſioni,ideo pro reſolutione præmiſſorum diſtinguendum eſt,quia, ut inquit philoſophus 8.methaphi.qui neſcit diſtinguere neſcit diſputare, nã aut dubitatur de aliqua aſſertione an ſit hæretica explicite uel in conſequentia formali neceſſario deducta,ut ſupra dictum eſt in q.6. & tunc uerum eſt dicere hanc cognitionem ſpectare ad dominos theologos, ut in fundamẽtis proxime deductis. aut uero dubitatur an dicta aſſertio ſit expreſſe damnata ut hæretica,& quia hæreſes damnatæ reperiuntur in Decretalibus,Sexto,Clemẽtinis, in Decretorum libro,& in conciliis generalibus ſeu extrauaga.conſtitutionibus, & totum ſtudium canoniſtarum uerſatur in dictis libris.& de hiis habent ſuas ſpeciales rubricas & titulos,merito dicendum eſt hanc cognitionem ad ipſos ſpectare, quamuis etiã theologi hanc notitiam nonnunquam habeant per relationem ad illos libros ſicut canoniſtæ habent in ſuis libris notitiam ſacræ ſcripturæ per relationem ad libros theologorum,& in propoſito militant fundamenta quæ

18 ex aduerſo facta ſunt in prin.huius quæſtionis. Aut † demum eſt dubitatio,utrum aliquis ſit cenſendus hæreticus quia aſſeruit aſſertionem hæreticam,uel peregit aliquod factum hæreticale,& hæc cognitio proprie ſpectat ad canoniſtas & legiſtas,ratio,quia non ſolum ſufficit ſolum dixiſſe aſſertionem hæreticam,aut feciſſe actum hæreticalem ad hoc ut ali-

quis cenſeatur hæreticus, ſed requiritur etiam ut ſit pertinax, quia hæ-
reſis eſt error in intellectu, & pertinacia in uoluntate, ut dicit Oldrad.
in conſilio. ccx. Regularis habet traditio, & de hac pertinacia habent
ſcientiam & cognitionem iuris periti, pro ut de illa late dixi ſupra q.2.&
19 q.4. Item † etiam de modo procedendi contra hæreticos & eorum pœ-
nis cognitio ad eoſdem canoniſtas, & legiſtas ſpectat, & ideo dicit Pa
pa in propria materia in capit. ut commiſsi. & in ca. fin. de hæretic. libro
6. ab inquiſitoribus aduocentur periti ut in ſententijs ferendis aſsiſtant,
& de eorum conſilio ad ſententiam, uel condemnationem procedatur.
facit. cap. j. eo. titu. & lib. quæ iura intelliguntur de iuris peritis, ut expo
nunt doctores illum text. in uerbo literatis, quia dicunt ibi Archid. Ioan.
Andre. & Domi. & Phi. Fra. ꝙ comprehenduntur laici literati ut ſunt do-
ctores, uel periti in iure canonico, uel ciuili, ut ego late ibi ſcripſi, in 2.
quæſt. & recte hoc fit, quia iuris periti ſunt tractatores de maleficiis, & ha
bent de pœnis hæreticorum ſpeciales leges pōtificias & imperiales quas
non habent theologi, ut eſt dictum in contrariis, quorum indiuidua ſolu
tio non eſt neceſſaria, quia attenta diſtinctione proxime facta, illa loquū
tur in ſuis caſibus ſine læſione concluſionis, unde conſulo Epiſcopo uel
inquiſitori, quod quando in ſua audientia dubitabitur de aliquibus aſſer-
tionibus, an ſint catholicæ uel hæreticæ, ꝙ conuocet theologos & iuris
peritos, ut de eornm conſilio decernat quid tenendum, quid uero retra-
20 ctandum ſit. Et † quamuis Beatus Hieronymus dicat in Epiſtola ad
Damaſum Papam. quòd ſola Biblia ad intus erat ſufficiens ad omne quæ
ſitum reſpondere, quod propter eius excellentem & eminentem doctri
nam uitæque ſanctitatem eſt ſibi concedendum, non ſolum in his quæ
ſacram theologiam concernunt, ſed etiam in aliis caſibus. de quo S. Au-
guſtin. de Ciuitate Dei. libro xviij. Capitulo xliij. inquit. præsbyter Hie-
ronymus doctiſsimus, & trium linguarum peritus, non ex Græco, Sed ex
Hæbreo in latinum eloquium ſacras ſcripturas conuertit, quem litera-
21 rum laborem iudæi fatentur ueracem. Nihilominns † in præmiſsis,
quorum cognitionem diximus pertinere ad iuris peritos, & in caſibus
conſcientiæ occurrentibus, recurrendū eſt ad iuris peritos, quia tractant
fabrilia fabri, ut dicit Hieronymus in allegato prologo, quia ſiue de
contractibus, donationibus, uſuris, ſimonia, teſtamentis, furtis, cam
bijs, & demum de reſtitutionibus & ſimilibus agatur in foro pœniten
tiali, quis melius iuris perito reſpondere poterit? & demum de his quo
rum comercio hodie genus humanum eſt implicitum iuris peritus
recte reſpondebit, euidenter patet ex omnibus ſummis conſcientiæ, uā
ſiue Aſtenſem, Bapiſtinam, Bartholinam, Supplementum, Roſſellam,
Ange-

Angelicam,& Siluestrinam,uel etiam Hoſtien.reuolueris, & de caſibus conſcientiæ conſulueris,ad hæc reſpondebunt tibi legibus Pontificiis & Imperialibus, & deciſione iurium caſum occurrentem determinabunt.
22 Vnde † dicebat frater Aluaras Pelagius in libro de planctu Eccleſiæ. lib.ij.art.xx.colum.3.uer.igitur.quod præſumptuoſum eſt aſſerere, ꝙ abſque canonibus ſacris per ſolam Bibliam uel Theologicam theoricam regi poſſit Eccleſia ſancta Dei. Sed hoc conſueuerunt aſſerere ius canoni cum ignorantes,præſertim uiri religioſi ſuperbi,qui ab Innocentio tertio idiotæ uocantur, qui ſunt iuris ignari.ut in c.ex multa.§.illis, de uoto.& ideo deſpiciunt ſcientiam quam ignorãt,& idcirco tota die præſumptione,ne inſcij reputentur,partim auaritia,ut lucrẽtur,reſpondẽt de caſibus quos ignorant,ponentes ſe & alios in errore & deriſu, quia imperitus matheſeos loquens de ea riſui patet.ca.quæ de menſa.xxvij. diſtinct. & tales diuinando reſpondent, loquentes de ſenſu proprio non de iure quod ignorant.contra.c.telatum.xxxvij.diſtinct.& nulla maior ſuperbia, q̃ non confiteri propriam ignorantiam.hæc Pelagius.hinc dicebat Ang. de Peru.in conſi.clxxxxj.ſuper hoc puncto uideamus.quod qui conſulit iuris peritos in uia conſcientiæ iuſte facit,& iuſto mouetur propoſito & intentione ſancta,ratio eſt euidens,quia erubeſcimus in caſibus decidendis ſine lege loqui.l. illam.C.de collatio.& eſt tex. in §. conſideremus, in au
23 then.de trien.& ſemiſſe.collat.3.Ad † hoc accedit, ꝙ lex iuſta & non nutriens peccatum debet ſeruari in foro conſcientiæ, quia edita eſt authoritate Dei a ſuis miniſtris,ut concludit in proh.decretalium.in 2.q. & dicit ſingulariter Bal.in c.in omni negocio.colu.j.de teſti. ꝙ ſi leges non ſunt contrariæ legi diuinæ ſunt in foro conſcientiæ ſeruandæ, alias ſequeretur, ꝙ omnis legum forma & ſubtilitas deduceret ad inferos,& ſcientia legum eſſet magis damnata q̃ maleficiũ, ꝙ intelligo niſi lex diſtingueret inter forum conſcientiæ & forum exteriorem, quia tunc a diſtinctione legis non eſt recedendum.ut in capitulo tua nos. de ſponſa. ſecundum communem intellectum. & textus in capitulo quicunque.decimaſeptima quæſt.quarta.ibi.ſed iure fori non iure poli.& in cap.Inquiſitioni.in fine de ſententia excommunicationis.ut ſcribit Decius in d.c.j. columna.8.Et Federic.de Senis In conſilio xxj.incip.nunquid hæres extraneus multis iuribus & rationibus comprobat, quod quis tenetur magis ſequi diſpoſitionem legis quam propriam conſcientiam. & Petrus de Anchara.in conſi.xiiij. uideretur prima facie.& Bald. in authe. ingreſſi. columna vij.C. de Sacroſ.Eccleſi. faciunt tradita per gloſſa & doctores in l. illicitas.§. ueritas. ff. de officio præſidis .leges enim a, Deo, ore prudentium & imperatorum promulgatæ ſunt.l.ſingli.& ibi glo.in uer-

bo,diuino.C.de præſcr.longi temp.& in §.quia igitur imperium. in auc. de inſtru.caute.coll 6.& dicit tex.in c.quo iure,8.diſt. ꝙ iura humana ꝑ Imperatores & Reges ſeculi Deus diſtribuit humano generi.& ca.fi.6.q. 3.&in epiſtola inter claras.C.de ſumma Tri.Vnde†dicit Pano.in c.j.de iura.cal.ꝙ ſicut lex canonica poteſt dici partim poſitiua, & partim diuina,quia in parte ſubiicitur ethicæ,& partim theologiæ,ſic eſt dicendum de legibus ciuilibus,ꝙ ſint introductæ in bonum publicum, & utilitatem priuatorum,ut dicit Abbas in c.fi.de conſue.colu.7. & ad informandum uitam ſubiectorum ad ſeruiendum Deo & Imperatori,ut in aut. Habita C.ne filius pro patre.& ſi opponatur contra prædicta de gl.j. in l. ut uim. ff.de iuſt.& iure.dic ꝙ illa gl.reprobatur communiter per doctores, ut ſcribit ibi De. ius ſuper dicta gl.late ſcribit Bal.in l.cum quis.colu.5. C. de iuris & facti igno.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſeu Inquiſitores poſſũt punire eos qui tenẽt aſſertiones hæreticas.*
2 *Inquiſitores poſſunt punire tenentes aſſertiones ſapientes manifeſtam hæreſim.*
3 *Glo.in §.ſane,c.accuſatus.de hære.lib.6.non eſt uera indiſtincte.*
4 *Inuocatio dæmonum poteſt ſapere hæreſim manifeſte,& non ſapere hæreſim.*
5 *Inuocatio dæmonis ad ſciendum futura quare ſapit hæreſim manifeſte.*
6 *Dæmonem credere poſſe mutare unam ſpeciem naturæ in aliam ſapit hære ſim manifeſte.*
7 *Dæmonum coniuratio quando ſit uel non ſit reprobata.*
8 *Dæmones quomodo & qua poteſtate aliquando futura prædicant.*
9 *Delicta inquirere per inſpectionem aquæ & ſimilium,ſapit hæreſim.*
10 *Epiſcopus uel inquiſitor poſſunt procedere contra ſuſpectos de hæreſi, & alia in ſuis diœceſibus prohibere ſcandaloſa.*
11 *Hæreticorum coharctio ad quos ſpectet.*
12 *Epiſcoporum inſtitutio,& officium quale ſit.*

An Epi-

An Epiſcopi ſeu Inquiſitores Apoſtolici poſsint in ſuis territoriis prohibere ne aliquæ aſſertiones ſcandaloſæ ſeu ſapientes hæreſim prædicentur, ſeu publice aſſerantur.

VNDECIMA QVAESTIO.

VNDECIMO Quæro. An Epiſcopi uel Inquiſitores poſsint in ſuis Diœceſibus ſeu diſtrictibus prohibere ne aliquæ aſſertiones ſcandaloſæ ſeu forſan ſapientes hæreſim prædicentur, breuiter ommiſsis argumẽtis ex aduerſo. Arbitror ꝙ ſic, nã licet inferiores a Papa non poſsint iudicialiter determinare aliquam propoſitionem hæreticam, de cuius ueritate uentilatur dubium apud doctores, quæ non ſit publice a ſede Apoſtolica damnata, & intelligo uniuerſaliter, uel ad effectum puniendi ut hæreticum illam pertinaciter aſſerentem anteq̃ a dicta ſede determinetur, & ſic ut habeatur pro hæreſi explicita, ut dixi ponens exemplũ in errore græcorum in q.j.nu.xj. quia ut dicit Inn. in c. ne innitaris. de conſt. qñ ſancti doctores habent inter ſe diuerſas opiniones, licitum eſt unicuiq; dicere ꝙ uult. & ideo inquit ibi Bal. ꝙ nõ eſt hæreticus ille qui ſentit id in quo multos ſanctos patres hẽt conteſtes licet non omnes, ꝙ facit ſm eum ad excuſationem prædicatorum. Tñ
1 †Dico dictos Epõs ſeu inquiſitores poſſe damnare, ſeu uerius dãnatas denunciare hæreſes explicite iam damnatas, & illarum pertinaces aſſertores punire ut probatur in c. ad abolendam. in prin. de hære. Et idem iudicium eſt de aſſertionibus quæ contrariantur uni uel pluribus ex ſeptem vel octo ueritatibus catholicis ſupra a me poſitis in 4.q. & illarum aſſertores punire, cum hmõi propoſitiones ſeu aſſertiones contineãt hæreſim explicitam ſeu habitam pro explicita, licet non ſit a dicta ſede ſpecifice
2 damnata. Cum †illorum officium ſit ne dum contra hæreticos formatos procedere, ſed etiam contra celebrantes actũs ſapientes manifeſte hæreſim, ut in c. accuſatus. §. ſane. de hære. in 6. ubi glo. inter alia ponit exemplum de conſulentibus dęmones, & ab eis reſponſa ſuſcipientibus, quæ relata ad tex. dicit, ꝙ conſulere demones, & exigere ab eis reſponſa ſa-
3 pit hæreſim manifeſte. c. igitur genus diuinationis. xxvj. q. iiij. Illa †tamen gloſſa non eſt uera abſolute ut loquitur, ſed diſtinguendum eſt ſecundũ Oldr. in conſi. ccx. Incip. Regularis habet traditio. quia cum actus mora

les iudicentur ex fine intento,& ideo ſcribitur,ꝙ uoluntas & propoſitum diſtingunt maleficia.ut l.Diuus.ff.ad l. Cornel.de ſicca. & l.uerum. ff. de
4 furtis.c.cum uoluntate.de ſenten.excommun cationi.Et † ideo pro nunc dico,ꝙ dæmon poteſt inuocari alieto de duobus modis, primo ad ſciendum futura,& hoc hæreſim ſapit manifeſte, quia creaturæ atttibuitur qđ eſt proprium creatoris,iuxta illud Eſaiæ.16.annunciate quę futura ſunt, & dicemus quia Dij eſtis uos.Secundo poteſt inuocati dęmon ad tentandam pudicitiam mulieris, & tunc quia inuocatur dęmon ad id quod eſt eius proprium.ſ.ad tentandum,quia tentator in ſacra ſcriptura uocatur. Mathei.4.accedens tentator dixit,tunc licet hoc facete ſit turpe,& fedũ, & peccatum mortale,non tamen cẽſetur ſapete hæreſim manifeſte,poſt quam hoc facit per modum imperij,ſi enim fieret cum adoratione, ſicut adorare hæreticum eſt,ſic eſſet hæreticum,ut in c.accuſatus.§.ille quoq;. de hæreticis lib.vj.ut expreſſe tenet Ioan.Andre.de ſortilegijs. & Abb.in c.j.e.ti.multo magis eſſet hæreticum ſeu hæreſim ſapiens adorare dęmonem,& nepharias præces emittere,& funeſta ſacrificia offerre, & ab eis reſponſa expectare, & in his proprijs terminis loquitur tex.in d.c.Igitur
5 genus diuinationis,& glo.in d.§.ſane.Et † eſt manifeſta ratio,quia ſoli Deo debetur ſacrificium,ut probat Auguſtin.de ciuitate Dei.libro x.capitulo.4.& dare alteri honorem diuinum eſt dicere illum eſſe Deum,ut dixi ſupra in q.6.uerſi.decimo.& hinc ſequeretur poſitio pluralitatis Deorum, quod repugnat ueritati catholicæ in propria uerborum forma, ut habemus in ſimbolo.Credo in unum Deum,& adoratio quæ conſiſtit in latria ſoli Deo debetur,& nullatenus creaturæ;ut in c.perlatum. & in c.
6 imagines.de conſec.diſtinct.3. Inſuper † ſi quis inuocaret dęmonem, ut mutaret unam ſpeciem perſonæ in aliam ſpeciem beſtiæ uel auis,ut audio multos hoc credere,qui dicunt mulieres aliquas quæ broxe ſeu lamiæ uel ſtriges appellantur mutari in catas ſeu anſeres, & ſic mutatæ ingrediuntur in domos & ſtrangulant pueros, nam talem mutationem credere poſſe fieri a dęmone ſaperet hæreſim manifeſte, quia talis credens attribueret creaturæ,quod eſt creatoris, qui omnia fecit & per quẽ omnia facta ſunt,ut in c.nec mirum.26.q.5.nec alius quam Deus poteſt mutare creaturas naturaliter,nec unum capillum album in nigrum uel e
7 conuerſo,ut dicit tex.in c.& ſi Chriſtus de iureiurando. Parique † modo cenſendum eſt de coniurationibus contra dęmones factis, nam ſi coniuratio dæmonis fit in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ad bonum,nõ eſt peccatum,ut patet in Euang.Marci ca. ult. In nomine meo dæmonia eijcient,& patet etiam,quia illud eſt attributum ordini eccleſiaſtico, ut imponat manum energumenis, ut in nomine domini compellat dæmones

exire

exire corpus baptizati,ſiue catecumeni.in c.exorciſta.xxiij.diſt. c. perle-
ctis.uerſi.ad exorciſtam,xxv.diſt.ſi uero coniuratio fieret ad malum, &
tunc eſt cõſiderãda intẽtio,q̃a aut cõiurãs inuocat dęmonẽ credens eum
hr̃e a ſe ptãtem operandi aliquid princip̃r & ſic poteſtatẽ actiuã, prout
dicebat lappus,ut referunt ſcribentes in d.§.ſane. & tunc hæc coniuratio
8 ſapit hæreſim manifeſte,quia attribuit poteſtatem dæmoni. Et † licet ali-
quando dęmones futura prædicent,morbos humanis corporibus inferẽ-
tes,uel infirmos ſanantes,hoc non fit ex uirtute ſua, ſed ex Dei permiſ-
ſione qui hoc permittit.ut patet Iob capitulo primo,ut uideat quali fide
& deuotione homines ſint erga Deum.ut legitur deutero.xiij.ubi datum
eſt præceptum populo his uerbis,ſi ſurrexerit in medio tui propheta aut
qui ſomnium dicat ſe uidiſſe,& prædixerit ſignum aut portentum,& eue
nerit quod loquutus eſt,& dixerit tibi eamus,& ſequamur Deos alienos
quos ignoras,& ſeruiamus eis,non audies uerba prophetæ,aut ſomniato
ris,quia tentat uos dñs Deus ueſter,ut palam fiat utrum diligatis eum an
non,in toto corde ueſtro,& in tota anima ueſtra dñm Deum ueſtrum ſe
quimini,& ipſum timete,& mãdata eius cuſtodite,& audite uerba illius
ipſi ſeruietis,& illi adhærebitis, per quæ uerba apparet, quòd illa quæ a
diuinatoribus,non ſ̃m Deũ dñr,ſi acciderint quæ dñr nõ ſunt ſic accipiẽ
da ꝙ fiãt a dęmone ſua ptãte,ſed Deus illa fieri pmittit ad cognoſcendũ
hominum dilectionem erga ipſum,ut inquit Aug.in c.nec mirum.uer. ſi
autem quilibet opponit.26.q.5.vnde concluditur, ꝙ ſi coniuratio fiat in
tentione ut dæmon ex ſua poteſtate propria poſsit illud ad ꝙ coniurat̃
operari talis coniurans eſt hæreticus.Si autem fiat coniuratio non inten
tione hoc credendi,ſed quia putat ipſum habere poteſtatem tentandi, &
inducendi mulierem in amorem ſuum,graue peccatum eſt, ſed hæreſim
non ſapit manifeſte,ſi ſine adoratione fiat,ut eſt ſupra dictum. Quid aũt
in dubio ſit dicendum ſi de intentione coniurantis non apparet,late ſcri-
bit Domi.in conſ.54.quidam ſacerdos,colu.pe.& plura dixi in d.§.ſane.
6 Sapit † etiam hæreſim manifeſte, ſi inquirantur furta uel ſimilia per
inſpectionem aquæ cum cereo accenſo in manibus pueri uirginis ten
to cum inuocatione Angeli. Idem poſſet dici ſi in manu pueri un-
cta nigredine & infuſis gutulis olei quærantur umbræ ſeu imagines
perſonarum, quæ furatæ ſunt, & ſi poſſent indicia ibi uideri ubi ſunt
repoſita furta , ut ſcribit And Sic. cõſi.55.caſus talis eſt.libro primo.
10 Poſſunt † ſuper dictus Epiſcopus uel Inquiſitores contra ſuſpectos de
hæreſi procedere,ut in c.ut officium Inquiſitoris. in principio. de hæret.
lib.6.& in c.excommunicamus.§.adiicimus.e.tit.in clement.j.§. ſane de
uſuris.& prohibere ne in ſuis diſtrictu & diœceſi publice aſſerantur pro-

poſitiones ſcandaloſæ,& ut tales damnare,cum ad eorum officium ſpectet ne ſcandala,id eſt occaſiones cadendi in hæreſim gregibus ſibi commiſsis parentur,quia ut inquit Chriſtus Mathæi.xviij.uhe mũdo a ſcandalis,quæ prauis actibus aditum præparant.cle.dudum.§.ſcimus.de ſepulturis.& Epiſcopus Abulen.exponens illud Mathęi, Inquit uhe mundo, id eſt mundanis hominibus a ſcandalis,hoc eſt propter ſcandala quæ faciũt quia erit eis pęna dura, timeat ergo quilibet caueat ſcandalizare proximum,quia ut ibi inquit Chriſtus,expedit ei qui ſcandalizat,ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum. Præmaxime ſi prælati ſint ſcandalizantes, quia ut inquit Greg. prælatus tot mor

11 tibus dignus eſt, quot exempla perditionis alijs tribuit. Et†ad prædicta facit,ꝙ coherctio hæreticorum ad eos ſpectat,quos fugare debent tum ipſorum latratu,tum etiam baculo,ſicut lupi arcentur. ut dicit tex.in cap.j. 43.diſtinct.quia ut inquit Gregorius in ſuo paſtorali.& ſcribitur in c. ſit rector.eadem diſtinct.ſicut incauta locutio in errorem protrahit, Ita indiſcretum ſilentium eos qui erudiri poterant in errore derelinquit, & ad propoſitum inquit Pau.actuum.xx.ad Epos. Attendite uobis,& uniuerſo gregi,In quo uos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos.regere Eccleſiã Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.Ego ſcio,quoniam intrabunt lupi rapaces in uos,non parcentes gregi,& ex uobis exurgent uiri loquentes peruerſa

12 ut abducant diſcipulos poſt ſe,propter quod uigilate.Ex†quo patet, qđ Epiſcopi poſiti ſunt iure diuino auctoritate Spiritus Sancti ad regimen Eccleſiæ,& ſpecialiter ad protegendum gregem domini a lupis, q. ſunt hæretici,ut ibi dicit gl.callidi.n.ſunt in fide,fortes in diſputatione, crudeles in occiſione,qui plerumq; exurgunt a ſcriptura ſacra ab eis male intelecta,propterea dicit Ioan.in ſua canonica,capitulo 2. ex uobis prodierunt, ſed ex uobis non erant, nam ſi fuiſſent ex uobis permanſiſſent utique uobiſcum.Inde glo.ordi.ad Titum 4.inquit,hæretici ſunt qui per verba legis legem impugnant,proprium ſenſum inſtruunt uerbis, ut prauitatem mentis ſuæ legis authoritate comendent, hoc igitur iure ordinario Epiſcopis competit ſuos ſubditos hæreticos comprimere, exemptos uero authoritate apoſtolica,ut dicit text.in c.ad abolendam.in fi. de hære. & inquiſitoribus iure delegationis Papalis.c.ne aliqui.de hære.li.6. Seruata ſemper forma cle.multorum.de hære.& c.pe.eo.ti.lib.6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio quæ fit à prædicantibus de fide quòd non intendunt aliquid dicere contra fidem, eos excuſat.*

2 *Proteſtatio in hijs quæ ſunt fidei, quomodo diffinitur.*

3 *Præcepta affirmatiua, ſeu negatiua an ſint ſemper obligatoria.*

4 *Ruſticus & idiota errans in fide, credens quòd eccleſia ſic teneat, excuſatur ab hæreſi.*

5 *Prælati credere debent explicite articulos fidei, & ideo errantes in eis nõ excuſantur.*

6 *Proteſtans in mortis articulo, quòd uult mori tanquàm Chriſtianus, non poteſt poſt mortem accuſari de hæreſi.*

7 *Proteſtans non excuſatur omnino, quin teneatur ſuum errorem reuocare.*

8 *Modus reuocandi errorem quem aliquis tenuit in his quæ ſunt fidei.*

9 *Proteſtatio non prodeſt ei, qui tenetur ſcire aliquam propoſitionem eſſe hæreticam, & errat in ea pertinaciter.*

10 *Proteſtatio iuuat eum qui ſcripſit librum erroneum, & mortuus eſt, quia non poteſt de intentione interrogari.*

11 *Hæreticus condens monaſterium, ſi poſtea damnetur, illud monaſterium non debet deſtrui, idem de quolibet bono opere.*

12 *Hæretici damnati inſignia debent deſtrui.*

13 *Hæretici operibus damnatis tanquàm hæreticis intelliguntur etiam damnata quæ non ſunt hæretica.*

14 *Origenis homeliæ deberent legi ſub commemoratione beati Hieronymi.*

15 *Proteſtatio non iuuat hijs qui fuerunt uel ſunt hæretici in omnibus, ſed in aliquibus.*

16 *Proteſtatio non prodeſt diſputantibus de hijs quæ iam ſunt diffinita ab Eccleſia.*

DVODECIMA QVAESTIO.

1 DVodecimo † Quæro, ad quid prodeſt proteſtatio quam ſæpe faciunt diſputantes uerbo aut ſcripto, ſeu concionantes. Dum inquiunt, Ego proteſtor quòd nihil intendo dicere, nec puto dixiſſe contra fidem, & ſi oppoſitum contingeret, uel contigiſſet, illud ex nunc reuoco, & retracto, & ſubmitto me correctioni & determinationi S.R.E. & quàmuis Dom. Ioan. de Gerſon. hanc materiam dilucide examinauerit, nihilominus calcando eius veſtigia iuxta theoricam.

theoricam utriuſque iuris, quid de huiuſmodi proteſtatione ſit ſentiendum tenendumque ſcribam, & pro vt videmus multo tiens, hęc proteſtatio ſumitur, ut color & velamen iniquitatis ab hæreticis ad excuſandas excuſationes in peccatis, ſic Arrius, Sabellius, & cæteri hæreſiarchæ proteſtati ſunt, nam non aperto Marte dicebant ſe opiniones ſuas aſſerere contra determinationem ſanctæ Eccleſiæ, quos tamen ſecuta eſt uniuerſalis concilij damnatio, unde ommiſſa proteſtationis diffinitione, q in cauſis prophanis, & Eccleſiaſticis practicari ſolet, quam late tradūt, Bar. & moderni. in l. non ſolum. §. morte. ff. de operis noui nun. Abbas

2 & alij in c. cum. M. Ferrarienſis. de conſti. Proſequar† ſolum proteſtationem, quæ in his quæ fidei ſunt fieri conſueuit, eſt ergo hæc proteſtatio de qua agitur, profeſsio, ſeu confeſsio fidei exterius facta ad oſtendendū quid interius de fide ſentiat proteſtans, Iuxta illud Pauli ad Rom. x. corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit cōfeſsio ad ſalutem. Et Matthæi. x. qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre, quia ad fidei ueritatem, non ſolum pertinet ipſa credulitas cordis, ſed etiam exterior proteſtatio, quæ fit non ſolum uerbis, quibus aliquis confitetur fidem, Sed etiam factis, quibus aliquis fidem ſe habere oſtendit. Secundum illud Iaco. ij. ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam, & de quibuſdam dicitur ad Titum. primo. confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, pro vt ſcribit. S. Tho. in ij. ij. q. 24. articulo. v. Vnde profeſsio fidei exterior eſt de præcepto legis ſecundum præparationem animi, ut ſi homo ſit paratus ad martirium cum adfuerit oportunitas, non tamen debet occaſionem dare alteri iniuſte agendi, ſed ſi alius iniuſte ageret, ipſe moderate tolerare debet, ut dicit idem Tho. in d.

3 loco, arti. j. ad. iij. Quia† præcepta affirmatiua non obligant ad ſemper, ſed pro loco & tempore, ut ibidem. q. xl. art. ij. ad ij. & ſeruatis debitis circumſtantiis, quæ debent interuenire ut actus ſit uirtuoſus. Abb. poſt Anto. de Butrio in c. nouit. colu. 9. de iudicijs. Petrus de Anch. in c. quod qui dam. de pœni. & remiſsio. negatiua uero obligant ſemper & ad ſemper, quia prohibent actus peccatorum qui in omni tempore ſunt mali. c. & ſi Chriſtus. de iure iurando. S. Tho. in d. ij. ij. q. 33. arti. 2. ad primum, licet ipſa affirmatiua præcepta includant etiam negatiua, ut in q. 43. artic. 3. ad primum, & ideo ad ſalutem neceſſaria eſt credulitas interior, & exte-

4 rior proteſtatio. Sed† ne nimis prolongetur materia huius proteſtationis, concluſiue procedam, Prima concluſio eſt. Quia huiuſmodi proteſtatio iuuat Idiotam & ignorantem quando errat in his quæ ſunt fidei, motus quadam ratione naturali, ut ſi quis Idiota ſeu ruſticus dicat, quod filius in diuinis eſt minor patre, quod eſt hæreſis damnata in concilio Ni-

ceno. In quo trecenti & octo illuſtres patres fuerunt. c. canones. xv. diſtinct. l. quicunque. C. de hæreti. cuius author fuit Arrius, qui tres gradus ponebat in Trinitate, Patrem maiorē, Filium minorem, & creaturam, & Spiritum Sanctum creatorem Filij, ut habetur in c. damnamus. de ſumma Trin. & in c. qui Epiſcopus. 23. diſt. ſcribit Card. de Turre Crema. in c. quidam hæretici. 24. quæſtione 3. Magiſter in 3. diſt. 11. capitulo ſecundo. S. Tho. in pri. q. 27. arti. primo. & in iiij. libro contra gentes. capitulo. vj. & credat Eccleſiam ſic tenere, non eſt hæreticus reputandus, nā dicit Inno. in rubri. de ſumma Trin. In fi. quòd in tantum ualet fides implicita, quòd ſi quis eam habet, & credit quicquid Eccleſia credit, ſed falſo opinatur, ratione naturali motus, quòd Pater maior ſit uel prior Filio, uel quòd tres perſonæ ſunt tres res a ſe inuicem diſtantes, quòd non eſt hæreticus, nec peccat, dummodo hunc errorem ſuum non defendat, & hoc ipſum ideo credat, quia credit Eccleſiam ſic credere, & opinionē ſubmittat fidei Eccleſiæ, quia licet male opinetur, tamen nō eſt fides ſua, imò fides Eccleſię. c. damnamus in fide. de ſumma Trin. & hoc dictum Inno. ſequuntur Bal. & modern. in rubri. C. de ſumma Trin. & inquiunt notandum ad excuſationem ruſticorum & idiotarum, qui ſæpe inquiruntur de hæreſi per inquiſitores, idem dicit Ant. de Butrio in cap. j. §. ſane. eod. tit. Ideo poſui caſum in ruſtico. & laico, quia in tali ſufficit fides implicita, hoc eſt ut credat eſſe uerum quicquid credit Eccleſia, ut dicit Inno. in d. c. j. & Bal. in d. Rubr. & glo. in c. cum Chriſtus. in fi. de hæreti. Se-
5 cus autem dicendum eſſet in prælatis, quia illi explicite credere debent, cum onus docendi illos ipſis incumbat. c. inter cætera. de offi. ord. quod figuratum eſt per illud Iob primo. quòd boues arabant, & aſini paſcebantur iuxta eos, quia uidelicet minores, qui ſignificantur per aſinos debent in credendis cohærere maioribus, qui per boues ſignificantur, ut dicit Gregorius in 2. moralium. ſcribit. S. Tho. in 2. 2. q. 4. art. 6. hoc tamen intelligo dummodo errorem ſuum non defendat, ſed ſit paratus corrigi, ut dicit tex. Auguſt. in c. dixit Apoſtolus. 24. q. 3. ſub his uerbis, qui ſententiam ſuam quamuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis pepererit, ſed à ſeductis atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta ſollicitudine ueritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquàm ſunt inter hæreticos deputandi. Idem probatur in cap. hæc eſt fides. in uerbo emendari. 24. quæſtione 1. & gloſſ. in uerbo leui argumento. in l. 2. C. de hæreti. Et illud dictum Innocentij ſequuntur Anton. de Butrio, Cardin. Abbas & alij in Rubric. de ſumma Trinita. Felyn. in capitulo primo. de hæreti. Ioan. de Ana. in capitulo firmiſſime.

misſime.eo.tit.Card.in cle.j.§.porro.de ſumma Trin.Idem Card. in cle. j.§.fi.q.2.in fi.de uſu.& idem in effectu dicit. S. Thom.in 4.quem refert
6 Ioan.Lupi.in allega.ſua de hæreſi.col.v.Et † hanc proteſtationem utilẽ & ualidam eſſe atteſtatur Bartho.Cepo. in cautela. clv. incipien. bonum & utile.præſertim in mortis articulo,quãdo aliquis eſt inculpatus de hæreſi,utproteſtetur ſe fuiſſe catholicum & tenuiſſe & tenere fidem catholicam,quam credit & tenet ſancta mater Eccleſia,& cum eadem fide uixiſſe & uelle mori, & huiuſmodi proteſtatio multum allegabatur pro defenſione Bonifacij Papæ,qui illam fecerat coram Cardinalibus, ut refert Alberi.de Roſa.in Rubr.in fi.C.de hęret.ſimilem proteſtationem faciũt aduocati quando defendunt cauſas illorum , qui accuſantur de hæreſi, dicentes,ego ſuſcipio defenſionem illius ſi & quatenus catholicus eſt, ne incidant in fautoriam hæreticorum.c.ſi aduerſus.de hæreticis. ut inquit Alberi.de Roſate in 3.parte ſtatutorum.q.32.incipien.Item quærit ipſe
7 Gandinus.Nec † ommittendum eſt ſecundum Ioan. de Gerſ. quod licet tales errantes non iungant errori ſuo pertinaciam, & ſic quòd non ſunt puniendi pœnis hæreticorum,nec infamia notandi ſunt,tamen corripiẽdi per reuocationem erroris ne diſciplina matris Eccleſiæ deſeratur. Fa
8 cit † c.excommunicatorum,& ibi glo.23. q.5. & talis reuocatio non debet fieri ſub nomine erroris,quia ſi ſic fieret reuocatio , reuocans mentiretur,dum diceret ſe erraſſe ſtante tali conſcientia , quod non eſt faciẽdum,quia mendacium prohibetur.c.ne quis.22.q.2.glo. in c. cupiẽtes. in prin.de electio.lib.vj.c.j.de iura.calu.Inno.in c. olim. de reſti. ſpolia. & hoc exemplo Auguſtini dicendum eſt, qui multa prius neſcienter errata poſt modum abſolute correxit ſub nomine retractationis, uel alio ſimili loquendi modo qui reuocationem denotabat,utẽdo talibus uerbis, temere dictum eſt, nimis inconſiderate dictũ eſt,hoc improbo,hoc non approbo,hoc mihi non placet.& patet in c.fi.26.q.4.c.uides.23. q. 6.c. negare non poſſum.8.diſtin.& in multis alijs decretis. Sed illud dictum Inno.limitari poteſt , niſi ille error eſſet in talibus in quibus nulla poteſt allegari ignorantia,ut dicit Card.in clemen.j.§.porro. de ſumma Trini. col.fi.

9 SECVNDA † Concluſio eſt, ꝙ hæc proteſtatio generalis de fide nõ iuuat illum,qui errat in aliqua ſpeciali aſſertione catholica pertinaciter, quam explicite tenetur ſcire, uel conuincitur errare teſtibus , uel legitima probatione,nam licet dicat ſe credere, quod Sancta Romana Eccleſia credit,tenet,& prædicat, hoc ſibi non prodeſt , omnes enim hæretici qui hodie ſunt,& fuerunt,hanc proteſtationem pro uelamine ſuæ prauitatis accipiunt,dicentes proteſtor,quòd ego uolo eſſe, & mori catholi-
acus

cus Chriſtianus, & ſi ſcirem has aſſertiones meas eſſe contra fidem catholicam ego illas reuocarem,& tamen perſiſtunt in ſuis falſis aſſertionibus pertinaciter,& iſti proprie ſunt hæretici,quia confitentur fidem in generali,& illam ueram credunt,& in aliquibus particularibus pertinaciter diſcredunt,ut dixi ſupra in prima.q.hæc enim ſimul poſſunt ſtare, ut declarat dictus Ioan.de Gerſo.allegans Ariſtotelem,qui dicit,quòd contingit aliquid ſcire in generali,& illud uel neſcire, uel de illo dubitare in particulari; & hæc concluſio firmatur per dominos de rota in deciſione Dccclxxv.Incipien.Accuſatus de hæreſi.in antiquis. ubi concluditur contra quendam,qui conuictus erat dixiſſe hæreticalia quæ inficiabatur, & licet diceret ſe credere in ſanctam matrem Eccleſiam, nihilominus ut hæreticus damnatur, quia non ſe ſupponebat correctioni Eccleſiæ confitendo peccatum ſuum.c.ad abolendam.in princip. de hæreti. cum alijs ibi late deductis.eadẽ deciſio repetita eſt in deciſionibus antiquioribus, ſub titulo de hæreti. nam iſte errans particulariter & explicite circa ea quæ ſunt fidei non quærit cauta ſollicitudine ueritatem fidei ſicuti debet,nec obedit quæſitæ,& ſufficienter ſibi oſtenſæ,non ſolum credendo interius ſed exterius profitendo ; & ideo oſtendit ſe non paratum corrigi,ut in d.c.dixit Apoſtolus.& d.c.hæc eſt fides,& talis proteſtatio eſt cõtraria facto, quæ non iuuat, Imo per contrarium factum recedit proteſtans a proteſtatione,ut eſt glo.ordi.in c.tua nos.de ſponſa. & ſcribitur in d.c.cum.M.& in d.§.morte.quod quando quis dicit ore ſe credere,& factis negat,non iuuat proteſtatio.c.æſtimant. xj.q. 3. ut dicit Hoſtien. quem ſequitur Imo.in rubri.de ſumma Trin.q.x.nam facto datur voluntas intelligi.l.reprehendenda.C.de inſt.& ſubſt.l.de quibus.ff.de legi.nec illa proteſtatio tollit ſcandalum datum, neque captiuat intellectum ſub Deo in obſequium fidei,ut dicit Pau.ij.ad cor.x.& ſtat cum infidelitate, cum ſcandalo, tumore, & arrogantia, quæ à communiter accidentibus vigent in hæreticis,ut in c.hæreſis.cum ſeq.24.q.3. & ideo iſte proteſtãs ſi reconciliari uult Eccleſiæ debet abſolute & non conditionaliter confiteri hæreſim, quia bonarum mentium eſt agnoſcere culpã ubi culpa non eſt,ut dicit Gregorius.& habetur in c.ad eius.in fi.v.diſt.& in c.ij.de obſerua.ieiu. quantò magis ubi eſt,& etiam hæreſim ſimpliciter abiurare, vt in c.ego Berengarius.de pœni.diſt.ij.

10 TERTIA †Cõcluſio eſt,ꝙ hæc proteſtatio iuuat eum ab hæreſi qui librum ſcripſit erroneum,ipſe tamen liber damnandus eſt,ut eſt tex. iuncta gl.pe.in c. damnamus. de ſumma Trin. ubi ſcripta Abbatis Ioachin tanꝗ hæretica fuerunt damnata, ipſe tñ Ioachin non damnatur tanꝗ hæreticus,quia fuerat proteſtatus,ꝙ ipſe confitebatur illam fidem, quam

ſancta

ſancta Romana Eccleſia tenet & credit, & hoc ideo eſt in d.c. ſecundum
Ioan. de Imo. in 4. colu. quia aliter non poterat conſtare de eius intentio
ne, ex quo erat mortuus, alias autem non ſtatur regulariter ſcripturę ſcri
bentis in ſui commodum, ſed in præiudicium ſic. l. publia. §. Titius. ff. de-
poſiti. cum ibi allegatis per eum, & ſi uiueret & pertinaciter ſtaret in ſuis
erroneis ſcriptis, eſſemus in caſu præcedentis ſecundæ cõcluſionis, quòd
11 proteſtatio ei non patrocinaretur. Ex† quo. c. damnamus poſſunt colligi
duo notanda, primum eſt, ꝙ ſi aliquis exiſtens hæreticus monaſteriũ edi
ficauerit, uel aliud opus pium fecerit, & poſtea damnetur de hęreſi, quòd
illud monaſterium uel opus non deſtruitur, quod probatur in illo text. in
uerbo, maximè, quia ſenſus literæ eſt, ꝙ delictum Ioachin non debet ob
eſſe monaſterio, cuius ipſe fuit inſtitutor, maxime cum ipſe ſcripta cor-
rigenda ſubmiſſerit diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ, quaſi dicat per hanc
dictionem, maxime, ꝙ idem iuris ſit ſi non ſe ſubmiſiſſet diſpoſitioni ſe
dis Apoſtolicæ, & ſic fuiſſet hæreticus pertinax; quia dictio, maxime, ſtat
comparatiue, ponens idem in caſu contrario, ſeu ſubintellecto, ſed ma-
iorem rationem in expreſſo. glo. in c. ad abolendam. de filijs presbytero
rum, Bar. in extrauaga. ad reprimendum. in uerbo, maxime. glo. not. in l.
illud. ff. ad. l. acqui. moderni. in l. j. ff. de offi. eius cui mãda. ita dicunt Car
12 di. Ioan. de Imo. & Abbas in d.c. damnamus. colu. pe. Arbitror† tamen ꝙ
ſi inſtitutor illius monaſterij, uel alterius operis pij de hæreſi damnare-
tur, etiam ſi eius arma eſſent depicta ſeu ſculpta in opere illo, quòd abra
di & deſtrui deberent, ne memoria eius in opere illo remaneret. arg. eo-
rum quæ dicit Bar. in l. eorum. ff. de pœnis. ſequitur Ludo. Ro. in ſingula
13 ri ſuo. cccclxxx. Incipien. eorum arma. Secundum† notabile eſt, quòd
licet dicta hæretici reprobentur, & non ſint recipienda, quia damnato au
thore damnantur & eius opera. in c. fraternitatis. de hæreti. tamen hoc
intelligitur de operibus erroneis, & hæreticis, non de eis quæ bona ſunt
& catholica, quod probatur in d.c. damnamus, ibi, in hac parte defende-
re uel approbare præſumpſerit; ergo in alijs ſic. ad quod facit quod in-
quit Auguſt. in c. ſi quid ueri. 37. diſt. & in c. j. xix. diſt. ſaluo tamen hoc,
quòd licet eius dicto ſtetur ut uero, non autem ſtatur ut habeamus au-
thoritatem ab illo, & ſic ut uerum, non ut authorizabile approbatur, ut
concludunt Ioan. Andre. Cardi. Ioan. de Imo. & Abbas in d.c. damnamus.
in fin. & ſic dicta catholica authoris damnati recipiuntur ut rationabi-
lia, non autem ut authorizabilia, ut inquit Hoſtien. in d.c. fraternitatis.
Hoc tamen limito, niſi ſummus Pontifex prohibuerit etiam bona opera
alicuius hæretici legi, & recipi, quia tali prohibitioni parendum eſt, &
non ſine ratione, quia plerumque latet uirus in ſcriptis hæreticorum, &

etiam

etiam ut memoria eorum deleatur de terra uiuentium; & propterea de ſcriptis Origenis in c.ſancta Romana Eccleſia.§. Item Origenis.xv. diſt.ſic habetur.item Origenis non nulla opuſcula quæ uir beatus Hieronymus non repudiat legenda ſuſcipimus, reliqua autem omnia cū au
14 thore ſuo dicimus renuenda. Et † ideo eſſet conueniens, quòd quando in Eccleſia legitur aliqua homelia Origenis.illa deberet recitari ſub cōmemoratione beati Hieronymi, dicendo, homelia Origenis ſecundum beatum Hieronymum, ut probatur in dicto.c.Sancta Romana.unde dicta erronea hæreticorum non ſunt exponenda nec alleganda niſi ad eorum reprobationem, ut habetur in ſeſſione octaui concilij, uide omnino limitationes ad.c.fraternitatis.per Alex.in c.noli.9.diſtin.
15 QVARTA † concluſio eſt, ꝙ proteſtatio catholica de fide cum reuocatione particulari alicuius erroris non iuuat illum, qui fuit hæreticus, quominus declarandum ſit illum fuiſſe hæreticum, & ſic quòd damnetur ad carcerem perpetuum.iuxta.c.pe.de hære. cum confiſcatione bonorum, ut in c.uergentis.eo.tit.& c.cum ſecundum leges.eo.tit.lib.vj. Iuuat tamen eum dicta proteſtatio cum reuocatione, ut nōn indicetur hæreticus pertinax, nec tradatur curiæ ſeculari.in c.ad abolendam.in prin.de hære.Sed ut reconcilietur græmio ſanctæ matris Eccleſiæ, & abſoluatur ab excommunicatione quam incurrit propter hæreſim.c. ut officium.§.ſi uero.de hæreti.lib.vj.quo autem tempore dicatur redire hęreticus ad Eccleſiæ vnitatem ad hoc vt admittatur ad miſericordiam, ſi ante ſententiam, uel poſt, quia late hoc examinaui in c.j.q.xij. de hæreti.
16 lib.vj.ad ibi dicta me remitto. Et † ex huiuſmodi proteſtatione reſultat ſingularis effectus in his quæ fidei ſunt, ꝙ proteſtans excuſatur à pertinacia, Vnde diſputantes de his, quæ fidem tangunt, ſæpe proteſtantur, vt dicit Card.in d.§.porro.intelligo tamen quòd iſti diſputent de his quæ nō ſunt diffinita ab Eccleſia, quia de his quæ ſunt diffinita licita non eſt diſputatio, ſicut licita erat ante eorum diffinitionem & deciſionem, ut ſcribit Sicu.in cle.j.de ſumma Trinit.& Anto.de Butrio in c.cum Chriſtus. de hære.& de his loquitur glo.in l.nemo.C.de ſumma Tri.& fide catho. & Bal.in l.ſi poſſeſſor.§.Ait Senatus.uerſ.quanquàm.ff.de peti.hæred.& gl.in c.quis neſciat.9. diſt.vbi dicit ꝙ licitum eſt diſputare ad maiorē intellectū ſuper nouo & ueteri teſtamento, & ibi ſcribunt Arch. & Domi. ſed de his quæ diffinita ſunt & certiſsima credulitate tenēda nō eſt diſputandū, & ideo dicebat Io.de Gerſo.in d.prima parte, ꝙ corripiendi ſunt illi q̄ proteſtātur, ꝙ nō intēdunt aliq̄d aſſerere, ſed diſputatiuè loq.& ponūt cōcluſiones, Deus eſt omnipotēs, Deus eſt trinus & vnus, quaſi uid elicet cōcluſiones tales, nō in certiſsima credulitate, ſed ſub ꝓbabilitatę tra

di poſsint,

di poſſint,& ideo ſicut dubius in fide infidelis eſt, ſic dubie profités certam fidem, neque tamen eſt negandum, quin proteſtatio ſeu ſubmiſsio reuerentialis fieri poſsit, ſicut egit Apoſtolus conferendo Euangelium ſuum,de quo certus erat per reuelationem, cum Petro & alijs Apoſtolis,quibus tamen oppoſitum ſi fieri potuiſſet,nequaquàm credidiſſet. ut habetur,ſed quia in præmiſsis dubitari poſſet de qua diſputatione hæc intelligantur,ideo ſubijcio ſequentem quæſtionem.

SVMMARIVM.

1 *Diſputare an liceat de fide catholica,& arguitur primo quòd non.*
2 *Diſputare licitum uidetur de fide catholica.*
3 *Diſputare de fide catholica quando liceat.*
4 *Laicis quando liceat de fide catholica diſputare.*
5 *Intellectus.§.inhibemus.c.quicunque.de hære.lib.6.communis ibi reprobatur.*
6 *Laici a quibus ſpiritualibus prohibentur.*
7 *Laici non doctorantur in theologia.*
8 *Argumentum a contrario ſenſu quando non ualet.*
9 *Conſtitutio iudæorum de non legendo aliqua capitula Bibliæ.*
10 *Lex non eſt reſtringenda ab homine,niſi ab alia lege.*
11 *Intellectus.d.§.inhibemus.corroboratur.*
12 *Laicus diſputans de fide catholica peccat.*
13 *Diſputari de fide catholica non debet dubitando.*
14 *Diſputare de fide catholica licet,hæreticos confutando.*
15 *Diſputare de fide licet,gratia elucidandæ ueritatis.*
16 *Diſputationis commoda multa ſunt.*
17 *Diſputatio de fide fieri debet coram ſapientibus.*
18 *Diſputatio de fide cum infidelibus non eſt facienda coram ignorantibus non ſolicitatis ab hæreticis.*
19 *Prædicatores cauti eſſe debent,ne prædicando faciant titubare animos audientium in his quæ fidei ſunt.*
20 *Diſputatio de fide cum infidelibus neceſſaria eſt fieri coram ſimplicibus ſolicitatis ab infidelibus.*
21 *Diſputans contra hæreticos debet eſſe doctus in philoſophia.*
22 *Diſputandi modus tenendus contra hæreticos,aut infideles,ſeu iudæos.*
23 *Locus ab authoritate ſacræ ſcripturæ eſt firmiſsimus.*
24 *Scriptura ſacra utitur dictis philoſophorum,& ſancti doctores ſacra ſcriptura,& dictis aliorum doctorum,ſed diuerſimode.*

Interpretatio

25 *Interpretatio eſt duplex ſecundum iuriſtas.ſ.neceſſaria & probabilis.*
26 *Trinitatem perſonarum in diuinis qui uult probare ratione naturali dupliciter derogat fidei.*
27 *Fides non habet meritum,ubi humana ratio præbet experimentum,quomodo intelligitur.*
28 *Miracula poſſunt allegari in diſputatione contra hæreticos.*
29 *Mundi conuerſio facta fuit miraculoſe per idiotas & ſimplices.*
30 *Mahometus cum potentia armorum, non cum miraculis ſequaces habuit ſuæ ſectæ cultores.*
31 *Diſputandi modus contra mahumetanos.*

DECIMATERTIA QVAESTIO.

1 DEcimotertio† Quæro,an liceat alicui ſiue clerico uel laico de fide catholica ſeu ſacra ſcriptura publice ſeu priuatim diſputare.Et vr̄ dicendum ꝙ non liceat,per tex.Aug.in c.quis neſciat. 9.di.dum dicit,ꝙ de ſcriptura ſancta nec diſputari pōt. Sec͞do hæc diſputatio expreſſe & formaliter prohibetur in l.nemo.C.de ſumm. Tri.& fide catho.ubi dicit,ꝙ nemo clericus uel laicus de fide chriſtiana publice turbis coadunatis & aduenientibus tractare conetur in poſterū, ex hoc tumultus & perfidię occaſionem requirens,quia iniuria fieret cōciliis generalibus,ſi quis ſemel iudicata, & recte diſpoſita reuoluere, & publice diſputare contendit,nam non ſolum hii diſputantes ueniunt contra fidem uere expoſitam,ſed etiam iudæis & paganis ex huiuſmodi certamine propallant uenerāda miſteria,quæ lex eſt canonizata ſm̄ S. Tho. in 2.2.q.x.arti.7.facit.c.ſi ad nos.96.d.ſed omnia quæ ad fidem pertinēt ſunt per ſacra concilia determinata,ergo grauiter peccant, & iniuriam concilijs faciunt,ſi qui de eis quæ ſunt fidei publice diſputare præſumāt. Tertio, dicit Apoſtol. 2.ad Thimot. 2. noli uerbis contendere,ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Sed diſputatio publica non poteſt fieri ſine contentione uerborum, ergo non eſt publice diſputandum. Quarto, diſputatio argumentis agitur, ſed argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem.capitu.forus.de uerbo. ſignifica.ea autem quæ ſunt ſacræ ſcripturæ,cum ſint certisſima, non uidetur ꝙ ducenda ſint in diſputationem,ut in d.ca.quis neſciat.ergo de eis quæ fidei ſunt ſiue de ſacra ſcriptura non eſt diſputandum. Quinto,hæc prohibitio diſputandi de fide uidetur fortius inhibita laicæ perſonæ, ut neque publice neque priuatim posſit de fide catholica diſputare, ut eſt tex.in ca. quicunque. §. inhibemus.de hæretic.libro 6. & in eo tacta

uidentur canonizata dicta.l.nemo.C.de ſumma tri.facit.c.cum ex iniun-
2 cto.de hære.Ex †aduerſo tamen eſt communis uſus ſcholaſticorum, doctorum,theologorum,qui quotidie diſputant de ſacra ſcriptura, de myſterijs Chriſti,& aliis ad fidem ſpectantibus,ut patet in ſumma Alexādri. & in ſcriptis Alberti magni.S.Thomæ,& Scoti,& aliorum, & in ſcholis hoc frequentatur, & uidemus doctos laicos in publicis diſputationibus reſpondere,& arguere in materia fidei catholicæ, præſertim in capitulis generalibus,& prouincialibus religioſorū coram populo de his quæ fidei ſūt diſputāt,& conueniunt in locū idiotæ,& uulgares homines,qđ cōfirmatur ex eo qđ ſcribitur actuum.ix.ꝙ Paulus conualeſcebat & cōfundebat iudæos loquens gētibus & diſputās cum grecis. & idem legitur de
3 Stephano actuum 6.Sed †pro intelligentia huius quæſtionis, inhærendo ueſtigiis ſancti Tho. Alberti magni, Archi.Domi.Car.de Turre Crem.& Car.Ale.reſpondebo ad titulum quæſtionis per concluſiones. Et primo ex parte diſputantis erunt quatuor concluſiones.

4 ¶ Prima concluſio eſt,ꝙ laicæ perſonæ nō licet publice uel priuatim de fide catholica diſputare,& ſi contra fecerit ſententia excommunicationis eſt innodandus,ut in d.§.inhibemus,ubi glo.intelligit laicam perſonam,i.illiteratam more ultramontanorum, qui illiteratos uocant laicos,literatos uero clericos,& propterea dicebat Tulius de creatione mūdi,parentem huius uniuerſitatis inuenire difficile eſt,& cum quis inuenit indicare in uulgus nephas eſt,quem refert Ioan. And. in d. §. inhibemus,
5 Et ſecūdum †eum ibi ille tex.intelligitur de illiterato,& pro hoc facit gl. in l.fi.C.de ſenten.ex peri.recitan.& ad hanc quæſtionem omnino uide Car.in c.cum quibus.24.q.3.& in c.ubi nam.96.di.idem tenet.d. Cardi. de Vio in apoſtillis ad S.Tho.in 2.2.q.x.arti.7.dicens.ꝙ ideo d.§. inhibemus loquitur de laicis,quia communiter laici,ut in pluribus non ſunt docti in fide ut ſint theologi & ſufficientes ad hoc,& ſic leges feruntur de communiter contingentibus.l.nam ad ea.ff.de legibus.& ſubdit quod a laico docto poſſet de fide diſputari, quando caſus eſſet, & ideo licet in uerbis comprehenderetur laicus doctus, in prohibitione tamen quo ad mentem eſſet a dicta prohibitione excluſus, quæ uerbis præponenda eſt,ut eſt textus in l.non dubium. C. de legibus. capit.Marcion. prima q.prima. ca.Intelligentia.de uerbo.ſignifica. & demum concludit,ꝙ huiuſmodi laici diſputant de fide materialiter tantum, & gratia exercitij,uel potius honoris, & a nullo prælato reprehenduntur,ſeruata modeſtia concluſionū & arguendi modo in materia fidei. Sed mihi uidetur quòd iſte intellectus datus ad dict.§.inhibemus, quod intelligatur de laico illiterato,quod prohibeatur ab huiuſmodi diſputatione,eo quia illitera-

illiteratus,& nō ideo quia laicus,eſt ualde abſurdus, quia litera obſiſtit. nam laicus proprie capitur in iure non pro illiterato, ſed pro ut diſtinguitur a clerico.in c.duo ſunt genera.xij.q.j.c.ſi iudex laicus.de ſent.excom.glo.in c.j.de procu.lib.vj. unde ſanior eſt intellectus, ut cenſeatur prohibitus laicus a fidei diſputatione,ſiue ſit literatus, ſiue non, ut dicit
6 ibi Phi.Fran.poſt Domi.Similis†prohibitio eſt,ut non poſſit prædicare. c.cum ex iniuncto.in princi.& c.excommunicamus. §. quia uero, & expresſius in c.ſicut.de hære.tradit aliqua Hoſtien. in ſumma de hæreti. §. contra pœna.ſicut à multis aliis ſpiritualibus prohibetur.c.decernimus. de iudi.nam non poteſt eſſe iudex uel arbiter in cauſis ſpiritualibus.Spe. in tit.de ſente.§.4.uerſi.pe. nec ſe intromittit de ſpiritualibus c. contingit.de arbitris,nec poteſt ſtare in choro cum clericis.Bal.in l.ij. C.de ſacro.Eccleſi.c.j de uita.& honeſt cleric.Et ratio nulla uidetur reddi poſſe,niſi quia ſic placuit conditori illius. §. ut ibi ſentit glo. quia non omnium quæ a maioribus noſtris tradita ſunt ratio reddi poteſt, nam ſufficit ſic eſſe ſcriptum.l. non oportet. ff. de legi. plura traduntur per moderniores in c.ſi quando.de reſcrip.niſi forſam ſumeretur ratio ex.c.decernimus.& c.quanto.de iudi.faciunt in arg.ad hæc.l. conſulta diualia.
7 C.de teſta.& l.repetita.C.de Epiſco.Hinc†eſt ꝙ in pluribus uniuerſitatibus ſtudiorum generalium non doctorātur laici in theologia niſi prius ordinem ſacrū ſumpſerint,ut poſt doctoratum non liceat ad laicalē ſta-
8 tum redire.arg.c.cū ex eo, de electio.Nec † obſtat ſi dicatur, ꝙ ſi laicus ꝓhibetur a fidei diſputatione ēt literatus, ergo clericus illiteratus admittendus eſt,arguendo a contrario ſenſu,quod argumentum ualet.l.j.§.huius.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuris.quia dico hoc argumentū non procedere quando ſequitur abſurdus intellectus.l.conuenticulā. C.de Epiſ. & cler.Card.in cle.j.de iudæ.col.fi. abſurdū eīm eſt ꝙ clericus illiteratus poſſit de fide diſputare,cū in his q̄ fidei ſunt par culpa ſit decipere & decipi.c.ſi cupis.16.q.1.l.culpa.C.de mathema.in q̄bus (ut inq̄t Auguſtinus lib.j.de Tri.c.3.)ubi q̄ritur unitas Trinitatis, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, nec periculoſius alicubi errat̄, nec laborioſius aliq̄d q̄ritur, nec fructuoſius aliq̄d inuenit̄,unde imperiti non ſunt admittēdi ad diſputationē,q̄a imperitus matheſeos riſui patet ſi aduerſus philoſophos diſputat ignorans dogmata philoſophorū.c.q̄ de menſe.37.diſt.turpe eſt eīm decertanti ſi ignorat ius in quo uerſatur.l ij.§.Seruius.ff de origi. iuris. ſacra eīm miſteria fidei nō ab ignaris ſed a ſapiētibus tractanda ſunt.
9 Et†contra hos idiotas de ſacra ſcriptura diſputantes indignari debēt p̄lati ſicut indignat̄ Hier.in prologo Bibliæ.cap 6.cū hij eſſe non p̄nt ſine doctore q̄d cupiunt. unde dicit Hiero. in p̄fatione homeliarū quas edidit
 ſuper

ſup cātica, ꝙ facta fuit cōſtitutio inter hæbreos ſui tpis, ne quis iudæus plebeius, & popularis præſumeret legere librum canticorum Salomonis nec tria prima capitula libri geneſeos, nec primum capitulum Ezechielis nec totam illam partem, a 44. c. uſq; ad finem eiuſdē libri, eo ꝙ ī his qua tuor partib. continentur miſteria & ſecreta ꝓfundiſsima & ineffabilia, iō ſolis clericis peritiſsimis magiſtris cōceditur ſacræ ſcripturæ diſputatio, & nullatenus idiotis, quia ut inquit Ariſt. in primo elencorum, qui uirtutes uocabulorum ignorant de facili decipiuntur. facit. l. j. & ibi gl. ff. ſi cer. pe. & Iſidorus ait in primo Ethimo. niſi nomen rei ſciueris cognitio
10 rei perit. Sic † ergo layco q̄uis literato non licet de fide diſputare publice uel priuatim, q̄a d. §. inhibemus. hoc ſibi interdicit, & huic interdicto pa rendum eſt, nec ēt clerico illiterato hoc licet, ut patet ꝑ prædicta. q̄c q̄d
11 ſentiat Io. And. in d. §. inhibemus. Vnde † uerba legis non ſunt reſtringen da. niſi expſſe conſtet minus eſſe intellectū q̄ ſcriptum. ideo lex gn̄aliter loquens generaliter debet intelligi. l. j. §. gn̄aliter. ff. de lega. præſta. l. de p̄ cio. ff. de publicia. & c. ſi Romanorum. 19. di. gl. in l. 3. ff. de of. præſidis. Bar. & alij in l. q̄uis. ubi moderni. ff. de in ius uoca. & dicit Bal. in l. in frau dem. §. fi. per illū tex. cum gl. ff. de teſt. militari. ꝙ ubi ſtatutum nullum ca ſum excipit, nec iudex debet excipere. facit ꝙ inquit Bal. in l. 3. §. fi. ꝑ illū tex. ff. ne qs eum qui in ius uo. eſt ui exi. ꝙ lex debet ſimpliciter intelligi prout iacet, nec dēt ſubaudiri aliquid extrinſecum. & ideo d. §. & ſi uidea tur perdurus, ꝙ laicus ēt literatus non poſsit de fide diſputare, pro ut ſcri ptū eſt, ſic ſeruari debet, ut l. proſpexit. ff. qui &, a, qui. de cuius intellectu ſcribit Iaſ. in l. non dubium. C. de legi. col. 6. nec obſtat illa reſtrictio quā doctores faciunt ad dictum. §. de laico illiterato, quia ex quo talis reſtrictio nō ꝓbatur iure, illa nō eſt attēdēda, præſertim q̄a trahūtur uerba ad impropriū intellectū, & idcirco ſi alia lex non aſsignatur, ſtandum eſt ꝓpriæ ſignificationi uerborum. l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exercito. l. nō ali-
12 ter. ff. de leg. 3. ut ſcribit Bar. in d. l. non dubium. col. 3. Et † ſic laicus diſputans publice uel priuate de fide peccat mortaliter, quod patet, quia li cet ipſo iure excommunicatus non ſit, excōmunicari tamen pōt, quia excommunicatio non ꝓfertur niſi pro mortali. c. nemo Epōrum. xj. q. 3. fa cit. c. quotidie. & c. panē de altari. de conſec. d. 2. S. Tho. in 4. d. 18. & ille uſus allegatus eſt potius corruptela, quia contra iuris prohibitionem.
13 SECVNDA † concluſio, ꝙ non licet de ſacra ſcriptura ſiue de fide diſputare tanquam de ea dubitando. nam ſic diſputans ueritatem fidei ꝓ certo non ſupponit, Sed ipſe argumentis experiri intendens procul dubio peccat, tanquam dubius in fide, & ideo infidelis eſt. c. j. de hære. & de tali diſputatione loquitur Auguſt. in c. quis neſciat. 9. diſtinct. dicens de

ſcriptura

ſcriptura ſancta nec diſceptari,nec diſputari põt,& gl.notabilis in c. uos ad fidem.96.d.& ita loquitur tex.in l.nemo.C.de ſum.Tri.quæ eſt cano nizata in c.maiores.24.q.1.ratio eſt euidens,quia cum ſacra ſcriptura & fides catholica ſit ex reuelatione diuina, & diſputans eam certiſsimam non præſupponat,grauiter Deum offendit,merito tanquam dubius in fi de hæreticus eſt d.c.j.quia nephas eſſet dicere ꝙ ſcriptura mentiatur. ca. quid ergo.24.q.5.Immo quod in ea eſt ſcriptum debemus defendere uſque ad ſanguinis effuſionem.c.ſunt quidam.25.q.1.c.ego ſolis.ix. di.

14 ¶ Tertia † cõcluſio eſt,ꝙ de ſacra ſcriptura licet diſputare,& de fide ad confutandum errores,& ad eius defenſionem contra hæreticos,ut fecerunt Stephanus & Paulus, Augu.Hier.& alij ſancti plures qui fuerunt for tiſsimi athletæ contra hæreticos,ut colligitur ex dictis.S.Tho.in d. 2. 2. q.x.arti.7.& dicebat Pau. de conditionibus Epiſcopi ad Titu. j. oportet Epm eſſe &c.amplectentem eum,qui ſm doctrinam eſt, fidelem ſermo nem,ut potens ſit exhortari in doctrina ſua,& eos qui contradicũt argue re.Et prædicta probantur in l.qm̃.C.de Epiſ.& cle.ꝑ quam.l.dicit Bal.in d.l.nemo.ꝙ pro defenſione fidei,& ad uincendum hæreticos licitũ eſt di ſputare,& nõ ꝓ ſubuerſione fidei.In dubio aũt qui eſt bene inſtructus in fide,& qui eſt catholicus pſumitur diſputare pro fidei conſeruatione, ſe cus de indoctis & nõ catholicis,quia non præſumuntur diſputare pro fidei conſeruatione,ſed pro ſubuerſione,ut conſiderauit.d.l.nemo, ut eſt

15 ibi de mente Bal. ¶ Quarta † concluſio eſt, diſputare de ſacra ſcriptura ad exercitium gratia elucidationis maioris ueritatis eorum quæ in ſacra ſcriptura continentur,aſsignando ad ea rationes,&ſimilitudines ad fidei confirmationem,laudabile eſt,& meritorium.pro quo facit gl.In d. l. ne mo.in uerbo requires.ubi dicit,ꝙ cauſa addiſcendi in ſcholis licitum eſt diſputare,nã de ſingulis dubitare non eſt inutile ſm Ariſtotelem in prędi camento relationis in topi.Bar.in proh.ff.§.& antea.Siculus in conſi. xl. clementiſsimus.lib.4.uel cauſa conuincendi hæreticum,ut in concluſione præcedenti.& in l.quoniam.C.de Epiſ.& cle.inde dicit Bal. in l.ſi poſ ſeſſor.§.quanquam.ff.de peti.hære.quod dictum cauſa diſputationis nõ

16 probat opinionem loquentis. Et † facit ad excuſationem diſputantium, qui per modum diſputandi ſæpe arguunt, etiam contra articulos fidei,non ergo hoc eſt illicitum in ſcholis & in loco diſputationum, ſecus ſi non per uiam diſputationis,ſed pertinaciter inſtaret in ijs errori bus,& dicit Sapientia Eccle.24.qui elucidant me uitam æternam habebunt,& Dani.12.qui erudiunt multos fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates,& ideo prælati debent obſeruare quod dicitur Petri 3. ut parati ſint omni poſcenti rationem darę de ea quæ in ipſis eſt fide &

ſpe, maximus quidem fructus ex diſputatione prouenit, ideo inquit Ariſto. 3. metha. ꝙ ueritatẽ inquirentes ſine dubitatione ſimiles ſunt neſciẽtibus, quo ire debeant, & in 7. Ethi. ait. non ſufficit verũ dicere niſi et cã falſitatis aſſignetur. & in pri. topico. poteris ad utranque partem dubitare, in ſingulis ſpeculabimur verũ & falſum, & dicebat Sempronius apud celeſtinã. c. j. ꝙ ſol reuerberatus fortius calefacit, & clauus repercuſſus fortius ſtringit, notando enim & diſputãdo veritas inuenitur. gl. in c. cũ Ioannes. de fide inſtr. & tex. in l. munerũ. §. mixta. ff. de mune. & hono. inde eſt ꝙ uiã ferro aperit q per contraria procedit, vt dicit Bal. in l. præcibus, colu. v. C. de impub. & alijs ſubſti. & in l. ſi pecuniã. ff. de condi. ob cãm. & inquit Hiero. in libro ꝯ pelagianos, ꝙ ſchola ſocraticorũ conſueuerat adducere omnia q̃ dici poſſent ex utraq; parte, ut magis perſpicua
17 fieret ueritas. Ex † parte, uero audiẽtiũ ſunt tres cõcluſiones. Prima Cõcluſio, ꝙ corã ſapientibus & in fide firmis licitũ eſt diſputare de fide, qa in hac diſputatione nullũ uerſaẽ periculũ. Imò ueritas ſępius tractata magis ſplendeſcit in luce, & fructus diuinus eſt iuſtitiã ſæpe recenſeri. in c. graue. 35. q. 8. & dicit Papa Pius Epiſtola. 7. ꝙ inter cæteras rões, qbus ſecta mahumetica dãnaẽ una eſt, qa de ſua lege diſputari netuit, ne eius
18 falſitas detegeretẽ. Scd'a † cõcluſio eſt, ꝙ corã ſimplicibus idiotis & ignorantibus q non ſunt ſollicitati ſeu pulſati a iudæis ſeu hæreticis nõ eſt diſputãdũ de fide, quia periculoſum eſt, quorũ ſimpliciũ fides ex hoc eſt firmior, quia nihil diuerſum audiunt, de eo qđ credunt, & ideo nõ expedit vt audiant argumenta infideliũ diſputantiũ ꝯ fidẽ, ut dicit, S. Tho. in d. q. x. art. 7. nam nonnunq̃ ſimplices huius modi intelligunt aduerſariorũ argumenta, & nõ capiunt ſolutiones, Inde incidunt plerunq; in dubitatio-
19 nẽ damnoſam, & ſic in hæreſim, ut in d. ca. pri. de hæreticis. Et † ideo caueant populo concionantes ne in hanc diſputationem coram uulgaribus prolabantur, facientes animos ſimplicium in fide firmos titubare, & generẽt ſcandalũ, ut non eos cõprehendat diuina ſnĩa q̃ hẽc, ꝙ ſi quis ſcandalizauerit unũ de puſillis iſtis qui in me credũt, expedit ei, ut ſuſpẽdaẽ mola aſinaria in collo eius & demergaẽ in ꝓfundũ maris; Matthæi. 14. Sed ꝑdicent Euangeliũ iuxta ꝑceptũ dñi, Marci. 11. & ꝑ hac concluſione facit tex. in d. l. nemo. C. de ſumma Trin. ubi interdicit diſputare de fide Chriſtiana publice coadunatis turbis, cũ ex eo quæratur occaſio tumultus, & perfidiæ, ubi dicit Saly. ꝙ nec publice nec priuatim hæc diſputatio eſt licita corã turbis, quia ratio non eſt diuerſa, & ꝑ hoc eſt tex. in d. §. inhibemus. & etiã diſputare clam coadunatis turbis eſt præſumptio maioris doli. qa ſic uidetur facere ut errores ſuos imprimat in plures audientes, & eſt ꝑſumptio, ꝙ ex certa faciat ſcientia, & docens hære

ſim

ſim magis punit q̃ addi ſcēs.ut dicit Collectanus in c.j.de off.dele.uerſi. ad quartum.& gl.in c.pe.in uerbo puniendi de hære.Bar.in l.cunctos po pulos.col.4.uer.quæritur quæ ſit illa uindicta.C.de ſumma Tri.Car. in l. j.§.ſane.de uſuris.oppo.j.intelligendo,pro ut dicit gl.in c.pe.de hæreti. quia ſi addiſcens perueneri it ad actũ ſimili pœna punitur,ut docens,ut in l.quicunq; de hære.l.culpa.C.de Mathe.& in c.ſi cupis.16.q.prima. Ter
20 tia†concluſio eſt,ꝙ diſputare de fide coram ſimplicibus idiotis & igno rãtibus ſolicitatis & pulſatis ab infidelibus & hæreticis,puta iudæis ſiue paganis nitentibus eos corrũpere in fide,non ſolũ eſt licitũ, ſed neceſſa riũ,ut dicit S.Tho.in d.ar.7.dummodo reperiantur ad hoc aliqui ſuffi cientes idonei,qui errores confutare poſsint,per hoc.n.ſimplices in fide confirmabuntur,& tolletur infidelibus decipiēdi facultas, & ipſa tacitur nitas eorum qui reſiſtere deberent,peruertentibus fidei ueritatem eſſet er roris confirmatio,uñ Greg.in moralibus dicit.ſicut incauta locutio in er rorē protrahit.Ita indiſcretũ ſilentiũ eos qui erudiri poterant in errore derelinquit,ut ĩ c.ſit rector.46.di.& quia in his ēt poſſet eſſe periculũ ſi
21 argumenta aduerſariorũ nõ confutarētur.Ideo†dicit Card.de Vio ꝙ ad huiuſmodi diſputationem pro fide contra hæreticos, non ſunt admittē di aliqui niſi ſint in philoſophia bene exercitati,& aduerſariorũ rationes & authoritates optime diſcutere ſciant,ita ut plene audientibus ſatisfa ciant,ſi de immortalitate animæ & de creatione mundi, & ſimilib. foret contētio,ſic ergo cũ iſtis eſt de fide diſputandũ non ut in dubiũ fides ipſa reuocet̃,ſed ut ipſi aduerſarij conuincant̃,ut dicit gl.in c.cum uos.24. q. 3.ſcribit Io.de Imo.in c.damnamus.col.4.de ſumm.Tri.

Primo non obſtat d.c.neſciat.q̃a loquitur, qñ quis diſputaret de fide uel ſacra ſcriptura dubitãdo,ut eſt dictũ,ſecus ſi cã dilucidãdæ ueritatis uel contra hæreticos,ut eſt dictũ,&idē dico quoad ſm.Tertio nõ obſtat ꝙ dicit Apoſtolus,q̃a ibi nõ ꝓhibetur totaliter diſputatio, ſed inordina ta.quæ magis ſit contētione uerborum q̃ firmitate ſententiarum. Quar to non obſtat ꝙ argumentum eſt rei dubiæ faciens fidem, quia dico qđ non dēt diſputari de eis quæ ſunt fidei quaſi de eis dubitando,ſed ꝑ ue ritatē manifeſtandã,& errores confutandos.oportet.n. ad fidei cõfirma tionem aliqñ cum infidelibus diſputare qñdoque fidem defendendo,ſe cundum illud 1.Pe.3.parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcēti vos rationem de ea quæ in uobis ſpe & fide.quandoque ad conuincendos hæ reticos,ſecundum illud ad Titu.primo.ut ſit potens exhortari in doctri-
22 na ſana,& eos qui contradicunt arguere. Ad† quintum uero dico,ut in prima cõcluſiõe.Et in hac diſputatione cõtra hæreticos eſt maxime ad uertendum.Aut.n.aduerſarius admittit ſacrã ſcripturam,aut non admit

tit, primo caſu probare poſſumus fidem noſtram authoritatibus ſacræ ſcripturæ ſcilicet noui & veteris teſtamenti, quod eſt per reuelationem. nam vt inquit. S. Tho. in primo opuſculo ſuo contra Græcos. c. 30. fides noſtra non habet authoritatem neque ab Angelis, neq; ab aliquibus mi raculis factis, ſed a reuelatione Patris per Filium, & Spiritum Sanctum, li cet etiã Angeli ea quæ ſunt fidei noſtræ reuelauerint aliquibus, vt Zacha riæ & Mariæ, & etiam Ioſeph, & ẽt ad fidei robur miracula plurima facta ſunt, & ſic per vnum articulum argumentamur contra hæreticos negantes alium. ſic Apoſtolus. j. ad cori. 15. ex reſurrectione Chriſti argumentabatur ad reſurrectionem communem probãdã, ut inquit. S. Tho. in pri. parte. q. j. art. 9. ſubdens ꝙ argumentari ex ſacra ſcriptura eſt maximè proprium in hac materia fidei, eo ꝙ principia huius doctrinæ per reuelationem habentur, & ſic oportet ꝙ credatur authoritati eorũ quibus reuelatio facta eſt, nec hoc derogat authoritati huius doctrinæ.

23 Nã† licet locus ab authoritate quę fundatur ſuper ratione humana ſit infirmiſſimus locus, tamen ab authoritate quæ fundatur ſuper reuelatio nem diuinam eſt efficaciſſimus, vtimur tamen in ſacra ſcriptura ratione humana non quidem ad probandum fidem (quia per hoc tolleretur meritum fidei) ſed ad manifeſtandum aliqua alia quæ traduntur in hac doctrina. cum igitur gratia non tollat naturam ſed perficiat, oportet quòd naturalis ratio ſubſeruiat fidei, ſicut & naturalis inclinatio voluntatis obſequitur charitati. vnde & Apoſtolus dicit pri. ad cor. 10. in captiuitatẽ

24 redigẽtes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Et† inde eſt, quòd ẽt authoritatibus philoſophorum ſacra doctrina vtitur, vbi per rationem naturalem veritatem cognoſcere potuerunt, ſicut Paul. actuum. 17. Inducit verbum Arati dicens. ſicut & quidam poetarum veſtrorum dixerũt, genus Dei ſumus. Sed tamen ſacra ſcriptura huiuſmodi authoritatibus vtitur quaſi extraneis argumentis & probabilibus. Authoritatibus autem canonicæ ſcripturæ vtitur proprie ex neceſſitate argumentando. Authoritatibus autẽ aliorum Doctorum Eccleſiæ quaſi arguendo ex ꝓprijs ſed probabiliter. Innititur cm̃ fides noſtra reuelationi Apoſtolis & Prophetis factæ, qui canonicos libros ſcripſerunt, non autem reuelationi ſi qua fuit alijs doctoribus facta, vnde dicit Auguſt. in epiſtola ad Hieron. & ſcribitur in c. ego ſolis. 9. diſt. Solis ego ſcripturarum libris qui canonici appellantur didici hunc honorem deferre, & nullũ authorem eorũ in ſcribendis erraſſe aliquid firmiſſime credã, alios autẽ ita lego, ut quan talibet ſanctitate doctrinaq; polleant non ideo verũ putẽ quia ipſi ita ſen

25 ſerint vel ſcripſerint. &c. Simili† mõ loquuntur iuriſtæ, nã interpretatio num alia eſt neceſſaria cui omnino eſt ſtandum, & hæc procedit à principe,

cipe,quæ & generalis dicitur,vt dicit gl.in l.j.& ibi Bal. & alij ſcribunt. C.de leg.& gl.in c.j.de poſt. præla. Altera eſt interpretatio quæ dicitur probabilis cui non ſtatur niſi quatenus lege probatur, vt ſcribitur late per Bar.& moder.in l.j.ff.ſi certum petatur,& in d.c.j. de poſtu.prælato. Si vero aduerſarius non admittit nec concedit ſacram ſcripturam,& ſic nihil credat eorum quæ diuinitus reuelantur,vt ſunt mahumetani ſecundum.S.Tho.in d.art.8.non remanet amplius via ad probandum articulos per rationem,ſed ad ſoluendum rationes ſi quas inducit aduerſarius contra fidem,cum enim fides infallibili veritati innitatur,impoſsibile autem ſit de uero demoſtrari contrarium,manifeſtum eſt probationes, q̃ contra fidem inducuntur non eſſe demoſtrationes ſed ſolubilia argumenta ut optime ſcribit.S.Tho.in primo lib.contra gentiles. capitul.ij. vnde idem ſanctus Doctor in prima parte.q.32.art.primo,dicit,quòd impoſſibile eſt per rationem naturalem ad cognitionem Trinitatis diuinarum perſonarum peruenire,& licet per rationem naturalē poſſint ea cognoſci de Deo quæ pertinent ad unitatem eſſentiæ, ut per eundem eadem prima parte.q.2.art.2.cum ſequenti.non tamen ea quæ pertinent ad di-
26 ſtinctionem perſonarum. Qui †autem probare nititur Trinitatem perſonarum naturali ratione,fidei dupliciter derogat, primo quidem quantum ad dignitatem ipſius fidei,quæ eſt vt ſit de rebus ſimilibus quæ rationem humanam excedunt,unde Apoſto.dicit ad Hæbreos. 2. fides eſt de non apparentibus.& prima ad corin.2 ſapientiam loquimur inter perfectos,ſapientiam uero non huius ſeculi,neq; principum huius ſeculi, ſed loquimur Dei ſapientiam in miſterio,quæ eſt abſcondita. Secundo quãtum ad utilitatem trahendi alios ad fidem,cum aliquis ad probandam fidem inducit rationes, quæ non ſunt cogentes cedit in deriſionem infidelium, credunt enim quòd huiuſmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus,quæ igitur fidei ſunt,non ſunt tentanda probare, niſi per authoritatē his qui authoritates ſuſcipiunt, apud alios uero ſufficit defendere,non eſſe impoſsibile quod prædicat fides,vnde Dyoniſi.2.ca.de diui. nominibus inquit, ſi aliquis eſt qui totaliter eloquijs reſiſtit longe erit à noſtra philoſophia,ad ueritatē eloquiorum.ſ.ſacrorũ reſpicit hoc
27 & nos canone vtimur. Non †arbitror tamen q̃ ſi fierent rationes inductiuę ad ea quæ ſunt fidei,q̃ per hoc meritũ fidei deperderetur, iuxta illud Gregorij in homelia,fides non habet meritũ, ubi humana ratio præbet experimentũ,quia hoc habet locũ,quando homo non haberet uoluntatē credendi ea quæ ſunt fidei niſi propter rationē inductā, nã quando homo habet uoluntatē credendi ea quæ ſunt fidei,ex ſola authoritate diuina,&t ſi habet rationē demoſtratiuam ad aliquid eorũ puta ad hoc, q̃d

eſt Deum

eſt Deũ eſſe,non pp hoc tollit uel diminuit meritũ fidei, & ſic intelligit illud prima Petri.3.parati ſemper ſitis ad ſatiſfactionẽ omni poſcẽti vos reddere rõnem de ea q̃ in vobis eſt fide & ſpe, ita dicit.S.Tho.in 2. 2. q. 3.art.x. unde reprehenſibiles uñr qui nitũtur fidẽ catholicã ommiſsis au thoritatibus ſacræ ſcripturæ humanis rõnibus cõprobare ꝯ hæreticos ar
28 gumentantes,cũ ut dictũ eſt dupliciter derogant fidei. Poſſent† ẽt ꝯ aduerſarios induci tot inenarrabilia & admiranda miracula quib.catholica eſt cõprobata fides, de quibus patet tũ ſacra ſcriptura, tũ ẽt in hiſtorijs ſanctorum,quæ ſine uirtute diuina fieri nõ poterant, pp quæ dicebat Ricardus de ſancto Victore in lib.pri.de Trinitate.c.2. domine ſi eſt error à te decepti ſumus,nam tantis ſignis confirmata ſunt,quæ non niſi per te
29 fieri poſſunt. Et† ſi negetur miraculis fidem fuiſſe plãtatam,infero, ſicut Beatus Auguſti.22.de ciuitate Dei cap. v. arguit, grande eſſe miraculum, ꝙ totus mundus ſine vllo miraculo credidit hominibus illiteratis, & difficilia contra omnes ritus patrios ſuadentibus.Et his conformẽ ſermonem edidit,Gerſon parte.4.qui incipit.erat enim lex Chriſtiana difficillima creditur,per hoc ꝙ ſuperat omnem rationem,& prohibet omne quod poteſt amari,appreciari,uel deſiderari, pro honore prædicat ignominiam,tormentum crucis,& mortis amariſsimæ,pro diuitijs paupertatem,pro delicijs abſtinentias,ieiunia & ſobrietatem,pro potentia & dominatione omnem humilitatem,& ſubiectionem, unde ſi ab aduerſariis negentur miracula,qualia affirmant ſacra ſcriptura & hiſtoriæ, in hoc tamen ſingulare eſt miraculum, ꝙ ſine miraculo tam magnus taliſque populus,& tali modo huic ſe ſubiecerit credulitati, diuites pauperes docti per illiteratos homines conuerſi ſunt,& præcipue per eos,quos ipſi cruci dabant,& dimittendo gaudia & uoluptates honores,& aſſuetas delicias, ac ueniendo ad laborem ad tormenta & mortem,& hoc totum interdũ ſubito,& ueluti in uno momento, quod maxime oſtenditur in cõuerſione ſancti Pauli,qui de perſecutore, & lupo rapace fuit ſine mora mutatus in defenſionem & ouẽ manſuetam. Et ad prædictorum cõfirmationem accedit,quod.S.Tho.in primo libr.contra gentiles cap.6.inquit,ꝙ Diuina ſapientia ſecreta ſua dignata eſt hominibus reuelare,quæ ſui pręſentiã,& doctrinæ,& inſpirationis ueritatem conuenientibus argumentis oſtendit,dum ad cõfirmandum ea, quæ naturalem cognitionem excedunt opera uiſibiliter oſtendit, quæ totius naturæ ſuperant facultatem, ut patet,in mirabili curatione languorum,mortuorũ ſuſcitatione,cœleſtiũ corporũ mirabili immutatione,& qđ eſt mirabilius humanarũ mẽtium inſpiratione, ut idiotæ & ſimplices dono Spiritus Sancti repleti ſummam ſapientiam, & facundiam in inſtanti conſequerentur, quibus

inſpectis

inſpectis prædictæ probationis efficacia, non armorū uiolentia, non uoluptatum promiſſione, & ꝙ eſt mirabiliſsimum inter pſecutorum tyrannidē innumerabilis turba, non ſolum ſimplicium, ſed ēt ſapientiſsimorū hominum ad fidem chriſtianam conuocauit. In qua oēm humanum intellectum excedentia prædicantur, uoluptates carnis cohibentur, & omnia q̄ in mundo ſunt contemni docentur, quibus animos mortaliū aſſentire. & maximum miraculorum eſt, & manifeſtum diuinæ inſpirationis opus, ut contēptis uiſibilibus, ſola inuiſibilia cupiantur, hoc aūt nō ſubito neq; caſu, ſed diuina diſpoſitione factū eſſe manifeſtū eſt, ex hoc ꝙ hoc ſe facturū Deus multis ante prophetarū pdixit oraculis, quorum libri penes nos in ueneratione habentur, utpote noſtræ fidei teſtimonium adhibentes, huius quidem confirmationis modus tangitur Hæbr. 2. quæ. ſ. humana ſalus cum initiuo cepiſſet enarrari per dn̄m, ab eis qui audiuerunt in nos confirmata eſt, cōteſtāte Deo ſignis & portentis, & uariis Spiritus Sācti diſtributionibus, hæc aūt tam mirabilis mundi conuerſio ad fidem Chriſtianam inditium certum eſt pteritorum ſignorum, ut ea ulterius iterari neceſſe non ſit, cum in ſuo effectu appareant euidenter. Et em̄ omnibus ſignis mirabilibus, ſi ad credendum tam ardua, & ad operandum difficilia, & ad ſperādū tam alta mundus abſq; mirabilibus ſignis inductus fuiſſet a ſimplicibus & ignobilibus hominibus. q̄uis non ceſſet Deus etiā noſtris temporibus ad confirmationem fidei per ſanctos ſuos miracula operari. Hi ſuero qui ſectas eorū introduxerunt proceſſerunt uia contraria, ut patet in Mahumeto, qui carnalium uoluptatum promiſsionib. conformis uoluptati carnali, habenas relaxans in quibus in promptu eſt a carnalibus hominibus obediri, documenta ēt ueritatis non attulit, niſi de facili a quolibet mediocriter ſapiēte naturali ingenio cognoſci poſsint, qm̄ potius uera, quæ docuit, multis fabulis & falſiſsimis doctrinis immiſcuit ſigna etiam non adhibuit ſuper naturaliter facta, quibus ſolum dn̄i inſpirationi conueniens teſtimonium adhibetur, dum operatio uiſibilis quæ non pōt eſſe niſi diuina oſtendit doctorem ueritatis uiſibiliter inſpiratū, ſed dixit ſe in armorū potētia miſſum, quæ ſigna ēt latronibus & tyrānis non deſunt, & ēt non aliqui ſapientes in rebus diuinis & de diuinis & humanis exercitati a principio crediderunt. Sed homines beſtiales in deſertis morantes omnis doctrinæ diuinæ prorſus ignari, pro quorum multitudine alios armorum uiolentia in ſuam legem coegit, nulla etiam diuina oracula præcedentium prophetarum ei teſtimonium perhibuit, quin po tius quaſi omnia ueteris & noui teſtamenti documenta fabuloſa narratione deprauat, ut patet eius legem inſpicienti. unde aſtuto conſilio libros ueteris & noui teſtamenti ſuis ſequacibus non reliquit legendos,

ne per eos falſitatis argueretur,vnde patet,ꝙ eius dictis fidem adhiben-
tes leuiter credunt,& in profundum inferni prolabuntur,approbat pen
thateucum,& euangelium,dicēs in eis eſſe perfectionem & lucem, ut ha
betur in Alcorano.in Cora.j.capitulo quarto.vnde ex hoc dilucide poſ-
31 ſent ipſi conuinci.Sed eſto ꝙ negent mahumetani ſacrum Euāgelium,
non eſt cū eis diſputandū rationibus ad probandum fidem noſtram,ſeu
articulos,vt eſt dictum , ſed potius ab eis quærendum,puta circa miſte-
rium ſanctiſſimæ Trinitatis,quam ipſi negant poſſet quæri quid vult Al-
coranum apud eos , quando toties inducit Deum loquentem pluraliter,
cum ſimplex ſit,& vnus,pro vt etiam habetur Gene.primo.faciamus ho-
minem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,& hoc eſt ab eis peten-
dum vt cogantur confiteri Deum vnum in eſſentia , & Trinum in perſo-
nis.Inſuper circa miſterium incarnationis quam ipſi negāt omnino opor
tet quærere ab eis,vnde ſciant ꝙ Deus non ſit incarnatus , ſi dicant quia
impoſſibile,oſtendendum eſt eis non eſſe impoſſibile , cum ſit omnipo-
tens,& poteſt omnia facere,in quibus non eſt contradictio,ſi dicūt quòd
noluit,interrogentur,quis fuit eius conſultor?ſi negent ꝙ non fecit,petē
da eſt ab eis demonſtratio,quam impoſſibile eſt ab eis dari,& ſic de alijs
articulis poteſt fieri cum eis diſputatio, & diſputans non debet in ſe ſu-
ſcipere onus probandi articulos fidei,ex quo ipſi non admittunt autho-
ritatem ſacræ ſcripturæ,ſi autem admitterent,eſſet ſecus,ut latius p̄dixi.

SVMMARIVM.

1 *Vtens uerbis ſacræ ſcripturæ,ſeu doctorum an excuſetur ſi in hæreſim labatur.*

2 *Deus quare aſſumpſit humanitatem.*

3 *Propoſitio illa,Filius Dei ſuſcepit hominem,quomodo intelligitur.*

4 *Authoritates plures ſacræ ſcripturæ ſunt intelligendæ non prout iacent ſed ſecundum expoſitionem catholicorum doctorum.*

5 *Excuſatio non eſt bona dicentis,ego uſus ſum uerbis ſacræ ſcripturæ prout cantant,ſi hæreſim incurrat.*

6 *Theologia ſcholaſtica multum nobis prodeſt.*

DECIMA QVARTA QVAESTIO.

DEcimo Quartò Quæro An ſit legitima excuſatio ſcriptoris aut prædicatoris,ſi dicat, ego vſus ſum illa uerborum forma qua utitur ſacra ſcriptura,vel Auguſtinus, ſeu Hieronymus , Ambroſius,Gregorius,aut alij catholici tractatores, ſi ex illis verbis ſequatur,

1 bis ſequatur uel inferatur hæreſis in ſacra ſcriptura. Ad† hoc eſt dicendũ ꝙ non, quia multæ propoſitiones reperiuntur, uel dictæ fuerunt à præfatis & aliis ſanctis doctoribus, quibus in propria uerborũ forma vti nõ debemus, ſed potius ſunt exponendæ, q̃ extendendæ, uel imitandæ, quæ dictis magis notæ ſunt q̃ mihi, aliqua tñ earum exempla referam. nam dicitur. Pſal. 64. Beatus homo quem elegiſti & aſſumpſiſti. Itẽ in cantico Ambroſij & Auguſtini, ſuſcepturus hominem non horruiſti uirginis uterũ, hanc propoſitionem, ꝙ Chriſtus ſuſcepit hominẽ, non admittit ſimpliciter ſchola theologorũ in uſu & practica loquendi. vnde dicit. S. Tho. in 3. diſt. 6. q. 1. art. 2. ad primum. ꝙ omnes authoritates, q̃ dicunt hominẽ aſſumptũ, exponi debent, vt ponatur concretũ pro abſtracto. i. homo ꝓ humanitate, & Chriſtus eſt homo, non quẽ aſſumpſit, Sed cuius naturam
2 humanã aſſumpſit. Inſuper† dicit Auguſti. ꝙ Deus aliter poterat liberare genus humanum q̃ per incarnationẽ & mortẽ, ſed iſte modus fuit congruentior & iuſtior, quia diabolus non erat ſuperandus potentia, ſed iuſtitia, & ideo voluit aſſumere hominẽ paſſibilem, vt in illo peccatũ Adę, & omniũ delicta puniret, & voluit illũ hominẽ aſſumere liberũ ſine peccato, vt per ipſum peccatores liberaret, ſed voluit illum ſumere cũ pœnalitatibus peccati, vt eſſent illæ pœnalitates inſtrumentũ ad merendum & ad ſumenda noſtra vulnera peccatorũ, & hæc eſt cã quare ſuſcepit hominem. i. vt hominẽ liberaret. quæ verba Auguſtini declarãs Iacobus de Valentia in dicto cantico Ambroſij & Auguſtini. Inquit eſſe aduertendũ ꝙ Filius Dei ęternus non aſſumpſit humanitatẽ nudam, quia non potuiſſet in ea pati, nec aſſumpſit perſonã & ſuppoſitum humanum, quia tunc fuiſſent duæ perſonæ in Chriſto, & ſic illa perſona licet habuiſſet facultatem patiendi, tamen non redimendi totum genus humanum à ſeruitute peccati, nec iuſtificandi omnes homines, nec conferendi eis gloriã ſempiternã, & ſic Deus nõ diceretur paſſus & redemptor, & ideo Filius Dei uoluit illam humanitatẽ aſſumere in atomo ſicut ait Damaſcenus vt refert. S. Tho. in 3. di. vi. q. j. art. j. accepit eã cũ corpore organizato, cũ cõditionibus materialibus, & indiuidualibus, ut in ea poſſet pati, & actus humanos exercere, & aſſumpſit eam ſub ſuo eſſe perſonali, & ſuppoſitali, quia verbũ æternum per ſuum eſſe perſonale, & ſuppoſitale ſuppoſita-
3 uit & perſonauit eam. Et† ideo quando Auguſtinus dicit ꝙ Filius Dei ſuſcepit hominem, non intelligitur ꝙ ſuſcepit hominem perſonalẽ & ſuppoſitatum, ſed ſolum indiuiduatum, & conditionatum, & ideo ſunt ualde attendenda uerba Auguſtini, quia non dicit quòd ſuſcepit humanitatem, ne intelligamus humanitatem rudem fuiſſe a uerbo ſuſceptam, nec dixit quòd unierit ipſi hominem in ſocietate, nec ingreſſus eſt

in

in hominē,ſicut dicit Neſtorius,Sed dicit, ꝙ ſuſcepit hominē. quia ſuſcipere dicit quandam ſuſtentationē perſonalem.Et ideo nō dicit ꝙ homo ſuſcepit Deū,ſed Deus hominem.per hoc ergo denotatur, ꝙ filius Dei ſuſcepit hominē indiuiduatum, & conditionatū ipſum ſuppoſitando & perſonādo,vt in ipſo poſſet pati, & dicitur Deus & homo generis humani Saluator & redemptor.dicit tamen.S.Bona.in 3.diſt.v.q.v.ꝙ illa propoſitio eſt falſa, Deus ſuſcepit hominē, & reſpondens ad dicta doctorū dicit,ꝙ ſunt exponenda,quia habent aliquid improprietatis, & ꝙ doctores ſancti loquuntur aliquādo multum expreſſe, & ꝙ homo in prædictis authoritatibus capitur magis abſtractiue q̃ conc etiue. Præterea beatus Atanaſius ſermone tertio actorū Niceni concilij ex perſona filij Dei loquentis ita inquit, ex tua eſſentia, quam in me genuiſti Spiritum Sanctū do eis.quem modum dicendi ſchola theologorum nō recipit,ſed illa verba exponuntur.i.Filius qui eſt diuina eſſentia generatur,uel ſic,ideſt pater filiū generando eſſentiā ſiue naturam ſuam dat ei, ut declarat magiſter ſententiarū in primo,diſt.v.& de hoc uidetur text.in c.damnamus.§. nos autem ſacro.de ſumma Trinit.S.Tho.in opuſculo ſuo.24.Et ꝑſt aliud exemplum in dictis eiuſdem Atanaſij in Epiſtola ad Serapionem ita dicentis,ꝙ Deitas eſt homo facta, quæ tamen propoſitio non accipitur in ſchola theologorū,& Magiſter in 3.diſt.v.dicit ꝙ non debet dici Diuina natura eſt caro facta,ſicut dicitur,uerbū caro factum eſt, Sed exponenda eſt ſic,Diuinitas facta eſt homo.i.naturam humanam aſſumpſit in una perſona.ſunt etiam plures aliæ authoritates, quæ ſano & recto modo ſunt intelligendæ,vt eſt in Pſal.21.Deus Deus meus quare dereliquiſti me.& in Pſal.37.non eſt pax oſſibus meis á facie peccatorum meorū, & illud Pſal.39.Circumdederunt me mala quorū non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ,& non potui ut uiderem, quæ authoritates per Auguſtinū,Caſſiodorū, & gloſam ordinariam intelligūtur in membris non autem in propria perſona Chriſti, quia alias in plures errores incideremus. Vnde ꝑdico manifeſtū eſſe,ꝙ non eſt ſufficiēs rō nec excuſatio legitima,ſi q̃s dicat hanc ꝓpoſitionē,dixi ꝓut in tali uerborū forma in ſacra ſcriptura legiẗ,aut in libris ſanctorū Patrū ſcriptū reperitur,& mihi ſic licet loqui,& talibus uerbis vti, quia pro vt dicūt tractatores,nos non habemus tā liberā loquendi ſententiam in materia fidei quā Spiritus Sāctus in ſacra ſcriptura, aut ſancti Doctores qui Spiritu Sācto locuti ſunt,tenuere,nec regulæ Ticonij.q̃ claues vocantur ſcripturę(quibus ut inq̃t.Aug.in lib.3.de doctrina Chriſtiana uerſ.Ticonius q̃dā.diuiparū ſcripturarū aperiunẗ occulta)datę ſunt ad utēdū, ſed ad exponēdū, nō ad extēdēdū modū loquēdi ſcripturā,quē nō ſine magno miſterio, & diuinæ

diuinæ ſapientiæ profundisſima diſpoſitione credimus Sanctos Patres tenuiſſe, ſed ad intelligendum obſcuros & difficiles paſſus eiuſdem cum omni integritate fidei, & ſinceritate, & illæ regulę ſeptem quas dictus Ticonius donatiſta poſt eius correctionem conatus eſt aſsignare, vocans eas claues Eccleſiæ, fuerunt correctæ ab eodem Auguſtino, hæc atteſtante in dicto libro de doctrina Chriſtiana, cũ in multis deficerent & in multis ſuperfluerent, quas optimę elucidauit Iacobus de Valentia in prolo-
6 go ſuper Pſalterium. tractatu tertio. capitulo ſecundo. Et † noſtri ingenij imbecillitati Deus omnipotens prouidit, quando inſpirauit theologiam ſcholaſticam, quæ & ſi ab humanis diſcipulis opem nonnunq̃ ſuſcipiat, ſubſidium tamen maximum ad intelligendum & perſcrutandum ueritatem theologicam confert, quam plurimi perceleb res doctores ſectãtes, ut Alex. de Ales, Albertus Magnus. S. Thomas. S. Bonauentura, Scotus, & alij uſque ad hæc noſtrã tempora ſuis luculentis doctrinis totum terrarum orbem illuminarunt, & quomodo intelligendæ ſunt & exponendæ propoſitiones ſacræ ſcripturæ & ſanctorum doctorum ſuis ſcriptis nobis catholice tradiderunt, quaṁ ſpernentes faciliter in errores graues & intollerabiles prolabuntur.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitio aſſerta contra dicta Sanctorum Doctorum Eccleſiæ, an poſsit dici hæretica.*
2 *Doctores ab eccleſia approbati qui ſunt.*
3 *Conſequentia an ſit bona, hæc aſſertio eſt contra dicta doctorum approbatorum ab Eccleſia, ergo eſt hæretica.*
4 *Auguſtinus in multis errans ſe ipſum retractauit.*
5 *Diſcordia eſt in pluribus inter doctores Eccleſiæ.*
6 *Scriptura Sacra eſt infallibilis ueritatis.*
7 *Dicta Doctorum Sanctorum, non ſunt tantæ authoritatis quin liceat illis contradicere.*
8 *Scriptura ſacra ſi non contineret infallibilem ueritatem maximum eſſet inconueniens.*
9 *Scripta ſanctorum non ſunt infallibilis ueritatis.*
10 *Canonis ſacri ſcriptores nullatenus errare potuerunt.*
11 *Scriptura ſacra innititur reuelationi factæ Apoſtolis & prophetis.*
12 *Scripta Doctorum ſanctorum. ſ. Auguſtini & aliorum de fide catholica & damnatione hæreticorum ſunt approbata ab Eccleſia, & nulli licet eis contradicere.*

Dictis

13 *Dictis ſanctorum doctorum contradicere licet, exceptis illis, quæ ſunt de fide catholica, & condemnatione hæreticorum.*

DECIMA QVINTA QVAESTIO.

1 DEcimo † Quintò Quæro, Si aliqua propoſitio aſſeratur cōtra ſententiam Auguſtini, uel Gregorij, aut Ambroſij, ſeu Hieronymi, uel aliorum Doctorum ab Eccleſia approbatorum an ſit cenſenda hæretica, & ſic an teneat hæc conſequentia, hæc propoſitio eſt contra Auguſtinum, & Hiero. uel alios, ergo eſt hæretica, & uidetur dicendum. ꝙ ſic, quia talis propoſitio eſt contra catholicā ueritatem in ſexto gradu ſcriptā, quæ eſt earum ueritatum quæ de tenenda fide & confutatione hęreticorum à doctoribus ab uniuerſali Eccleſia approbatis aſſertiue traditæ ſunt, licet in canone ſacræ ſcripturæ expreſſe nō contineantur, quod patet, quoniam cum Eccleſia uniuerſalis quæ regitur Spiritu Sancto, doctores aliquos approbauerit, eorum doctrinam tā quàm ueram recipiens, neceſſe eſt ut talium doctrina aſſertiue poſita, & nunquàm alias retractata uera ſit, & ab omnibus fidelibus firma credulitate tenenda eſt ea parte in qua ab uniuerſali Eccleſia eſt recepta, alias uniuerſalis Eccleſia uideretur erraſſe, approbando & acceptando eorum
2 doctrinam tanquàm ueram, quæ tamen uera non eſſet. Qui † autem ſint hij doctores quorum doctrina approbata uidetur, colliguntur ex textu. c. glorioſus Deus. de reliquiis & uene. ſanctorum. libr. vj. ubi referuntur Gregorius, Auguſti. Ambroſius & Hieronymus, quorum doctorum (ut ibi dicitur) per lucida & ſalutaria documenta Eccleſiam illuſtrarunt, idē habetur in c. Sancta Romana Eccleſia. 15. diſtin. & dicit. S. Tho. in libro. 4. contra gentiles. c. 24. ꝙ in determinatione quinti concilij habent hęc formalia uerba. ſequimur ꝑ omnia ſanctos Patres & doctores Eccleſiæ Athanaſium, Gregorium theologum, Gregorium Nicenum, Ambroſiū, Auguſtinum, Theophilum, Ioannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem Probum, & ſuſcipimus omnia, quæ de recta fide, & damnatione hæreticorum ſcripſerunt, ut ibi. unde uidetur ꝙ propoſitio contra illo
3 rum dicta ſit hæretica, per ea quæ late ſupra diximus. Sed † in contrarium eſt ueritas. quia non tenet hæc conſequentia, hæc aſſertio eſt contra dicta Auguſtini, uel Gregorij, ſeu Hieronymi, & ſic de cæteris doctoribus Eccleſiæ, ergo eſt hæretica: nam (ut dicit Ioannes Picus in j. q. ſuæ apologiæ) huius dicti ueritas ſicut eſt a bonis omnibus & ſubtilibus theologis credita, euidenter poteſt probari triplici ratione. Prima, quia ipſimet doctores de dictis ſuis dubitant an in eis errauerint uel non, unde Auguſti-

nus lib.j.de Trini.ca.2.inquit,nec pigebit me ſic ubi hæſito, quærere,
nec pigebit me ſicubi erro,me corrigere.Et hoc† patet in lib. retracta-
4 tionum, in quo multa ex dictis ſuis damnat,& retractat,& ſic dicta Au
guſtini non ſemper in omnibus veritatem indubiam continent,ſecun-
dū eum, & dicit Guido Carmelita Epiſcopus Maioricen.in lib.de hęre
ſibus,quòd licet Auguſtinus in his dictis loquatur humiliter ſcilicet ꝙ
in libris ſuis aliquando errauit & errare potuit, & quod de Auguſtino
dicimus,Idem intelligere poſſumus de aliis,ut probatur eiuſdē authori
tate in ca.negare.ix.diſtinc.inquientis, negare non poſſum nec debeo,
ſicut in ipſis maioribus,in ſcriptis maiorum, ita multa eſſe in tam mul
tis opuſculis meis quæ poſſunt iuſto iudicio, & nulla temeritate dāna-
ri, & idem dicit in c.ego ſolis.ea diſti.alios autem ſcilicet ſcriptores ita
lego,ut quamtalibet ſanctitate quantave doctrina polleant,nō ideo ve
rum putem,quia ipſi ita ſenſerunt,ſed quia mihi per alios authores,uel
canonicas,uel probabiles rationes,quod à uero nō exorret, perſuadere
potuerunt,& ſic non eſt conſiderandum, quis dicat, ſed quid dicatur.
5 cap.ſecundum.xix.diſtin. Secunda † ratio ſumitur a diſcordia, quæ eſt
inter ipſos authores,diſcordia enim inter authores teſtimonium eſt fal
ſitatis,cum ſit neceſſe quòd vnus diſcordantium falſum dicat, quia ne-
ceſſario vna pars contradictionis eſt falſa,uero.n.& ueritati omnia con
ſonant,ut dicit Phi.primo Ethicorum. quanta enim ſit diſcordia in di-
ctis ſanctorum extra canonicas ſcripturas nemo nouit,niſi qui illorū li
bros non legit. Diſcordat Auguſtinus in operibus ſex dierum ab aliis
doctoribus,diſcordant Hieronymus & Auguſtinus in authoritate Pſal
morū,ſuper reprehenſione Petri a Paulo facta,in ceſſatione legaliū. di
ſcrepant Augu.& Beda ſuper ſacerdotio Samuelis,Hieronymus & Au
guſtinus diſſentiunt ſup illis qui erunt in fine mundi uiui,an ſint mori
turi. Itē ſup creatione Angelorū contradicunt inter ſe Hieronymus &
Ambroſius & Auguſtinus, & demū in q̃ plurimis ſcripturis ſanctorū
doctorū reperitur alterna contradictio,& repugnātia,ut latè Picus ſcri
bit,in dicto loco. Sicut ergo illi ſancti doctores ad inuicē ſibi aduerſan
tur,Ita ēt qui poſtea ſuperuenerunt ſalua fide & ueritate ſcripturæ, &
6 ſanctæ Eccleſiæ determinatione ab illis diſſentire poſſunt. Tertia† rō
ſumitur a ſpeciali prærogatiua ſacræ ſcripturæ & ſanctorū uniuerſalis
Eccleſiæ, quibus ſolis conceditur infallibilis ueritatis Excellentia, vñ
dicebat Aug.in c.qs neſciat.ix. di.ꝙ de ſacra ſcriptura oīo dubitari, &
diſceptari nō pt vtrū uerū,uel vtrū rectū ſit qcqd i ea ſcriptū ſit,uel cō
ſtiterit eſſe,ſecus in ſcriptis aliorū doctorū,& idē dicit in c.ego ſolis,ea.
di.ſcripturæ libris,quæ iam canones appellātur, didici hunc timorem,
G hono-

honoremquè deferre, ut nullum horum authorum ſcribendo erraſſe firmiſsime credam, aut ſi aliquid in eis offendo literis, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud q̃ mendoſum eſſe codicem, uel interpretem non aſſecutum eſſe, vel me minime intellexiſſe non ambigam, de aliis uero ſecus eſt, ut ibi per eum, quẽ allegat. s. Tho. in j. parte. q. j. artic. 8. ad 2. & ad hæc optime facit. c. noli. ea. diſtinc. nam nephas eſſet dicere quod ſcriptura ſacra mentiretur, c. quid ergo. 23. q. 5. & eſt ratiò, quia habetur ex Dei reuelatione. ut dicit Cardi. in d. c. quis ne ſciat, & Pau. dicebat ad Gala. j. neque ego accepi Euangelium ab homine, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Ex quibus patet, quòd dicta ſanctorũ doctorum non innituntur infallibili ueritati. Inde eſt quòd ſæpe moderni doctores diſcedunt a dictis illorum, & ſubdit Picus quòd Robertus Olcot dicebat, quòd ſanctus uir Anſelmus in multis deceptus fuit ꝓpter ignorantiã logicæ, & Scotus in tertio ſententiarum quaſi deſtruit totũ proceſſum Anſelmi in libro cur Deus homo, hoc ergo ſtante non ſequitur, hæc aſſertio eſt contra dicta Auguſtini uel aliorum, ergo eſt hæretica.

¶ Quas rationes dũ eſſem Cæſareæ Auguſtæ in menſe Maij Anno Milleſimo Quingenteſimo uigeſimo ſecundo. uocatus de mãdato Fœlicis recordationis Adriani Papæ ſexti, ad determinationẽ errorum Ioannis Doria, corã uiginti duobus theologis ad hoc accerſitis, adduxi, p̃ſidente Reuerendiſsimo Patre & Illuſtriſsimo domino theologorũ optimo & magni ingenii uiro domino Garzia Ioayſa tunc generali priore prædicatorũ, nunc uero Archiepiſcopo Hyſpalen. & S. R. E. præsbytero Cardinali titu. ſanctæ Suſannæ, cui plurimũ debeo, quę omnibus placuerũt.

Et licet dictus Ioannes Picus attribuat ſuo ingenio illas tres rationes proximè deductas, illas tamen tranſtulit paucis additis cũ ſuis authoritatibus uerba ſingula tranſcribendo ex libro de hæreſibus carta. 184. in q. Incipiente, licet enim ſanctorũ doctorum. quem edidit dominus Guido
7 Carmelita Epiſcopus Maioricen. ubi tenet hãc concluſionem. Pro † qua dicebat Auguſtin. in Epiſtola ad Vincentium, & ponitur in c. noli. 9. diſtin. noli frater contra diuina tàm præclara tàm indubitata teſtimonia colligere uelle calumnias ex Epiſcoporum ſcriptis, ſiue noſtrorũ, ſicut Hilarii, ſiuè Cypriani, ſiue Agripini, nã hoc genus literarum ab authoritate canonum diſtinguendum eſt, non enim ſic leguntur, tanquàm ita ex eis teſtimonium proferatur. ut contra ſentire non liceat, ſicubi forte aliquid ſapuerint, quàm ueritas poſtulat, unde licet ſcripta doctorum eccleſiæ. puta Gregorii, Auguſtini, Hieronymi, & Ambroſij, Cypriani, Martiris, Hilarii, Iſidori, Proſperi, Anſelmi, Bernardi, & cæterorũ taliũ legantur in Eccleſia, & cum debita ſuſcipiantur reuerentia, non tamen

ſunt

ſunt ita firme authoritatis,quin liceat eis contradicere , aut circa ea dubitare , ubi ſcriptura ſacra euidenter non probautur , aut per Eccleſiam non determinantur,firmam & indubiam ueritatem continere,unde pręciſe per dicta dictorum doctorum non conuinceretur opinio hæretica manifeſte,nam ut dicit dictus Guido.ubi non eſt infallibilis ueritas ibi non eſt fides certa , qua firmiter credatur , cum fides infallibili ueritati innitatur.Immo circa talia nō eſt aſſenſus infallibilis,nec indubius,nec adhæſio certa,& infallibilis ueritas, & ſemper ei aſſentietur cum dubio
8 & formidine falſi.Vnde†ut dicit Augu.in Epiſtola ad Hiero.& xj.contra Fauſtum.c.8.& in 16.contra Fauſtum.c.2.ſi ſcriptura ſacra nō continet infallibilem ueritatem,& in aliqua ſui parte reperiretur falſa,non remaneret de ea certá fides,qua ei firmiter credatur, & propter falſitatē in una parte repertam,tota ſuſpecta haberetur, & ſic fides titubaret, & habetur in c.ſi ad ſcripturas.ix.diſtin.& alibi dicit Auguſtinus in lib.de doctrina Chriſtiana,titubauit fides ſi ſacrarum literarum uacillet autho 1
ritas,ſed cum in dictis præfatorum doctorum nō ſit infallibilis ueritas, & indubitata,tum quia ipſi de dictis ſuis dubitant,ut dixi,& Auguſtin. idem confirmat,lib.j.de Trini.c.3.inquiens, quiſquis hoc legit ubi pariter certus eſt,pergat mecum,ubi pariter hæſitat,quærat mecum, ubi errorem ſuum cognoſcit,redeat ad me,ubi meum, reuocet me , & in libro de uera religione.c,3.dicit, ſi quid in meis literis erroris inueniri poterit hoc ſolum mihi eſt attribuendum , ſi quid autem bonum expoſitum ſit omnium bonorum numerum largitori. Et ita patet , ꝙ dicta illorum non continent infallibilem ueritatem : tum etiam quia diſcordant ſan-
9 cti doctores in plurimis ut eſt dictum.Ex†quibus & multis aliis,quę in duci poſſent,patet quòd dicta doctorum non innituntur infallibili ueritati,cum in eis poſſit eſſe dubietas,uel falſitas , & ſine periculo hæreſis licet eis non credere,reprehendere,& reſpuere, & quamuis dicta doctorum numerata in d.c.ſancta Romana Eccleſia.xv.diſtinc.In Eccleſia legantur & recipiantur , non tamen ſic ut ſcriptura ſacra , aut ut quatuor concilia.quibus non licet contradicere,ut in c.ſicut.xv.diſt. dictis enim ſanctorum doctorum,ſalua ſemper eorum reuerentia, ut dicit Auguſt. in d.c.ego ſolis.licet contradicere ubi uidentur aliter ſentire quàm ueritas habeat.nam & ipſi inter ſe ſalua fide contradixerunt abſque pericu-
10 lo hæreſis.Non†obſtant contraria, pro quorum ſolutione eſt dicēdum, ꝙ hæc eſt prærogatiua ſcriptorum ſacri canonis, ſcilicet noui & ueteris teſtamenti,quòd nullus eorum in ſcribendo errauerit, hæc cōcluſio patet primo,quia ſcriptores canonis in ſcribēdo non ſunt loquuti à ſe ſed à ſpiritu ſancto,qui magiſter ueritatis eſt,& errare non poteſt , ſecūdū

illud Pſalm.44. lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribentis ſcilicet ſpirituſancti. ſicut enim calamus non ſcribit quod uult, ſed quod ſcribens uult, ita & iſti ſcripſerunt quod ſpiritus ſanctus in eis inſpirauit, & ſcribit in mentibus eorum,& dicit Petrus in 2. Epiſtola.primo.ſpiritusancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines,quare impoſſibile eſt quòd homines tales ſcribendo errauerint, nam ſpiritusſanctus non eſt author mendacii ſed totius ueritatis.Ioan. xiiij. ſpiritus ſanctus docebit uos omnem ueritatem,& hoc eſt quod inquit Auguſtin. in d.cap. ego ſolis,quod patet, quia ſi ſcriptores ſacri canonis in aliquo erraſſet, periret tota fidei certitudo, quæ authoritati ſacræ ſcripturæ innititur. ſicut arguit ſanctus Auguſti.in ca.ſi ad ſcripturam.ix. diſtinct.& Apoſtolus ad Roma.3.eſt autem Deus uerax,omnis autē homo mendax, unde nulli alteri quantalibet ſanctitate, uel authoritate polleat credendū eſt, quia ipſe loquutus eſt, ſed quia aut rationi aut diuinæ authoritati cōſo-
11 num dixerit. Vnde† ſanctus Thom.in prima parte quæſtio. 1. articul. 8. inquit. fides noſtra innititur reuelationi factæ Apoſtolis & Prophetis qui canonicos libros ſcripſerunt,non autē reuelationi,quæ fuit aliis doctoribus facta.& pro hoc inducit.dic.cap.ego ſolis, unde ſacra doctrina philoſophorū authoritatibus utitur,quaſi extraneis argumentis probabilibus, authoritate autem canonicæ ſcripturæ proprie ex neceſſitate arguendo, authoritate autem aliorum doctorum Eccleſiæ quaſi ar-
12 guendo ex propriis ſed probabilibus.Sed† quo ad ſcripta aliorū doctorum ſancti Auguſtini,Hieronymi,vel aliorum,diſtinguendum eſt,aut enim ſunt dicta ſcripta de fide catholica, aut condemnatione hæreticorum, pro vt plura de hac materia ſcripſerunt Auguſtinus & alii doctores ſancti,& talia ſcripta ſunt approbata ab Eccleſia tali approbatione, vt non liceat alicui contrariū ſentire,& hæc eſt approbatio facta in quinta ſinodo,de qua meminit Cardi.de Turre Crema.in cap.nolli. ix. diſt. & ſanctus Thom.in libro contra Gentiles,his ſimilis eſt liber Auguſtini de fide ad Petrum,vbi in cap.ix.ſic inchoat,firmiſsimè tene, & nullatenus dubites.& in fin. dicit. tu autem quatuor capitula ad regulam veræ fidei pertinentia fideliter veraciterque defende,fortiter pertinaciter que defende,& ſi quem contra hęc dogmatizare cognoueris, tanquam peſtem fuge,& tanquam hæreticum abijce, & de his libris loquitur ille ſextus gradus catholicarum veritatum, & contraria ſuperius formata, quia in his nullus error,nulluſquè diſſenſus eſt inter dictos doctores, & ideo hæc ſcripta tanq̃ catholicæ veritates ſunt tenenda,quia oīa videtur facere Eccleſia quibus ipſa authoritatem impartitur.c.ſi apoſtolicæ, de præben.li.6.l.1.§.omnia.C.de ueteri iure enuclea. & quæ dicit Augu.in d.cap.

d.c.noli.& d.c.ego ſolis,ut ibi dicit glo. locum habent antequam dicta eius & aliorũ fuiſſent approbata,& autẽtica pro ut nunc ſunt,ut in d.c. S.R.E.& in d.c,j.de reliq.& uene.ſanctorum.lib.6.uel loquitur ibi Auguſtinus de illis quæ nõ ſunt de fide catholica uel de cõdemnatione hęreticorum,quia talia non ſunt de neceſſitate tenenda, pro vt in ſequẽti membro dicam.Aut † uero ſcripta dictorum non ſunt de fide catholica
13 ſeu de condemnatione hæreticorum,ſed aliam materiam alterius generis tractant, & hæc non approbantur taliter, ꝙ non liceat aliter ſentire,nec ſunt ea tenenda tanquam ueritates catholicæ, quod probatur Auguſtini authoritate in d.c.negare.9.di. negare non poſſum nec debeo ſicut in ipſis maioribus,ideſt ſcriptis maiorum, ita multa eſſe in tã multis meis opuſculis, quæ poſſunt iuſto iudicio, & nulla temeritate culpari.& idem dicit in d.c.ego ſolis. uerſic. alios autho.Ita lego.unde dicere hos doctores potuiſſe errare nõ eſt inconueniens, pro ut ipſi fatent,& cum inter ſe in pluribus diſſentiant. & de dictis horũ doctorũ intelligitur concluſio ſupra habita,ꝙ non tenet hæc conſequẽtia,hæc aſſertio eſt contra dicta Auguſtini uel aliorum,ergo eſt hæretica, quia hoc uerum eſt de his,quæ non ſunt de fide catholica,& de damnatione hæreticorum,cum hæc non ſint ita ab Eccleſia approbata ꝙ nõ liceat aliter tenere, cum in hmõi opuſculis ẽt ſanctorum doctorum reperiantur inter eos contrarietates,& diſcordiæ, ut retuli, & multa alia reperiuntur in quibus ſancti doctores,ſalua fide inter ſe, contraria ſcripſerunt.Et iõ quis non obligatur ad firmiter credendum, Immo licet eis abſq; hæreſis periculo contradicere,niſi fidei,aut ſcripturæ aut Eccleſiæ determinatione approbetur, cũ ergo tanta in opuſculis doctorũ ẽt ſanctorũ reperiatur contrarietas, & diſcordia, & neceſſario unus eorũ falſum dixerit,& alius uerũ,cum uerũ uero non contrarietur, clariſſimũ eſt non eſſe approbata quæ in ſanctorum opuſculis continentur, quia alias Eccleſia approbaret contraria, ut dicit Cardi.de Turre Crema.ut in d.c.ſi ad ſcripturas.facit.l.2.§ contrarium.C.de uete.iure enuclea. opuſcula ergo ſanctorũ cũ reuerentia ſuſcipienda ſunt, non tñ in oibus ſuis ſententiis obligant ad ſic firmiter tenendum.quin liceat eis cõtradicere ubi cõtra ſcripturã ſanctã,aut contra ueritatẽ loqui rõnabiliter vſr,vñ Aug.contra Vincentiũ inquit,hoc genus literarum ſanctorũ patrũ ab authoritate canonis diſtinguendũ eſt, nõ.n.ſic legunt, tanq̃ ex eis teſtimoniũ ꝓferat,ut contra ſentire non liceat ſicubi forte aliter ſapiũt,q̃ poſtulat ueritas;in eo quippe numero ſumus,ut nõ dedignemur ẽt nobis dictũ ab Apoſtolo accipere,& ſi quid aliter ſapitis, hoc quoq; Deus uolẽs reuelauit,ut ĩ c.noli fr̃.9. di.& ſecus dicẽdũ eſt ĩ

his,quæ de fide catholica & damnatione hæreticorũ dicti doctores ab Eccleſia approbati ſcripſerunt,& ideo illa aſſertio eſſet hæretica quę veritatibus ſexti gradus contradiceret, nõ autem in aliis,ut eſt prędictũ.

SVMMARIVM.

1 *Curſus cæleſtes an neceſſitent hominum uoluntates.*

2 *Aſtrologorum iudicium fatuum eſt dum dicunt bella ſequuta ex inſpectione aſtrorum.*

3 *Aſtrorum iudicijs non eſt fides adhibenda circa hominis uoluntatem.*

4 *Aſtra non cogere hominum uoluntates multis authoritatibus comprobatur.*

5 *Aſtra non cogere hominum uoluntates exemplis probatur.*

6 *Aſtrorum influxu mores hominum cauſari dupliciter intelligitur.*

7 *Aſtra non cogere hominum uoluntates experientia probatur.*

8 *Corporum complexio ualet multum ad uariationem actuum humanorum.*

9 *Curſus cæleſtes ſi cogerent hominum uoluntatem multa abſurda ſequerentur.*

10 *Homo fuit creatus cum libero arbitrio.*

11 *Hæretica & blaſphema eſt aſſertio dicere curſus cæleſtes cogere uoluntates hominum.*

12 *Argumentum concludens contra tenentes curſus cæleſtes cogere uoluntates hominum.*

13 *Fortunam gubernare hominum actus error gentibus eſt.*

14 *Fortunam eſſe reprobatur.*

DECIMASEXTA QVAESTIO.

1 DEcimo ſexto † quæro, An ſit hæretica aſſertio hæc, ꝙ curſus cęleſtes neceſſitant hominum uoluntates, dico ꝙ non ſolũ eſt hęretica,ſed ẽt blaſphema & damnata. excludit.n.gratiã Dei per q̃ quiſq; meruit, immo ſine ea mereri non poſſumus. ca. Nabucdonoſor.uer.p̃deſtinata.24.q.4.pro ut tradit Fed.de Se.in cõſi. cclij.incipien.Reuerendo in Chriſto patri,vt ẽt ex infra dicendis latius apparebit,nã ea uera exiſtente tolleretur liberũ arbitriũ:& ea quæ ſunt peccata talia non eſſent, quia inuoluntaria,nã ideo peccatũ,quia uolũtarium.ut ſtatim dicam,unde dicebat Scotus & alij ſequuntur in. ij.di. 14.q.fi.ꝙ aſtra poſſunt inclinare uoluntatẽ,non tamen effectiuè in ipſo efficiẽdo actum uoluntatis, neque imponere neceſſitatẽ quouis mo

do,

do, quia ſemper manet uoluntas libera per ſuam liberationem potens cō traire huiuſmodi inclinationi, nam & hō maximas uincit tentationes car nalium uoluptatum, in cibo, potu, uenere, amore pecuniarum, ſic ēt incli nationibus ſuperbiæ, exponit enim ſe uilibus lucri amore, & periculis cor poris contra naturalem timorem, & ita de aliis, quia tamen per huiuſmo di conſtellationes pōt appetitus ſenſitiuus ad malum diſponi Geneſ. 8. ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia

2 ſua. Ideo† fatuum uī iudicium aſtrologorum dicentium ꝙ ex aliquibus conſtellationibus ſequūtur bella, & alia quæ a ſola libertate uoluntatis de pendent, cum etiam in rebus naturalibus certa iudicia dari non poſsint, quæ tamen cauſaliter a Deo dependent, quanto minus in his, quæ nihil commune habent cum cœlo, ſed tm̄ a uoluntate libertatis cauſant̄, hinc illud uulgatū Phtolomei in almageſto, homo ſapiens dominabitur aſtris, dominabitur inq̄ quantum ad actus rōnis, quæ influentiis aſtrorū ſubie cta non eſt, dominabitur etiam quantū ad effectus naturales, cōtra quos remedium adhiberi pōt ſicut regulariter contra aſperitatem hyemis pro uidendo de calefacientibus contra pluuias de domibus, & de aliis, hoc qui dem omnino tenere oportet. ꝙ uoluntas hominis non eſt ſubiecta neceſ ſitati aſtrorum, alioquin periret liberum arbitrium, quo ſublato non im putarentur homini bona opera ad meritum, nec mala opera ad culpam.

3 Et† ideo certiſsime tenendum eſt cuilibet Chriſtiano, ꝙ ea quæ ex uolū tate hominis dependent, qualia ſunt omnia humana opera, non ex neceſ ſitate aſtris ſubduntur, & ideo dicitur Hiere. x. a ſignis cœli noli metuere q̄ gentes timent, & diabolus ut oēs pertrahat ad errorē immiſcet ſe ope rationibus eorum qui iudiciis aſtrorum intendunt. ideo Auguſt. dicit 2. ſuper geneſim ad literam, fatendum quando ab aſtrologis uera dicuntur inſtinctu quodam occultiſsimo dici, quē neſcientes humanæ mentes pa tiuntur, ꝙ cum ad decipiēdos homines fit, ſpirituum immundorum eſt operatio, quibus quædam uera de tēporalibus rebus noſce permittitur, & ideo Augu. dicit 2. de doctrina chriſtiana, ꝙ tales aſtrorum obſerua tiones referendæ ſunt ad quædam pacta cum dæmonibus habita. eſt au tem omnino Chriſtiano uitandum pactum, uel ſocietatem cum dæmoni bus habere ſm illud Pauli. 1. Ad Cori. x. nolo uos fieri ſocios dæmonio rum, & ideo certum eſt graue peccatū eſſe circa ea quæ a uolūtate homi

4 nis dependent, iudiciis aſtrorum uti. Et† licet hoc plurimis rationibus ꝓ bari poſsit, his ommiſsis, paucis authoritatibus comprobabo. dicit enim Aug. lib. 6. de ciuita. Dei. c. j. qui ſtellas putant habere talem a Deo eis tra ditam poteſtatem, magnam cœlo faciunt iniuriam, in cuius uelut in cla riſsimo ſenatu, ac ſplendidiſsima curia, opinantur ſcelera facienda de

 cerni,

cerni, qualia ſi terrena ciuitas decreuiſſet genere humano decernente
fuerat euertenda,& idem Auguſti.2.ſuper geneſim ad literam inquit,im
pia peruerſitate in malis factis reprehendendis ingerunt accuſandum po
tius authorem ſiderum quàm hominem ſcelerum commiſſorem. Da-
maſcenus in 2. ſententiarum dicit, actuum noſtrorum nequaquam
ſunt cauſa corpora cœleſtia, nos enim liberi arbitrij a conditore fa-
cti domini noſtrorum exiſtimus actuum. Et Ambroſius aurea uerba
ponit, in libro ſuo exameron, errorē hunc nephandum de neceſſitate fa
tali reprobando,dicens, Quomodo dominus aut bonis præmia poſuit,
aut improbis penas, ſi fati neceſsitas, conuerſationem hominum ſtella-
rum curſus informant,ſi ad neceſsitatem genitalem, non ad inſtituta mo
rien.actus noſtri factaq; referantur, cur leges propoſitæ ſint, iura etiam
cur promulgata,quibus aut pœnas improbis decernitur, aut ſecuritas de
fertur innoxijs,cur non uenia datur reis cum ut ipſi aiunt non ſua uolun-
tate ſed neceſsitate deliquerunt? cur laborat agricola,& non expectat ut
inelaboratos fructus priuilegio ſuæ neceſsitatis inuehat receptaculis
horreorum? ſi ita natus eſt, ut ei diuitiæ aut opes effluant. fruſtra mer-
cator periculoſus ſollicitat mare:Si alicui otioſo poteſt ęquidē (ut aiunt)
ſorte generali diuitiarum theſaurus illabi,cur omnis hominum ſollicitu-
do de quæſtu?omne ſtudium negotiationis,omnis labor,omnis occupa-
tio?ſi non ex uoluntate,ſed fatali neceſsitate res decurrunt humanæ? ubi
enim eſt directa neceſsitas,ubi inordinata induſtria, immo fatua ſollici
5 tudo? hæc Ambroſius. Id † quidem exemplo uulgato comprobatur,
nam Plato a phiſionomo iudicatus corruptor puerorum reſpondit in-
clinationem ſiderum ſapientia uinci, aſtra enim furem, uel adulterum ſi-
gnificant, non autem furem, uel adulterum faciunt, inde dicebat glo. in
c.non liceat.xxxj.q.v.quòd illi reprobantur, qui dicunt ſuperioribus ineſ
ſe neceſsitatem in inferiora, & qui dicunt, quòd ſunt cauſa rerum,non ſi-
gna rerum,Exemplo altero confirmatur de Iacob, & de Eſau,qui gemini
nati ſunt,gene.xxv.ſic alter poſt alterum, ut poſterior plantam prioris te
neret,& tamen in uia moribus diuerſi, in actibus diſsimiles, in parentum
amores diſpares fuerunt,ſic ergo concludendum eſt non eſſe credendum
quòd curſus cœleſtes neceſsitent hominum uoluntates ad bonum uel
malum, quia ſicut dixi, peccatum non eſſet, quia inuoluntarium ut eſt
6 text.in cap.j.xv. quæſtio. vj. Et † alibi dicebat Ptholomeus in centi-
loquio, anima ſapientis medici dominabitur aſtris, propterea dicunt.
S. Thom. & S. Bona. in 2. diſtincti. 17. quòd mores hominum ſci-
licet appropriare uirtutes & uicia, & eorum euentus futurorum cauſa-
ri ex ſideribus, poteſt intelligi dupliciter, uno modo neceſſario & ſuf-
ficienter,

ficienter,Alio modo diſpoſitiue,ſeu inclinatiue,& contingenter, ſi intel
ligatur primo modo,negandum eſt,ꝙ mores hominum cauſentur ex ſi-
deribus,tum quia cum motus corporum cœleſtium ſit naturalis & neceſ
ſarius,diuerſitas morum eſſet naturalis & neceſſaria,& non ex libero ar
bitrio,& tunc fruſtra eſſent conſilia,nec merita eſſent,nec laudes, repu-
gnat enim Chriſtianæ religioni,quia tolleret præmium & meritum , re-
pugnat inſuper ſenſui,quia uidemus eodem utero natos moribus diuerſi
7 ficari,ut dixi de Iacob & Eſau.Poſtremo † repugnat experientiæ, quæ eſt
mater rerum,quia uidemus & legimus multos in primis adoloſcentiæ an
nis fuiſſe uitæ diſſolutiſſimæ, deinde moribus in melius mutatis ornatiſ
ſime uixiſſe,& ſpecioſe,ut uideri poteſt in exẽplis quæ ponit Valer.Ma-
xi.lib.vj.ca.7.de mutatione morum & fortunæ, de Scipione Aphricano,
Quinto Fabio maximo,& huiuſmodi,& propterea optime dixit philoſo
phus Solon,nemo dum uiuit,uere fœlix uel miſer dici poteſt, ad ultimū
enim uſq; fati diem ancipiti fortunæ ſubiecti ſumus, & morum aſſidue
mutationi.Sin autem nos loquamur ſecundo modo, ſcilicet contingen-
ter,inclinatiue,ſeu diſpoſitiue,ſic concedendum eſt, ꝙ mores patriarū,
appropriatæ uirtutes,& uicia hominum, & eorum euentus futurorum à
corporibus cœleſtibus & ſideribus dependeant,nam uirtus corporum cœ
leſtium operatur ſecundum doctores ad miſſionem,& qualitatem com-
8 plexionum corporum. Varia † autem diſpoſitio & complexio corporū
facit multū ad uariationem actuum, & morum animæ, nam ut plurimū
anima mutatur ad complexionem corporalem,colerici enim ſunt iracū-
di,flegmatici pigri,ſanguinei benigni,melancolici inuidi,hoc tamen, ut
dixi diſpoſitiue,contingenter,& ualde de longinquo, & non neceſſario
dicitur,nam anima dominatur corpori,& maxime quando eſt adiuta per
gratiam,unde uidemus multos colericos manſuetos, inde eſt illud dictū.
9 ſapiens dominabitur aſtris.Si † enim dicta aſſertio eſſet uera, ꝙ curſus
cœleſtes neceſſitant hominum uoluntates,multa abſurda & inconueniẽ
tia ſequerentur, quæ colliguntur ex prædictis authoritatibus, nam ſi ab
ſtellis iſte eſt fur,ille auarus,ille luxurioſus,ille ebrius,hoc non eſt bonū
ſed peſſimum, & ſequeretur ꝙ Moſes falſum dixiſſet, dū in opere quar-
tæ diei ennumeratis duobus magnis luminaribus & ſtellis dixit,Gene.j.vi
dit Deus ꝙ eſſet bonum,ſcilicet regimen ſtellarum,ſequeretur etiam,ꝙ
abſque iuſtitia dantur præmia bonis, ſequitur inſuper quod nullum iu-
dicium de hominum factis Deo relinquatur.contra text.Euangelij Mat-
the.xxv. ubi traditur de iudicio uniuerſali, in quo damnantur impij, &
remunerantur pij, & plura alia abſurda ſequerentur, quæ referre lon-
10 gum foret. Deus † enim creauit hominem cum libero arbitrio. Ec-
cle.xv.

cle.xv.ubi habetur quòd Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui. glo. j. liberi arbitrij. adiecit mandata & præcepta ſua, appoſuit aquam & ignem, ad quod uoluerit porrigat manum, ante hominem uita & mors, bonum & malum, quod placuerit, dabitur illi.
11 Et † hanc uanam hominum opinionem tenentium dictam aſſertionem & credentiam blaſfemam appellat Leo Papa in quadam Epiſtola ſua q̃ ponitur in j. parte conciliorum generalium folio. 175. dicẽs. undecima blaſfemia eſt, qua fatalibus ſtellis & animas hominum & corpora opinantur. ſtringi, per quam amentiā neceſſe eſt ut omnibus Paganorum erroribus implicati, & fauentia ſibi (ut putant) ſidera colere, & aduerſantia ſtudeãt mitigare, verum illa ſectantibus nullus in Eccleſia catholica locus eſt, quoniam qui ſe talibus perſuaſionibus dedit, a Chriſti corpore totus abſceſſit. Quæ uerba damnant dictā aſſertionem ut hæreticā & blasfemā, hęreticā in eo quod dicit, quòd illā tenens à corpore Chriſti totus abſceſſit, quod eſt proprium hæretici. c. hæreſis Græce. 24. q. 3. deducitur etiā, quia obuiat ſacræ ſcripturæ ex neceſſaria conſequentia, & cōtradicit doctrinis Sanctorum Patrum ab Eccleſia uniuerſali approbatis, in his quæ de recta fide & condemnatione hæreticorũ expoſuerunt, pro vt in ſexto
12 gradu catholicarum veritatum dictũ eſt, & in proxima. q. Si † quidẽ hæc aſſertio eſſet vera, ſequeretur demum quòd homo in hac vita non poſſet niſi peccare. & non facere bonum, quod eſt vna hæreſis Manichei, aut non poſſet niſi bene operari. & fuit hæreſis Iouiniani, ut ſcribit S. Tho. in
13 2. diſt. 28. q. j. & vterque liberum arbitriũ deſtruebat. Alij † vt Pagani ponebant fortunam vt deā, quam ſuo modo depingebant in forma fœminæ quæ eſt ſemper varia, vt dicit Codrus ſermo. xiij. quia varium & mutabile ſemper fœmina. c. forus. de uerbo. ſigni. Bolog. in Authen. habita. colu. ij. C. ne filius pro patre, & eam præficiebant omnibus diſtributionibus humanis. & huius opinionis fuit Seneca in Epiſtolis; dū ait, res humanas nullo ordine fortuna regit, ſpargitque manu munera, cæca peiora fouens, & Iuuenalis. te facimus fortuna deā cœloque locamus, & Plutarcus in lib. de remedio irę in perſona Euripidis dicebat, Deus magna regit, paruaque noſtra in fortunæ manibus dereliquit, & alibi Iuuenalis. ſi fortuna volet fies de Rhetore conſul, ſi uolet hæc eadē fies de conſule Rhetor. de hac conquerebatur Euander Eneā alloquens apud Virgilium: Me pulſum patria pelagiq; extrema ſequentē, fortuna omnipotens & ineuitabile fatū. Et Seneca prima tragedia dicebat. o fortuna uiris inuida fortibus q̃ nō æq; bonis p̄mia diuidis, & dicebat Ariſto. ubi plurimus intellectus & rō ibi minima fortuna, ubi āt plurima fortuna ibi minimus intellectus, & dicebat Iulius Cęſar atteſtante Q. Mutio, q̄s negat eximiā quo

quæ gloriam ſæpius fortunæ quàm uirtutis eſſe beneficium. Hæc
14 † quidem opinio falſa & erronea eſt, quam confirmat Auguſti. 4. lib. de ciuit. Dei. cap. 18. & dicit Scotus quoli. xxj. uerſi. quantum ad primum. ꝙ falſa eſt poſitio Paganorum imaginantium fortunam eſſe quandam Deam cui tanquàm cauſæ per ſe attribuuntur effectus quos uidemus fortuitè euenire, & forte propter iſtum intellectum malum Paganorum repræhendit Auguſt. ſe ipſum primo retract. c. i. non mihi inquit placet, totiens appellaſſe fortunam, catholici autem potius talia debent attribuere prouidentiæ diuinæ, ſaltem generaliter, ſcribit latè de his. S. Bona. in 3. ſententiarum. diſt. 37. & dicit Aug. lib. v. de ciui. Dei. ca. j. ſi propterea quiſque fato tribuit quia ipſam Dei uoluntatem vel poteſtatem fati nomine appellat, ſententiam teneat, linguam corrigat. Hęc ſcripſi aduerſus quendam prædicatorem aſſerentem contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio, quòd uirgo Maria ſit concepta in peccato originali, an ſit ſcandaloſa.*

2 *Aſſertio ſcandaloſa probatur, aſſerens Mariam uirginem conceptam in peccato originali.*

3 *Reſponſio ad extrauagantem Papæ Sixti tenentis non eſſe ab Eccleſia deciſum, quomodo intelligatur.*

4 *Doctores canoniſtæ tenent uirginem Mariam non eſſe conceptam in peccato originali.*

5 *Vniuerſitas Pariſieu. tenet quòd non fuit concepta Maria uirgo in peccato originali.*

6 *Aſſertio, ꝙ Virgo Maria non ſit in corpore in cæleſti Paradiſo, eſt male ſonans, & piarum aurium offenſiua.*

7 *Donationem Conſtantini factam non eſſe Eccleſiæ, aſſerens non eſſe procul ab hæreſi.*

14 *Sermo diui Hieronymi non deberet legi in matutinis de aſſumptione beatæ uirginis.*

DECI-

DECIMA SEPTIMA QVAESTIO:

Quæ de mandato Superiorum fuit correcta & moderata, & iuxta illorum correctionem & moderationem impreſſa.

DECIMO ſeptimo quæro, An ſint aſſertiones ſcandaloſæ hodie aſſerere, Virginem Mariam Deique genitricem fuiſſe originali peccato conceptam, & poſt mortem corporalem non fuiſſe aſſumptam in corpore in cœleſtem Paradiſum?
1 Et licet † dominus Ioann. de Gerſon in ſuo tractatu de propo. ab Epiſcopis hæreti. concluſione tertia dicat, quòd hæc aſſertio non eſt ſcandaloſa, quòd virgo Maria fuerit concepta in peccato originali, cum ſecundum eum apud maximos doctores in Theologia ſanctos & fide dignos iudicetur probabilis, neque ſcandalizari. & idem ſentit de illa quòd virgo Maria non ſit aſſumpta cum corpore in cœlum, citans ſuper hoc Hieronymum ad Euſtochium. dicendum tamen eſt, quicquid eſſet in antiquis temporibus apud illos excellentiſsimos Theologos de ijs duabus propoſitionibus dubitatum, ſecundum quæ tempora præfatus Doctor loquitur, hodie tamen ambas propoſitiones apud nos præſertim Hiſpanos & Gallos etiam, qui hanc ſententiam amploxantur, ſolemnem feſtiuitatem de hac immaculata conceptione agentes ſcandaloſas eſſe arbitror. Et licet Sixtus Papa IIII. in ſua extrauag. Incipiente Graue nimis, poſita ſub tit. de reliquijs & veneratione

ſanctorum

ſanctorum edita anno Domini Quadringenteſimo octuageſimo-tertio, videatur ſentire, quòd nondum ſit à Romana Eccleſia & Apoſtolica Sede deciſum, an ipſa domina ſit in peccato originali concepta vel non, nihilominus eadem Romana Eccleſia de ipſa intemeratæ ſemperque virginis conceptione publice feſtum ſolemniter celebre,& ſpeciale & propriũ ordinauit,& tales tribuit Indulgentias celebrantibus illud feſtum, quales conceduntur Chriſti fidelibus in ſolemnitate corporis Chriſti, vt idem Sixtus teſtatur in extrauaganti incipien. Cum præexcelſa meritorum inſignia. ſub eod.
2 titulo. Sic † igitur ijs ſtantibus dicta aſſertio apud multos uideri poteſt ſcandaloſa, aut piarum aurium offenſiua ſeu male ſonans. Nam offendit pias aures illorum, qui illius conceptionem credunt immunem à peccato, cum Eccleſia celebret feſtum
3 Conceptionis, & ideo illius colunt feſtiuitatem. Nec † obſt. quod inquit Papa Sixtus in dicta extrauaganti. Graue nimis.quòd nondum ſit à Romaua Eccleſia & Apoſtolica ſede deciſum, quia Papa ibi non loquitur quòd non ſit deciſa quæſtio ſuper conceptione uirginis,hoc eſt an ſit cõcepta in peccato originali uel non,quinnimo præſupponit Eccleſiam Romanam ſic tenere, ꝙ non ſit concepta, eo quia ibi dicit,ipſam celebrare feſtum de ipſa conceptione, & quòd ſpeciale, & proprium officium ordinauit, ſed dicit non eſſe deciſum ab ipſa Eccleſia Romana, an tenentes alteram partem incurrant hæreſim, nec forſan inconuenit, ut aliquid tradat vel tolleret Eccleſia, & contrarium tenentes non ſint hæretici cenſendi prout non ſunt contrariam opinionem tenentes & illam ſequentes, quia vt dicit Ioan. de Gerſo: in prima parte titu. de ueritatibus credendis. non omnia,quæ tradit uel tollerat Eccleſia publice legenda, ſunt de neceſsitate ſalutis, ſed dumtaxat illa, quæ ſub diffinitione iudiciali tradit eſſe credenda, uel oppoſita reprobanda, concurrente vniuerſali Eccleſiæ conſenſu. Vide omnino Guidonem Epiſcopum Maioricen. in ſuo tracta. fol. cxciij. & ita cum hoc non ſit ab Eccleſia deciſum, vt tenentes contrarium ſint hæretici cenſendi, Ideo Papa Sixtus dicit nondum eſſe deciſum, an tenentes contrarium ſint hæretici iudicandi, & hæc eſt mens dictæ extrauagantis, quæ ad non aliud edita fuit niſi ad imponendum ſilentium

prædicato-

prædicatoribus verbi diuini , ne ad inuicem ſe appellitarent hære-
ticos , ad tollenda non leuia ſcandala in mentibus fidelium exorta,
& maiora, quæ in dies exoriri ſuſpicabantur, vt ibi dicitur, Cum
igitur ad Papam ſedemque Apoſtolicam pertineat diffinire ſimiles,
& maiores quæſtiones, per cap.maiores . de Baptiſmo. & cap. quo-
tiens . xxiiij . quæſtio. prima. & cap. huic ſedi. xxvii. diſtinct. non
profecto approbaſſet hoc feſtum immaculatæ conceptionis , conce-
dens indulgentias peccatorum viſitantibus capellas huius ſanctiſ-
ſimæ conceptionis , ac illis , qui intererint horis diurnis pariterque
nocturnis dicti officii, ſi aliquis error eſſet in articulo huius uene-
4 randæ conceptionis virginis Mariæ . Et † dicit Anto. de Butr. in
cap. conqueſtus. de feriis , Audio Eccleſiam hodie approbaſſe opi-
nionem, quòd Maria non fuit concepta in originali peccato . Idem
tenet ibi Abbas . & Andr. Sicu. & in clemen. prima. de ſumma Tri-
nita. column. quinta . verſicul. Vtrum autem . & dicit Cardinal.
Florent. in dicto cap. conqueſtus. quòd feſtum conceptionis com-
muniter celebratur ab omnibus Eccleſiis , & ita debet obſeruari , ut
ipſa virgo beatiſsima ab omnibus honoretur , in quantum fieri
poteſt. vnde hęc aſſertio tenens quod ipſa domina eſt concep-
ta in peccato originali videtur eſſe apud multos , vt diximus ,
5 mus , ſcandaloſa . Et † ideo vniuerſitas Pariſien. in
libello contra aſſertiones luteranas cenſuit illam aſ-
ſertionem eſſe falſam . Eandem aſſertionem pia-
rum aurium offenſiuam appellat Andre. Si-
culus in dicta clement. prima , & ideo non
ſine ratione in uniuerſitate Pariſienſi. &
in aliis quando quis creatur doctor in
Theologia aut Bacchalarius iurat
quòd docebit & defendet,quòd
Virgo chriſtifera ſit con-
cepta ſine peccato ori-
ginali, ut etiam re-
fert Ioan. Ma-
ior in dict.
diſ.iij.

DECI-

DECISIO ALTERIVS ASSERTIOnis, An hodie ſit ſcandaloſum aſſerere Virginem Mariam Deiq; genitricem poſt ipſius mortem non fuiſſe aſſumptam in corpore in cœleſtem Paradiſum.

SEQVITVR videre de altera aſſertione ab initio huius quęſtionis propoſita, An ſcilicet hodiernis temporibus ſine ſcandalo, & abſque aurium piarum offen diculo aſſeri poſsit, Quòd Beata Virgo Maria Dei Genetrix poſt eius mortem corporalem non fuerit aſſumpta in corpore in cœleſtem Paradiſum. Et pari ratione idem cenſendum eſt de ipſius

Beatæ

Beatæ Mariæ Virginis Dei genitricis Aſſumptione, ut hodie aſſer-
6 tio ſcandaloſa, † & piarum aurium offenſiua & male ſonans ſit cen
ſenda, ratione generalis conſuetudinis Eccleſiæ, quę celebrat aſ-
ſumptionem corporis & animę in cœlum, prout ſic fuiſſe probat
Auguſt. in ſuo ſermone de aſſumptione, incipien. Quia profundiſ-
ſim. & in alio ſermone incipient. Adeſt nobis dilectiſsimi, & proba-
tur in cap. Alma mater. §. in feſtiuitatibus. de ſentent. excommu-
nica. lib. vj. & in ca. pronuntiandum. in verbo. aſſumptio. de conſecr.
diſtinct. iij. in his enim & ſi nihil certi ſtatueret diuina ſcriptura,
mos populi Dei, & inſtituta maiorum tenenda ſunt. capitulo. in
his rebus. xj. diſtinction. & in re dubia ad fidem & certitudinem
præualeret authoritas Eccleſiæ Catholicæ, capitulo palam, xj. di-
ſtinctio. & ubi lex deficeret ad conſuetudinem loci eſſet recurren-
dum. capitulo. de quibus. iuncta gloſ. uigeſima diſtinctio. &
ideo conſuetudo in his ſolemnitatibus aſſumptionis Virginis Ma-
rię ſpectanda eſt, vnde inquit, Sanct. Thom. quolibeto. ſecun-
da. quæſtion. vii. quòd magis debet ſeruari conſuetudo Eccleſię
quàm authoritas Auguſtini uel Hieronymi aut cuiuſcunque alte-
rius doctoris. Et dicebat Hoſtien. in capitul. Ne innitaris. de con-
ſtitutio. quòd opinio communis & approbata habet, quòd corpus
Virginis fuit aſſumptum in Cœlum, dicens ita tenere Auguſti-
num, Hieronymum vero non ſic aperte locutum eſſe, Immo
dicit quòd nulla ſcriptura aperte deponit. de eius aſſumptione
corporali, vt in Epiſtola ad Paulam & Euſtochium, Bald. ve-
ro in dicto cap. Ne innitaris. inquit, quòd hodie proximum eſt hę-
reſi tenere, quòd non ſit aſſumptum eius corpus, quia ſolemniſ-
ſimum feſtum ſit de aſſumptione Virginis cuius corpus & ani-
7 mam pie credunt eſſe in Paradiſo cœleſti. Facit † etiam ad hoc,
quòd hodie tenere quòd donatio Conſtantini facta Eccleſię non
ualuerit, non eſt procul ab hęreſi, inſpecto pręſertim, quod in
extrauaganti Bonifacii incipiente, Vnam ſanctam. continetur ut
ſcribit Abbas in conſil. 84. uidetur primo. colum. 2. libr. primo. &
grauius eſſet dicere nunquàm fuiſſe dictam donationem factam à
Conſtantino Imperatore Eccleſiæ, quod eſt contra text. in ca-
pitul. fundamenta Eccleſiæ. §. ne autem ipſa. de electio. lib. vi. & ad
rationes

rationes temerarias & infructuoſas quas facit Laurentius ualla in ſuo tractatu de donatione Conſtantini late & efficaciter reſpondet Cardi. A-
14 lexan. in cap. Conſtantinus. xcvj. diſtinct. Vnde † miror, quod in lectionibus matutinalis officij de aſſumptione Virginis Mariæ legatur hodie ſermo Beati Hieronymi, cum ſit oppoſitum in obiecto, nam Eccleſia tenet aſſumptam eſſe cum corpore in cœlum, & in dictis lectionibus de hoc dubitatur, & ideo conuenientior eſſet ſermo Beati Auguſtini qui hanc ueritatem affirmat animoſe, & defendit, nec debet repræhenſibile iudicari ſi ſecundum uarietatem temporum ſtatuta quandoque mutentur humana, præſertim cum urgens uel euidens utilitas hoc expoſtulet. cap. non debet. de conſangui. & affi. cap. ſciendum. xix. diſtin. cap. erit autem. diſtin. 4. cap. quod ignoret. 22. q. 4. & pro hoc facit tex. cap. fi. 24. diſtin. ubi dicit, quòd ſicut quædam ſunt quæ nulla poſſunt ratione diuelli, Ita multa ſunt quæ aut neceſsitate temporum, aut per conſiderationem ætatum oportet illa temperari, illa ſemper conſideratione ſeruata, ut in his quæ uel dubia ſunt, uel obſcura id nouerimus ſequendum, quod decretis Apoſtolicis non inueniatur aduerſum.

SVMMARIVM.

1 *Maria Virgo non fuit mortua, ſed quòd uiua fuit tranſlata ad cæleſtem Paradiſum argumentatur.*
2 *Die ultima iudicij finalis qui fuerint uiui, an ante morientur.*
3 *Mariam uirginem mortuam fuiſſe, probatur authoritatibus doctorum authenticorum.*
4 *Virginem Mariam non eſſe mortuam dicere ſcandaloſum eſt, & ſapiens hæreſim, & ibi traditur quid eſt dicere ſapere hæreſim.*
5 *Reſurrectionem generalem negare eſt hæreticum.*
6 *Veritates catholicæ non ſunt in dubium reuocandæ.*
7 *Aſſertio ſapiens hæreſim generalis eſt.*
8 *Morituri ſunt omnes & etiam Enoch qui eſt in Paradiſo terreſtri.*
9 *Reſponſio ad contraria, quòd uirgo Maria fuit mortua.*
10 *Mala ueniunt bonis, & malis bona non ſine cauſa.*
11 *Reipublicæ utilitas eſt, ut quis aliquando ſuo iure priuetur.*
12 *Punitur quis ſine culpa in pluribus caſibus.*
13 *Punitur nullus abſque culpa præcedente niſi propter manifeſtationem gloriæ Dei, ut in ceco nato dixit Chriſtus.*
14. *Pœna non debet tenere, niſi ſuos authores de æquitate canonica, ſed fallit.*

15 *Pœna priuatiua, non autem poſitiua quis punitur pro culpa alterius.*
16 *Pœna poſitiua aliquando quis punitur ob utilitatem reipublicæ.*
17 *Pœna poſitiua aliquando Deus punit aliquos temporaliter.*
18 *Maria uirgo quare fuit mortua, cum fuerit ſine aliquo peccato originali, ſcilicet mortali ſeu ueniali.*
19 *Adam an fuiſſet moriturus ſi non peccaſſet.*
20 *Regulam habens pro ſe habet intentionem fundatam.*
21 *Maria uirgo mortua fuit.*
22 *Morientur illi qui uiui reperientur in die uniuerſalis iudicij.*
23 *Exceptio non extenditur, nec ampliat regulam in non exceptuatis.*
24 *Oratio ſiue collecta quæ legitur in die Aſſumptionis Virginis Mariæ, ſcilicet; ueneranda nobis Domine, &c. declaratur.*
25 *Maria Virgo & Chriſtus mortui fuerunt.*

DECIMA OCTAVA QVAESTIO.

1 DECIMO octauo Quæro, utrum ſapiat hæreſim dicere ꝙ uirgo Maria Dei genitrix non ſubierit mortem temporalem, ſed ꝙ uiua translata fuerit ad cœleſtem Paradiſum. Et † prima facie uidetur dicendũ quòd hæc aſſertio ſit uera, ꝙ uirgo Maria non fuit mortua, quia peccatum fuit cauſa mortis. Gene. 2. quacũque hora comederitis ex eo, morte moriemini, unde comedente noſtro parente Adam ex illo fructu uetito, mors intrauit in genus humanum. Pau. ad Roma. quinto. per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, adeo ꝙ dicit Auguſt. ſuper Geneſim ad literam. quem citat magiſter in 2. ſententiarum. diſtinct. xx. ſi primi parentes non fuiſſent tranſgreſsi diuinum præceptum ſine morte ſtatuto tempore fuiſſent ad meliorem ſtatum, hoc eſt ad beatitudinem, translati. Sed virgo Maria fuit immunis ab omni peccato originali ueniali atque mortali, ut Eccleſia tenet, ut proxime dictum eſt; ſequitur ergo ꝙ non debuit mori, facit ad hoc argumentum a ceſſante cauſa, ceſſante enim cauſa ceſſat effectus. nam ceſſante ſeu uerius non exiſtente in ea peccato debuit mors ceſſare. ca. cum ceſſante, de appella. l. adigere. §. quãuis. ff de iure patro. cum peccati ſtipendium ſit mors, Pau. ad Roma. 6. & prima ad Corin. 15. ſtimulus mortis peccatum eſt. Secundo facit ius naturale, ut pœna ſequatur reos & non alios. l. ſi pœna. ff. de pœnis. l. ſancimus. C. eo. l. ob meritorum. C. ne filius pro parte. c. peruenit, de his quæ fiunt à maio. parte. c. ſed cum uirgo non fuerit rea peccati, ergo non fuit mortua. ca. cognoſcentes. de conſti. Tertio, quia licet de lege communi omnes mo-

rituri ſunt, quia ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, ut Pau. ad Hæbre. 9. tamen in propoſito uidetur agi de lege ſpeciali, ſicut de lege ſpeciali præuenta fuit, ut non macularetur ab originali peccato, quia hæc eſt ſequela dicti peccati, & generi per ſpeciem derogatur. ca. generi per ſpeciem. lib. 6. de reg. iur. l. in toto iure. ff. de reg. iur. & per ſpecialem legem derogatur generali. l. ſanctio legum. ff. de pœnis. Ange. de Peruſi. in conſi. clx. pro deciſione quæſitorum. colum. j. Raphael. Fulgo. in conſi. ccxv. in primo propoſito conſultationis. col. j. Quarto † ad hoc accedit, quia non uidetur repugnare articulo fidei, ꝙ omnes morituri ſunt, & ꝙ oẽs ſunt reſurrecturi, dicere etiam, ꝙ aliquis non morietur & conſequenter non reſurget, cum aliqui excipiãtur ab huiuſmodi generali ſtatuto, ut ſunt illi qui in die uniuerſalis iudicij uiui reperientur, quia non morientur, & conſequenter non reſurgent, nam reſurrectio eſt reparatio de morte ad uitam, ut latius ſtatim dicam, quod uidetur probari. i. ad Corint. xv. ubi ſecundum aliquos tex. dicit, non omnes quidem moriemur, Sed omnes immutabimur, quod intelligitur, quia quorundam opinio fuit, quòd non omnes homines morientur, ſed ꝙ aliqui in aduentu Chriſti ad iudicium uenient uiui, & iſti non morientur, ſed iſti immutabuntur in ſtatum incorruptionis, & propter hoc dicunt, ꝙ ille tex. Pau. dicit non omnes quidem dormiemus, ideſt moriemur, ſed omnes immutabimur tam boni quàm mali, & tam uiui quàm mortui, unde ſecundum hoc immutatio non intelligitur de ſtatu animalitatis ad ſtatum ſpiritualitatis, ſed de ſtatu corruptionis, ad ſtatum incorruptionis, & hæc litera, non omnes moriemur, non eſt contra fidem, ut dicit ibi. S. Tho. Nam. S. Hieronymus ad Marcellam de quinque quæſtionibus ſcribens inquit, ſanctos qui in fine mundi inuenient̃ non morituros, ſed uiuos aſſumendos, & ad hoc uidetur Auguſti. citare Hieronymum, dum inquit in lib. de Eccleſi. dogma. cap. 7. ꝙ ſicut aliqui æque catholici, & eruditi uiri qui credunt, anima in corpore manente, immutandos ad incorruptionem & immortalitatem eos qui in aduentu domini uiui inueniendi ſunt, & hoc eis reputari pro reſurrectione ex mortuis; ꝙ mortalitatem immutatione deponent, non morte, & licet ſecundum Hieronymum ad Minerium, ille textus apud græcos bifariam legatur, hoc eſt, omnes quidem non dormiemus, ſed omnes immutabimur, & eo modo quo habet uulgata editio, ſcilicet, omnes quidem reſurgemus. tamen Hylarius & Griſoſtomus primo modo legunt, ut ſit ſenſus, non omnes morituros, omnes tamen immutandos eſſe, & cum eo quod græci legunt conſentire uidentur ea q̃ diuus Paulus ſcribit ad Theſſalonicen. i. capitu. 4. inquiens, ſi enim credimus ꝙ Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt

per Ieſum adducet cum eo, hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, ꝙ nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt, quoniam ipſe dominus in iuſſu & uoce Archangeli deſcendet de cœlo, & qui in Chriſto ſunt reſurgent primi, Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur ſimul rapiemur cum nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum domino erimus, & dicit ibi quidam in ſuis annotationibus, ꝙ Paulus ibi ita loqui uidetur, quaſi reſurrectio ea ætate eſſet futura, licet ſecundum eum uerti potuiſſet græcus ſermo per futurum, ideſt nos qui uiuemus, & reliqui erimus, una cum illis rapiemur, ex quibus uidetur non omnes dormituros qui erunt uiui tempore aduentus Chriſti in iudicium, & ſic hæc opinio, ex quo uerba ſacræ ſcripturæ poſſunt ſaluari, non eſt ſtatim ut hæretica iudicanda, ſicut nec contraria, ita concludit dominus Guido Carmelita. Epiſcopus Maioricen. in dicto tracta. de hæreſibus. carta. cxcj. in cap. incipien. uir quidam doctus & excellens. Vnde ex his non uidetur dicta aſſertio iudicanda hæreſim ſapiens, cum non cõtrarietur articulo de uniuerſali reſurrectione, nec dictis Pauli atteſtantis, ꝙ omnes morituri ſint, cum omnes non morituri ſint, & conſequenter non reſurrecturi, ut patet in his qui reperientur uiui in die uniuerſalis iudicij, & ſufficit hãc dare inſtantiam, ut dicit gl. in c. ſicut ur geri. j. q. j. & ſcribitur per Moder. in l. ſi creditori. ff. de ope. no. nun.

3 SED † IN Contrariũ eſt authoritas Eccleſiæ, quę concinit in die glorioſiſsimæ aſſumptionis ſequentẽ collectã, ueneranda nobis domine huius diei feſtiuitas opem conferat ſalutarem, in qua ſancta Dei genetrix mortem ſubijt temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit; quæ filium tuum dominum noſtrum de ſe genuit incarnatum, &c. quæ collecta edita fuit a diuo Gregorio ut atteſtatur Grabiel in ſecundo ſermone de aſſumptione Virginis, in qua manifeſte patet Eccleſiam tenere ipſam dominam uirginem, Deique genitricem mortuam fuiſſe, & hoc tenent omnes catholici tractatores nullo diſcrepante, quos ego uiderim, & Auguſti. in ſermone. 2. de aſſumptione. incipient. quia profundiſsime, inquit, memores conditionis humanæ mortem illam ſcilicet Virginem Mariam ſubijſſe temporalem non metuimus dicere, quam idem eius filius, qui Deus & homo, lege ſortis humanæ ſuſtinuit; & hoc quia homo de eius ſuſceptus & profuſus eſt utero. Et Hieronymus ad Euſtochium dicebat, cum profecto nihil conſtet niſi ꝙ hodierna die glorioſa migrauit a corpore, idem quoque teſtatur Damaſcenus in duobus ſermonibus, & Dionyſius in libr. de diui. nominibus. parte. 2. capitulo. j. inquit Beatum Paulum Apoſtolum interfuiſſe dum ipſa domina mortua fuit, Eſt ergo concluſio, ꝙ uirgo Maria uere & realiter

mortua fuit, & ſic generaliter tenetur in uniuerſo mundo ſine contradi-ctore, pro ut in eccleſijs in die ſuæ aſſumptionis glorioſæ repræheſentat eccleſia,& ſic eſt tenendum.quia ut inquit.S. Auguſti. in libro ad inquiſitiones Ianuarij,& habetur in c.illa autem.12.diſtin.illa quæ non ſcripta, ſed tradita ſunt cuſtodimus, quæ autem toto orbe terrarum obſeruãtur, dantur intelligi,uel ab ipſis apoſtolis,uel ex plenarijs concilijs (quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas) commendata atque ſtatuta retineri, ſicut id,ꝙ domini paſsio,& reſurrectio,& aſſenſio ad cœlum, & Aduentus Spiritus Sancti anniuerſaria ſolemnitate celebrentur, & ſi quid aliud tale occurrerit quod ſeruetur ab uniuerſis, quocunque ſe diffundit Eccleſia,idem ſcrib tur in c.illud.ea.diſt.& in c.cum Marthæ. de celebra.

4 miſſarum.Vnde † hæc aſſertio,ꝙ ipſa domina non fuit mortua,non ſolum eſt ſcandaloſa,ſed etiam ſapiens hæreſim, nam illa propoſitio ſecundum Doctores ſapit hæreſim quæ aſſerit dogma peruerſum, ex quo cum notorio uero,quod negari non poteſt, ſequitur hæreſis proprie dicta.ut puta,hæc propoſitio, omnis homo exiſtens Romæ eſt in peccato mortali,poteſt dici ſapere hæreſim, quia ex ea cum aliquo uero aſſumpto uidelicet, quòd infans nouiter baptizatus eſt homo exiſtens Romæ, ſequitur ꝙ infans nouiter babtizatus ſit in peccato mortali, quod eſt hæreticum, nam in baptiſmo omnis homo ſiue paruulus, ſiue magnus moritur peccato,ut teſtatur Auguſti.in enchiridio.& habetur in cap.a paruulo.de conſe.diſtin.4.inquiens.a paruulo recenter nato uſque ad decrepitum ſenem ſicut nullus prohibendus eſt a baptiſmo, ita nullus eſt qui non peccato moriatur in baptiſmo, idem dicit in cap.regenerante.ea.diſtin. & Cardi.ſcribit in d.tracta.2.parte.libr. 3. cap. x. dixi ſupra in hac parte. q. vj. & idem in effectu diffinit. Ioan.maior.in 3.ſenten.diſtinct.xxxvij.q.2.inquiens, quòd proprie ſapiens hæreſim eſt illud ex cuius conceſsione, aſſumpto aliquo quod non poteſt rationabiliter negari,ſequitur in fide hæreſis,& ibi exemplificat, ſic igitur in propoſito eſt, dicere uirginem Mariam non eſſe mortuam,eſt negare uniuerſalem reſurrectionem,ſed hoc

5 negare eſt hæreticum. Primum † patet, ut in ſimbolo Athanaſij; ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis &c. Et qui omnem dicit nullum excludit. l. Iulianus. ff.de legat.3.cap. ſi Romanorum.13. diſt.Sed reſurgere nemo poteſt niſi prius moriatur,ut inquit Damaſce.in 4.libr.reſurrectio eſt eius quod cecidit per mortem perfecta reparatio,& S.Tho. in 3.parte.q. liiij. arti.3. inquit,reſurrectio eſt reparatio a morte in uitã. Paul.j.ad Cor.xv.oẽs quidẽ reſurgemus.2.reg. 14.oẽs morimur,& Eccl.8.oẽs in corruptiõe.Secũdũ manifeſte patet,quia ꝫdicit ueritati catholicæ primi generis in proprijs terminis, qa in præfa-

 to ſim-

to ſimbolo & alijs authoritatibus ſacræ ſcripturæ confitemur uniuerſalem reſurrectionem, quæ eſt ueritas catholica primi generis in canone ſacræ ſcripturæ contenta. nam prout tradunt doctores, ueritas catholica primi gradus ſeu generis ex ſeptem eſt illa quæ in canone ſacræ ſcripturæ ueteris ſeu noui teſtamenti in propria uerborum forma continetur, ut ſupra dixi in quæſtione quinta, & diſtinguitur ſecundum tria genera credibilium, & principalius numerandum eſt genus credibilium eorum quæ antea creduntur quàm intelligantur, ut Eſa. 7. ſecundum translationem. lxx. niſi credideritis non intelligetis, eius modi ſunt quæ ad articulos fidei
6 pertinent, ex quibus principaliter fides noſtra dependet. Quod † autem huiuſmodi ueritates in ſacra ſcriptura formaliter contentæ ſint catholicæ, manifeſtum eſt, cum de ueritate ſacræ ſcripturæ nullatenus dubitandum ſit. unde Aug. in libr. de unico baptiſmo, & in cap. quis neſciat. ix. diſtin. inquit, quis neſciat ſacram ſcripturam canonicam tam ueteris quàm noui teſtamenti certis terminis contineri, eamq; poſteris omnium Epiſcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari uel diſceptari non poſsit utrum uerum, uel utrum rectum ſit, quicquid in ea ſcriptum conſtiterit. Inde ſtante hac ueritate catholica uniuerſalis omnium mortis & carnis reſurrectionis, ſequitur manifeſte, ꝙ dicere ipſam dominam uirginem Dei genitricem non fuiſſe mortuam, & ſic uiam uniuerſæ carnis non fuiſſe ingreſſam, ſapit hæreſim, & præbet ſcandalum Chriſti fidelibus incidendi in hæreſim propriè dictã, ex theorica ſuprà tradita cognoſcẽdi aſſertionẽ hæreſim ſapiẽtẽ, q̃a nõ eſſet uerũ, oẽs morituros, & oẽs reſurrecturos, q̃ faciũt ad declarationẽ eorũ q̃ ſcribũt ic. Accuſatus. §. ſa
7 ne. de hæreti. li. 6. Licet † aliũ modum cognoſcendi aliquid ſapiens hæreſim manifeſte tradant aliqui, hoc eſt quando attribuitur aliquid creaturæ, quod eſt creatoris. ut ſi quis inuocet dæmonem ad ſciendum futura, uel crederet ſpeciem hominis poſſe mutari in ſpeciem beluæ a dæmone, ut in cap. Epiſcopi, & cap. mirum. xxvj. quæſt. v. prout late ſcribit Domi. de ſancto Gemi. in conſ. 54. quidam ſacerdos. colum. 3. & dicam infra in
8 quæſt. 21. Sic † igitur fides noſtra habet, ꝙ omnes morituri ſumus & reſurrecturi, etiam Enoch qui translatus eſt ad Paradiſum terreſtrem, ut dicunt tractatores catholici. Gene. v. & Hælias etiam raptus in eundem Paradiſum. 4. Regum. 2 vbi ſecundum Vgõ. Cardi. alimonia Spiritus Sancti, uel fructu uitæ ſuſtentantur, inde ambo exituri ad prædicandum contra perfidiam Antichriſti, morientur, nam ab eo occidentur, quia ſententia quam dominus primis parentibus inflixit, in quacunque hora comederitis. Gene. 2. in omnes quocunquẽ modo naſcantur ex Adam permanebit, etiam in Chriſto. Pſal. quis eſt homo, qui uiuet & non uidebit mortem.

tem.uerba ſunt.S. Tho.ad Hæbreos.vj.lectio.2. Conueniens enim deceńſque fuit ad multas extirpãdas hæreſes ipſam glorioſã uirginem mortem ſubijſſe temporalem. pro ut late explicat Bernardi. de Buſtis in ſuo. 9 mari. xj.parte. ſermone primo.quarta parte. Non † obſtat quòd uirgo non habuit peccatum, ergo non debuit mori,quia ut dicit Hoſtien.in cap.cognoſcentes.de conſti. qui caruit culpa, careat me iudice pœna,de quo in cap. ſine culpa.de reg.iuris. lib. vj. hinc dicitur Deutero. xxv.pro menſura delicti erit & plagarum modus. propterea dicitur, quòd quicunque ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pœna.cap.quia ea. 38. diſtinct.& quòd pœna ſequi debeat ſuos authores &c. Ad hæc dico, quòd non ſequitur,& ſufficit dare inſtãtiã.c.ſicut urgeri.1.q.1.l.ſi creditori.ff.de o pe. noui.nunci.nam non ſemper Deus infert pœnam pro culpa, quia infortunia quæ in hoc mũdo accidũt communia ſunt bonis & mal.s.rationem annectit Auguſti.de ciuit.Dei.libr.j.capitulo octauo,& quamuis Hieronymus dicat,quicquid patimur peccata noſtra meruerunt,hoc tamen generaliter dictum eſt de merito actualis uel originalis culpæ præcedentis, uel in perſona, uel in natura, ſic Iob grauiſsime punitus fuit, ut frequenter inquit beatus Gregorius in ſuo libro moralium. & in Epiſtola 10 ſuper Iob capitulo.x. Quinimo † inquit Nico.de lira in præfatione ſuper libr. Iob. in fin. quòd aliquando in præſenti malis eueniunt bona, & iuſtis aduerſa ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ, ut patet in diſcurſu illius libri, inde eſt quòd pœna ſequitur culpam, non eius qui punitur, ſed illius pro quo ille qui pœnas patitur ſatis facit, & ita fuit in Chriſto patiente mortem, ut exponunt catholici doctores ſuper Pſalm. xxj.ibi, longe à ſalute mea uerba delictorum meorum, inter quos dicit Auguſti. quorum delictorum?de quo dictum eſt, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolor in ore eius, quo modo ergo dicit delictorum meorum? niſi quia pro delictis noſtris præcatur, & delicta noſtra, ſua fecit,ut iuſtitia ſua pro noſtra iniuſtitia ſatisfaceret,inde dicebat Eſa. 53. propter ſcœlus populi mei percuſsi eum. non eſt ergo inconueniens quòd quis puniatur ſine culpa, non tamen ſine cauſa, ut dicit gloſſ. in cap.antiqua. de priuilegijs.cap.cognoſcentes,de conſtitu.facit. cap.quoniam frequenter. §. ſi uerò aliter.in fin. ibi, ſine culpa, ſed non ſine cau-11 ſa, ut lite non conteſtat.gloſſ.in cap.1 euocantes.22. diſtin. Hinc † eſt, quòd propter utilitatem publicam quis ſuo iure ſine culpa priuatur. l. item ſi uerberatum.ff.de rei uendica. l. Lucius.ff.de euictio. & ualet ſtatutum, quòd unus pro alio teneatur, ſecundum communem opinionem Barto. & aliorum in l.iure prouiſum. C.de Fabricen. libr. 11.l.ſancimus. ubi Bald. C.de pœnis, Andre. Siculus. & Decius in dicto cap. cognoſcen-

gnoſcentes, Alexand. de Imol. in l.ſæpe.colum.4.ff.de re iudi.l.de quibus.ff.de legibus. Ange. Areti.& d.Iaſo. in §. actiones. inſti. de actio.pro ut in caſu notabili cenſent doctores, ut conſanguinei teneantur pro alijs conſanguineis delinquentibus, ut ſcribit Petrus de Anchara.in cap.j.colum. 8. uerſic. quæro etiam ſcriptum eſt,de conſti. de quo Siculus & alij mentionem faciunt in d. cap. cognoſcentes, Fely.in c. ius generale. i.diſtin.colum. fina. Decius in conſil.64.diligenter & pro uiribus.colum.2.

12 In † pluribus enim caſibus Deus puniuit alios ob aliorum culpam, ut paruulos ſodomitarum, quos non excuſauit ignorantia, quin pro paterno ſcœlere cœleſti igne conſumerentur, hunc, & alios caſus ſcribunt Doctores in cap. Eccleſia.j. quæſt.4 facit.cap. fœlicis.§. fin. ff. de pœnis.libr.6. cap.mulier.xv.q.1.hinc propter communitatis delictum ciuitas priuatur dignitate pontificali,pro ut ibi ſcribunt Ioan. Andre. & alij Moderni.etiam in l.ciuitas.ff.ſi cer.peta. Franciſ. de Areti. in conſ.165. ſicut Ioannes dicit.ſic filius pro patre punitur aliquando. ca. ad aures.de pœnis.cap.uergentis.de hæreti. Saly. in d.l.ſancimus, & in l.quiſquis.C. ad l.Iuliam. Maieſta. cap.ſtatutum. de hæreti.lib.6.pro his facit dictum Valerij Maximi de neglecta religione. cap.4.inquientis. Dioniſium ſacrilegum deoſque contemnentem non fuiſſe punitum a dijs, ſed puniti fuerunt eius filij propter delictum patris. facit. cap. ad ſuccidendos. de

13 ſciſma. libro.vj. Sic † ergo quando nulla culpa præcedit patris uel matris, nullus ſine culpa punitur, niſi ut manifeſtetur gloria Dei noſtri, ut in ceco nato, & ſic ſi primi parentes non peccaſſent non fuiſſent mortui ipſi,nec poſteri,ſed tranſlati fuiſſent ad Paradiſum cœleſtem, ut dicit Auguſtin. Sed quia culpa præceſsit, non eſt inconueniens ex edicto Dei alios inculpabiles puniri, ſic enim quis punitur propter culpam ab alijs commiſſam.l.milites.§.decem.ff.de noxalibus, ut inquit Bald. in d. cap.

14 cognoſcentes. Vnde † licet de æquitate pœna non debeat tenere niſi ſuos authores,ut in d.cap.quæſiit. & d.l. ſancimus. tamen contra hanc æquitatem ſæpe iuris rigor ex cauſa ſtatuit,ut dicit gloſſ.in d.cap.ius generale.diſtinct.j.Innoc.in cap. grauem.de ſenten. excommunica. Oldra.in conſi.lxvj.an ex delicto adminiſtratorum. Dyn.in ca.non debet.de regu. iuris.libr.6.Abbas & Ioan.de Ana.in cap.uergentis. de hæreti. hinc ſunt plures caſus in quibus filius punitur pro patre, quos ſcribit Archi.in cap. qui bona.colum.pe.uerſic.ſed fallit regula.17.quæſt. 1. Cardi. Alexan.in

15 cap.ſatis.lvj.diſtinct. Et † ut aliquis pro alio puniatur, & filius pro patre faciliter procedit in pœna damni, pro ut iura deſuper allegata militant,quia ſecundum Alex.de ales,uerſus habetur, quis pœna damni punitur,paupertas,odium,fauor,uicium,ſcœlus, & ordo,perſonas ſpoliant & loca

loca iure ſuó.quem citat Car.de Turre Crema.in d.c.ius generale. & gl. in d.c.cognoſcentes.& d. c. antiqua. ſed ut quis puniatur pœna poſitiu a ſeu corporis afflictiua pro alio ſine culpa etiam concurrente cauſa, iudicium humanum non dictat,ut notat Bal.in rubri.C.res inter alios.colu. j.uerſi.Item nota per conſuetudinem.Bald.in l.j.colu.j.uer.ſecundo reuoco.C.ne filius pro patre.tradit Alex. in d.l.ſæpe.colu. 4. uerſic. ex qua ratione.cum aliis,ut ſcribit Siculus in d.c.cognoſcentes.col.3.& fundant ſe in glo.in uerbo,ſupplicium.in c.homo.23.quæſt.5.quæ inquit, quòd qui non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem pro alio, de qua meminit Cepo.in l.ſi fugitiui.colu.x.C.de ſerui.fugi.Bal.in l.Iulianus.ij.lectura.in fi.ff.qui ſati ſd.coga.quod firmat.S.Tho.in 2.2.q.108. arti.4.ꝙ nunquàm ſecundum humanum iudicium aliquis debet puniri ſine culpa pœna flagelli,ut occidatur,mutiletur,uel uerberetur,pœna autem damni punitur aliquis etiam ſecundum humanum iudicium ſine culpa, ſed
16 non ſine cauſa,ut eſt proxime dictum.Verũ† eſt tamen ꝙ nonnunquàm conſuetudine uel ſtatuto introduciter,ut quis ſine culpa, non tamen ſine cauſa puniatur etiam pœna afflictiua pro delicto alterius,ut in Republica tutius uiuatur,& a delictis abſtineatur, pro ut in caſu decreti mediolanenſis conſuluit Decius in d.conſil.63. & in alio caſu Ange.de Peruſi.in conſi.63.nobilis miles. d.Iaſo.in l.ſiquis in ſuo.§.legis.C.de inoffi.teſta.Bar.in d.l.iure prouiſum.& ibi Ioan.de Plate.C.de fabricen. lib. 11.Petrus de Ancha.in d.c.j.& late moderni in d.c.cognoſcentes,& Fe-
17 ly.in d.c.ius generale.Sed† quicquid in hoc ultimo caſu eſſet dicendum de iure humano, Prouidentia tamen diuina nonnunquàm aliquos punit temporaliter pœna afflictiua mortis corporalis,non autem æternæ,cum ſciat quid unicuique conueniat,gl.eſt notabilis.in uerbo ſecuta,in auth. ut omnes obediant iud.in prin.colla.v.iuncto illo tex.quam allegat Siculus in d.c.cognoſcentes.colu.4.& Ang.de Peru.in dicto conſi. 63. colu. fi.& Inno.in d.c.graue.inquit. ꝙ unus pro alio punitur à Deo corporaliter,qui nouit abſcondita,præſentia,& futura.idẽ.S.Tho.in d. art. & late habet in d.c.Eccleſia.pro quibus facit illud Hier.31.patres comederunt uuá acerbã,& dentes filiorũ obſtupuerũt,facit.c.niſi cũ pridẽ.§.ꝑ graui
18 quoq; ſcandalo.de renuntiatio.Sic† igit̃ eſt in propoſito,nã ꝗuis glorioſa uirgo Maria ullo peccato non peccauerit,nec concepta fuerit in originali,ſed gratia Dei ꝑuenta,nihilominus ex cauſis ꝑcedentibus cõueniẽs fuit ipſam mori,ꝑ ut allegati doctores cẽſent, & ut ẽt ſe cõformaret cũ filio ſuo.q̃a mẽbra caput ſequunt̃.l.cũ ĩ diuerſis.ff.de relig.& ſump.fun. Chriſtus aũt caput eſt totius Eccleſiæ.Pau.ad Coloſſe.j. facit,q̃a ſi id de quo minus uidet̃ ineſſe,& ineſt,ergo & id de quo magis,ut dicit gl.in c.cũ

in cunctis. de electio. ſed cũ de Chriſto dicat ſcriptura quòd peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. j. Pe. 2. nec ab Adã deſcendat per lineã ſeminalẽ, ſed uirtute Spiritus Sancti eius Sanctiſſimũ corpus ex puriſſimis ſanguinibus uirginis in eius utero formatũ fuerit, ut inq̃t Damaſcenus lib. 3. capitulo. xxxviij. & cantet Eccleſia, non ex uirili ſemine, ſed miſtico ſpiramine, uerbũ caro factũ eſt. Sicque ex ipſa generatione nulli fuerit obnoxius peccato. iuxta illud Lucæ. 1, Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obũbrabit tibi, & ſic de eius morte magis erat dubitandum, an fuiſſet mortuus ſi non fuiſſet crucifixus, quàm de morte ipſius genitricis Mariæ, quia & ſi fuerit omni peccato originali ueniali & mortali immunis, ut eſt dictũ, nihilominus de Chriſto dicit Auguſt. in lib. 2. de baptiſmo paruulorũ. capitulo. xxix. quòd ſi Chriſtus nõ fuiſſet occiſus, mortuus tamen fuiſſet, & ſenio defeciſſet, quem citat Scotus in 3. diſtinctio. 16. quæſtio. 2. & ibi. S. Tho. diſtinctio. 16. articu. 2. & moderniores ſequuntur, & glo. hoc expreſſe dicit, quã omnes referunt in cle. j. in uerbo, paſſibilẽ, de ſumma Trin. hoc tamen non fuiſſet ex neceſſitate ſuæ conditionis, quia a peccato immunis, ſed ex ſua uoluntate, de noſtra infirmitate ponens tabernaculũ ſuũ in ſole ſcilicet ſub temporali mutabilitate & labore, ut inquit Magiſter ſenten. lib. 3. diſtinctio. 16. capitulo primo. & ibi ultra alios hoc dicit. S. Bona. quæſtio. 3. conueniens ergo fuit ut ipſa Dei genitrix moreretur ſecundũ Legẽ mortis communẽ a qua non apparet excepta, ſicut & Chriſtus mortuus fuiſſet, cũ membra à capite non liceat diſcedere. capitulo. cũ non liceat. de præſcripto, unde dicit. S. Tho. in 3. parte. quæſtio. 27. art. 3. ad pri. quòd uirgo Maria ut filio conformaretur non fuit liberata à morte & alijs pœnalitatibus. & S. Bona. in 3, diſt. ſupra. Inquit quòd non fuit decens Filiũ Dei habere ma-
19 trem immortalẽ, cum ipſe eſſet mortalis. Nec obſtat illud argumẽtum a ceſſante cauſa, ſcilicet peccato in uirgine, ergo debuit ceſſare effectus, ideſt mors in ea, nàm mors prouenit in primos parentes propter peccatum ut in authoritatibus ſupra allegatis, & idem dicit Pau. ad Rom. 8. ꝙ corpus mortuũ eſt propter peccatũ, quinimò ſi quis diceret Adã primũ hominẽ factũ ita ut ſiue peccaret ſiue non peccaret moreretur in corpore, hoc eſt de corpore exiret non peccati merito, Sed neceſſitate naturæ anathema eſſet, vt dicit tex. in c. placuit. de conſe. diſt. 4. & illud dictum quod communiter Auguſt. attribuitur. ꝙ ſi Adã non peccaſſet, ſenio defeciſſet, intelligitur ideſt in ſenio defeciſſet, quaſi dicat non perueniſſet ad ſeniũ, quia ſemper fuiſſet in iuuentute, ut ibi dicit gl. quã ibi Card. ſequitur, & alibi dicebat Auguſt. de baptiſmo paruulorũ. lib. j. c. 2. proinde ſi non peccaſſet Adã non erat ſpoliandus corpore, ſed ſuperueſtiendus

immortalitate

immortalitate & incorruptione ut abſorberetur mortale a uita, ideſt ab animali ad ſpirituale tranſiret, & clarius hæc declarando dicebat Archi. in d.c. placuit. quòd primus homo ante peccatum factus fuit mortalis, & immortalis, mortalis ſecundum corpus, quia mori poterat, immortalis quia poterat non mori, eius tamen mortalitas non erat neceſsitas moriendi, ſed poſsibilitas moriendi, ſimiliter eius immortalitas non erat impoſsibilitas moriendi, ſed poſsibilitas moriendi, ſed poſt peccatũ factus eſt mortalis, ideſt neceſsitati moriendi ſubiectus, in alia uero uita eſt immortalis, ideſt nõ potens mori, & ita primus hõ comedendo de ligno uetito peccauit, & etiam ſi non comediſſet de ligno uitæ etiam peccaſſet, cum fuiſſet ſibi iuſſum ut de omni ligno Paradiſi comederet, niſi de ligno ſcientiæ boni & mali, & peccãdo mortuus fuiſſet, ut dicit Magiſter in 2. ſententiarum. diſt. 19. quibus mortem cauſantibus ceſſantibuſque in uirgine Maria, & ſic cum ipſa non peccauerit, uidetur quòd non eſſet moritura. Ad hæc dicendum eſt iam fuiſſe ſupra ſatisfactum, & licet peccatũ quod fuit cauſa mortis ceſſauerit in Maria, cum nullo peccato peccauerit, ut eſt dictum, tamen cum multæ aliæ cauſæ ſint ob quas conueniens decenſque fuerit ipſam uniuerſæ carnis uiam ingredi, de quibus dictum eſt, ideo non debuit ceſſare effectus, imò militare, quia quando ſunt plures cauſæ concurrentes ad producendum aliquem effectum, una ex illis cauſa ceſſante non ceſſat effectus, ut eſt glo. in l. ſi uentri. §. ſi. ff. de priuilegijs credi. Bar. in l. ita ſtipulatus. ff. de uerbo. obliga. glo. in §. affinitatis. inſti. de nuptijs. facit tex. in l. ſi non lex, & ibi Bal. notat. ff. de hære. inſtit. & moderni ſcribunt in c. cum ceſſante. de appella. quàmuis ergo in Maria ceſſauerit una cauſa mortis, ſcilicet peccatum, ex quo aliæ concurrebãt, ut moreretur, dicendum eſt illam mortem temporalem ſubiiſſe, & per
20 hæc patet reſponſum ad primum & ſecundum obſtaculũ. Secundò† non obſtat ꝙ fuit ſpecialis prærogatiua uirginis Mariæ ut non moreretur, ſicut ut non conciperetur in peccato originali. Quia ad hoc eſt dicendũ, ꝙ habens legem generalem pro ſe ſeu regulam habet fundatam intẽtionẽ, ut dicit gl. in l. oĩs diffinitio. ff. de reg. iuris & in rubri. eod. tit. lib. vj. & talis dicitur habere rem certã. Bar. in l. quotiens. ubi moderni. ff. ſi quis cautio. & eſt ſtandũ regulæ donec de exceptione conſtet. ut ſcribit Alberi. de Roſate in ij. parte ſtatutorũ. q. clix. ſi ex forma ſtatuti, & regula eſt tenaciter obſeruanda niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis. ſecundum Bal. in l. tutor. in fi. C. de ſeruo. pignori. dato. idem Bal. in cap. j. col. 3. ff. de aliena. indi. mu. cau. facta. ſcribitur in l. qui reſtituere. ff. de rei uendica. Et qui habet pro ſe regulam generalem grauat aduerſariũ onere probãdi legem ſpecialem, ut dicit glo. in d. rubri. & adeo hoc eſt uerũ,

quòd

quòd etiam hæc lex generalis attenditur contra perſonas uel cauſas alias priuilegiatas, cũ regula & generalis diſpoſitio cõprehendat perſonas priuilegiatas alio priuilegio de quo non loquitur. l. generalis, ut eſt de mente Bald. in l. in fraudẽ. in fin. ff. de teſta. mili. cũ alijs. ut dicit Decius in cõ
21 ſil. v. Vnde † licet ipſa domina uirgo Maria decorata fuerit multis & inenarrabilibus gratiis, & beneficijs, tũ ſuæ immaculatæ conceptionis, tum prærogatiuarũ, ex quo non reperitur priuilegiata in hoc & ab hac regula excepta, quòd mori non debuerit, nec de hoc habemus teſtes a ſacra ſcriptura uel Doctoribus authenticis, nec ab Eccleſia, ſicut habemus in eius ſanctiſſima conceptione, de qua ſupra memini, Sequitur quòd in lege generali de morte debuit cõprehendi, quinimmo uidemus ubique in die ſuæ glorioſæ aſſumptionis in Eccleſiis reprehęſentari eius mortem, quando defertur illius imago in qua eius mors deſignatur, qua tranſiuit de hoc mundo, cũ eius reſurrectione & corporis & animæ triũphantis aſſumptione in cœleſtia regna, pro ut atteſtatur conſuetudo, & Eccleſiæ tractatores unanimiter ſcribunt, quorum paulo ante meminimus, & ab hoc non eſt recedendũ, niſi Deus aliter reuelaret, cuius contrariũ aſſerere ſcandaloſum & temerariũ eſt, & hæreſim ſapiens, & heæ nouitates plerunque pariunt diſcordiã. capitulo. cũ conſuetudines. de conſuetudine.
22 Quarto † non obſtat quòd illi qui reperientur uiui in die uniuerſalis iudicij non morientur, ſecundũ aliquorũ opinionẽ. quia ad hoc dicendũ eſt ſecundũ. S. Tho. prim. ad Corinth. xv. lectione. 8. quòd Eccleſia magis acceptat aliã literã, quòd omnes morientur, ſed omnes reſurgemus, quia omnes morientur, etiã ſi ſint tunc aliqui uiui, quod ibi tenet glo. inter linearis, dicens, omnes reſurgemus tã boni quàm mali, quia etiã uiui reperti Chriſto ueniente morientur, & dicit idẽ S. Tho. in 1. 2. quæſtio. 81. articu. 3. ad primũ. quòd probabilius & conuenientius tenetur, quòd omnes illi qui in aduentu domini reperientur morientur, & poſt reſurgent. Inde Ricard. in 4. diſtinctio. 43. quęſtio. 5. inquit, quòd illa opinio. quòd non morientur uidetur contra ſacrã ſcripturam, quia ut habetur ad Hębreos. 9. ſtatuũ eſt hominibus ſemel mori. Sed omnes obligantur ad ſtatutũ qui non excipiuntur, cũ ergo ſcriptura ſacra nullũ excipiat ab iſto ſtatuto, ergo omnes moriuntur. Ad illud Hieronymi reſpõdet, quòd pro tanto Hieronymus dicit illos non morituros, quia raptim morientur, & ſtatim reſurgent, uel poteſt dici Hieronymũ illius opinionis fuiſſe, nec tamen ex hoc hæreſim incurriſſe, quia ut inquit Auguſtinus in dicto libro de Eccleſiaſticis dogma. quomodolibet quis acquieſcat, hoc eſt, ſiue moriantur illi, ſiue rapiantur, non eſt hæreticus, niſi ex contentione hæreticus fiat. Nec obſtat quod inquit Pau. j. ad Theſſal. 4. quia, ut ibi dicit.

dicit S.Tho.illi qui inuenientur uiui tempore illo, quo Chriſtus ueniet
ad iudicium, in illo momento temporis morientur, & ſtatim reſurgent,
& ideo propter modicam interpollationem reputantur uiuentes, & ita
intelligitur authoritas Pau. propter illud quod ipſe dicit, omnes quidē
reſurgemus, ut habet uulgata editio, cum qua etiam Græca concordat,
quam tenet ibi. S. Ambroſius, quem ibi alius expoſitor ſequitur, dicens
hoc eſſe tutius. & rectius, quia putat eos qui reſidui fuerint in ipſo raptu
tranſituque mortem inſtaturos, & hanc opinionem approbat Auguſt. in
xx. lib. de ciuitate Dei. cap. xx. quem refert Magiſter in 4. diſtinctio. 43.
capitulo quinto. & licet ſit altera editio aliud dicens, ſcilicet omnes qui-
dem non dormiemus. nam, ut dixi, bifariam legitur apud Græcos, ipſe ta
men Hieronymus præfert uulgatam æditionem alteri, præterea eſto ꝙ
illa opinio Hieronymi eēt uerior, tenereturq; à catholicis tractatoribus,
& ſic quòd illi qui reperiuntur uiui ſint excepti ab illo ſtatuto generali
de morte & reſurrectione, dicendum eſt, quòd illa exceptio intelligenda
eſſet in terminis in quibus loquitur, hoc eſt de illis, qui in die illa reperiē
23 tur, & non de illis qui fuerunt multo ante illum diem. Inde † dicimus ꝙ
exceptio non extendit, nec ampliat regulam in caſibus non exceptis, præ
ſertim quando exceptio procedit taxatiue, ut notat Bal. in l. ita nobis. co
lu. j. C. de adulteriis. l. item uidendum. §. ſi. ff. de peti. hæred. l. j. §. excipiun
tur. ff. de regu. iur. & priuilegium aliquibus conceſſum ad alias perſonas
non extenditur, etiam ex idemptitate rationis, ita quòd in priuilegiis
non proceditur de ſimilibus ad ſimilia, ſicut eſt in iure communi, ut no-
tat Anto. de Butrio in c. ſane. de priuilegijs, ſcribit Bal. in l. j. in princ. C.
de legibus. dicens quòd priuilegium non extenditur ad aliam perſonā,
nec ad alium locum, quia eſt ſtricti iuris. notat Domi. in c. ne aliqui. de
hære. lib. vj. Car. in conſi. 135. puto filias. col. fin. Bald. in l. non tantum.
§. non omnia. ff. de excuſatio. tuto. Angel. in conſilio 42. quoniam di-
ctum priuilegium. & ſic dicta exceptio ſeu priuilegium, quod ponit
Hieronymus taxatiue de illis qui uiui reperientur in dicta die ad alios
qui fuerunt ante illum diem, non eſt extendendum, & hoc ſatis aperte
atteſtatur quidam in ſuis ultimis annotationibus. 1. ad Corinth. 15. di-
cens, quòd ſi loquaris de his qui ante Chriſti aduentum deceſſerunt,
uerum erit proloquium, omnes reſurgemus, ſi promiſcue de ijs qui
prius deceſſerant, & ijs quos dies ille offenderit, æque uerum erit non
omnes reſurgemus, ſecundum eum, ut ibi, & ſic in propoſito, quia
cum uirgo Maria fuerit longe ante aduentum Chriſti in iudicium, in
24 generali edicto mortis & reſurrectionis comprehenſa fuit. Ex † qui-
bus ſequitur, quòd licet illa collecta quæ in Eccleſia canitur, non
legatur

legatur in officio Romano, ſed ſolum in Eccleſiis Hiſpanis & Gallicanis, ubi copia literatorum abundat, ex quo eſt conformis dictis authoritatibus tantorum doctorum Auguſtini, Hieronymi, Damaſceni, & Dioniſij, de quibus memini, fulciaturque iuribus & rationibus ante dictis, ex ea ſumenda eſt fortis authoritas, quòd ipſa uirgo glorioſa migrauit per mortem ab hoc ſeculo, etiam quòd non contraxerit originale peccatum, quod aperte in eadem probatur collecta, dum in ea dicitur, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quia cum nexus idem importat, quod uinculum, ut exodi. xxvj. ibi, aliæ ſex cortinæ nexu ſimili cohercebant, uel obligationem, ut dicit Varro. nexi ſunt liberi, qui operas ſuas in ſeruitute, quam debebant domino præſtabant, & de hoc habemus tex. in §. ſed ex conſtitutione. inſti. quib. mod. ius pa. po. ſol. in uerbo, nexibus ſuæ poteſtatis. l. fin. C. ſi res aliena. pigno. data ſit, & peccatum ſit nexus mortis, hoc eſt ad mortem obligatio. Pau. ad Roma. vj. peccati ſtipendium mors, ſenſus dictæ collectæ eſt, quòd licet nullo peccato fuerit alligata Maria, nihilominus mortem ſubijt tēporalem, quæ uero aliæ cauſæ fuerint mortis ſuæ, ſecluſo peccato, ſatis ſupra enarratæ fuerunt, ſic ergo Eccleſia, quæ illam collectam in die ſuæ aſſumptionis iubet decantare, omne peccatum deteſtatur in ipſa domina, & tamen ip
25 ſam mortuam fuiſſe confitetur. Vnde † concludendo dico, ſalua correctione. S. R. E. quòd licet ipſa glorioſa uirgo, & eius filius nequaquā fuerint originalis peccati participes, Chriſtus per naturam, ipſa uero domina per gratiam, & ſic merito immortales eſſe debebant, Quia tamen ob redemptionem noſtram mors Chriſti & paſſio ex ordinatione diuina neceſſariæ erant, cum ſine ea parcere humano generi diuina iuſtitia nollet, ideo Chriſtus corpus paſſibile & mortale neceſſario habere debuit, quia ut inquit Auguſtin. libr. viij. de Trinita. capitulo. xiij. diabolus iuſtitia ſuperandus fuit, non potentia Dei, ut homines imitantes Chriſtum iuſtitia quærerent diabolum uincere, non potentia. Intemerata itidem uirgo, cum filium paſſibilem & mortalem genitura eſſet, qui cum ea una caro futurus erat, & ab impaſſibili & immortali, paſſibile & mortale naturaliter procedere non poſſet, mortalis quoque fuit. Quare tam mater quàm filius mortui ſunt, deinde ipſa uirgo immaculata mox ut mortua eſt reſurrexit, & in cœlum empireum aſſumpta in regni cœleſtis ſolio ſublimata atque ad dexteram filij ſedens in anima in cœlo & corpore regnat, ut inquit Diuus Auguſtinus & propterea pſalmiſta ait. Pſalm. xliiij. aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato, ubi per ueſtimentum aureum gloria ſuperna, atque excellentia corporis, quod animæ indumentum eſt, exprimitur, & hoc figuratum fuit

in trono

in trono matris Salomonis Regis quæ ſedit ad dexteram eius. iij. Regum. 2.

SVMMARIVM.

1 *Infantes decedentes in uteris matrum uel in exitu a uulua ſine baptiſmo, an ſaluentur præcibus propinquorum, argumentatur primo quòd ſic.*
2 *Infantes in uteris maternis decedentes non ſaluari præcibus propinquorum defenditur.*
3 *Infantes decedentes ſine baptiſmo qua pœna puniantur.*
4 *Status triplex hominis conſideratur poſt animæ infuſionem.*
5 *Infantes in uteris maternis decedentes quare non ſaluantur.*
6 *Infantes in uteris maternis decedentes an ſaluentur uel non, diſtinctio noua & notabilis ſit ab alijs incogitata, conſideratis quatuor caſibus.*
7 *Paruulo exiſtenti in utero matris non eſt traditum remedium expiationis a peccato originali.*
8 *Infans qui non eſt ex tra uterum quare non poſsit baptizari.*
9 *Infantibus exiſtentibus in uteris maternis quare Deus non adhibuit remedium.*
10 *Infantes in uteris maternis, quando contrahunt originale peccatum.*
11 *Infantibus uterinis quare non eſt prouiſum de remedio.*
12 *Ratio diuinorum ſecretorum non eſt quærenda.*
13 *Baptiſmus an ſit triplex, uel unus quomodo intelligatur.*
14 *Baptiſmus qualis poteſt ſuffragari pueris exiſtentibus in uteris maternis, & ibi morientibus.*
15 *Baptiſmus hoc operatur in lege Euangelica, quod olim operabatur circunciſio apud ueteres.*
16 *Infans ductus ad baptiſmum ſi moriatur in uia non ſaluatur, & ideo non eſt ſepeliendus in eccleſiaſtica ſepultura.*
17 *Motus fidei an requirebatur tempore legis antiquæ in parentibus infantis.*
18 *Paruuli in ueteri teſtamento an erant melioris conditionis tempore l. ueteris, quàm tempore legis Euangelicæ.*
19 *Paruuli ante octauum diem taxatum circuncifioni quare in lege ueteri ſaluabantur ſi moriebantur ante octauum diem, ſecus autem ſit in l. Euangelica.*
20 *Conſequentia non eſt bona dicere, quòd infantes in l. ueteri ante octauum diem decedentes incircuncifi ſaluabantur, ergo idem ſit in infantibus decedentibus ſine baptiſmo in l. Euangelica.*

Infantes

21 *Infantes occiſi pro Chriſto baptizantur baptiſmo ſanguinis.*
22 *Baptiſmatis beneficium non communicatur niſi natis extra uterum, & qui non conueniunt uerba legis, nec illius diſpoſitio conuenit,*
23 *Sanctificati in utero idest emendati a peccato originali qui ſint.*
24 *Argumentum de ſimilibus ad ſimilia non habet locum in priuilegiis.*
25 *Peccati originalis remedia ceſſauerunt ueniente lege euangelica.*
26 *Infantes ſine baptiſmo decedentes non ſaluantur in fide parentum.*

DECIMA NONA QVAESTIO.

1 DEcimo Nono † Quæro, An ſtante lege Euangelica pro ut ſtat ſit dicendum quòd infantes chriſtianorum decedentes in uteris maternis ſine baptiſmo, præcibus, fide, ſeu benedictione parentum expientur à peccato originali, taliter quod ſic decedentes credendum ſit illos ſaluos fieri. Et prima facie dicendum uidetur quod ſic, nam nunquam deſinit bonitas medici, & uoluntas curandi, ergo exiſtente morbo parata fuit medicina, atteſtante hoc Vgone de ſancto Victore, inquiente, quandocunq; fuit morbus, fuit medicina morbi, ut refert. S. Tho. in 4. diſt. j. q. j. art. 2. q. 3. unde cũ in infuſione animæ ſtatim ipſa anima contrahat peccatũ originale; igitur ſtatim parata uidetur medicina ex congruentia bonitatis ipſius medici. Secũdo nulli ſtatui hominis præcluditur via ſalutis ab eo qui uult omnes homines ſaluos fieri, qui quoq; promptior eſt ad miſerendum, quàm ad puniendum, ut dicunt doctores in 4. diſtin. 4. q. 2. ſed paruuli in uteris maternis clauſi homines ſunt, cum iam ſint animam rationalem ſortiti, & ſunt in periculo animarum ſuarũ propter originale peccatum contractum, & corpuſculi teneritudinem, ergo illis ſicut cæteris ſtatibus uidetur quòd ſit de remedio ſalutis prouiſum. Tertio ſcribitur in Pſalm. xxvj. uerſu. adiutor meus eſto ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus, per glo. quæ dicit, fruſtra creaſti & recreaſti, ſi mortales deſpicis, quod non debes. quia non mea propria, ſed parentalis culpa eſt, qua in hanc mortalitatem cecidi. igitur cũ omnes paruuli parentali culpa ceciderint in hanc mortalitatem, uidetur quòd non debeat dominus illos deſpicere, immo adiutorium præſtare. Quarto in caſu neceſſitatis uidetur ſufficere baptiſmus in uoto parentum, præcipue cum aliquo ſigno exteriori, & hoc ſuaderi uidetur ex authoritate Gregorij in 4. moralium. inquientis, quod apud nos ualet aqua baptiſmi, hoc egit apud ueteres, uel pro paruulis ſola fides, uel pro maioribus uirtus ſacrificij, uel pro his qui ex Abrahæ ſtirpe prodierũt myſteriũ circũciſionis, refert Magiſter in 4. diſt. j. & habetur in ca. quod apte.

de conſecra. diſtinct. iiij. Vnde ſic arguitur, fides ſola veterum non fuit maioris uirtutis apud ueteres, quàm apud nos, ac per hoc non plus potuit neceſsitatis uergente articulo ſubuenire tunc quàm nunc, ſed tunc deficiente paruulis proprio ſalutis auxilio, parentum fides pro paruulo ſola ſufficiebat, ergo & nunc quando paruulo deeſt proprium ſalutis remedium, quod eſt baptiſmus, & ideo ſola parentum fides paruulum Deo offerens uidetur ſufficere ad ſalutem paruuli exiſtentis in materno utero. Quinto facit, quia in lege ueteri ſi aliquando infantes decedebant incircumciſi ante diem octauum ſecundum probabiliorem opinionem, ſaluabantur per benedictionem ſeu oblationem aliquam, quoniam ex lege circumciſionis non ſunt redditi mares deterioris conditionis, quàm fœminæ quas conſtat ante octauum diem potuiſſe conſequi remedium contra peccati originalis maculam, ſicut igitur incircumciſi tunc infantes propter impoſsibilitatem circumciſionis in fide parentum ſaluari poterant, ita uidetur quòd nunc non baptizati. Pro hoc facit, nam ſicut in lege Euangelica habemus Ioan. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non intrabit in regnum Dei. ſic Gene. 17. dicitur, anima cuius præpucij caro circumciſa non fuerit peribit de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit, ſicut ergo illi ſaluabantur qui moriebantur ante octauum diem incircumciſi, nam antea non poterant circũcidi, ita pariter dicendum uidetur de iſtis pueris uterinis ex quo non poterant baptizari, quòd ſaluentur, ne ſequatur, quòd lex Euangelica ſit durior lege moſaica, cum ſit lex amoris, illa uero rigoris. Sexto illa authoritas Ioannis. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non intrabit in Regnum Dei, uidetur quòd ſolum loquatur de natis extra vterum, non autem de vterinis, & ſic quòd natus de matre niſi renaſcatur non intrabit in Regnum Cœlorum, ergo non obligat ad baptiſmum niſi natos, & non illos qui non ſunt nati, ergo uidetur quòd non nati ſaluentur, ſicut illi qui moriebantur incircũciſi ante diem octauum. Septimo hoc factum eſſe aliquando atteſtatur ſacra ſcriptura, ut in Hieremia. j. antequam exires de uulua ſanctificaui te, & in Ioanne Baptiſta Lucæ. j. ibi & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, & idem aliqui putant de Iacob, ut dicit Magiſter. in. 4. diſtinct. 6. cap. 2. & idem de Sanſone, ut iudicum. 13. Octauo facit quod dicitur Matthæi. ix. quòd deferentibus paralíticum curandum ad Ieſum uidens Ieſus fidem illorum, miſertus eſt eis & curauit illum non ſolum in corpore ſed in anima, ut dicunt doctores, ſi ergo adulto potuit ualere fides aliorum ad emundationem actualis peccati, multo fortius paruulo debet ualere fides parentũ ad emundationem originalis. Vltimo, ſicut ſtatus ille exiſtentium in vteris maternis

I capax

capax eſt baptiſmi ſanguinis ſi propter Chriſtum ſic exiſtentes occiderentur, nam martires eſſent, ſicut innocentes, ut dicit Auguſt. ſic rationabile quidem uidetur parentum fidem poſſe optando perducere paruulos ad id ad quod corporalis paſsio perducit.

2 SED † PRAEDICTIS non obſtantibus cum correctione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, contrarium uidetur uerius, ꝙ dicti infantes decedentes in uteris maternis, uoto aut fide uel benedictione Parentum nõ liberentur ab originali peccato, ſecundum communem legem Euangeli cam datam nobis à Chriſto, quia hic nec de miraculis, nec de iudicio Dei occulto eſt diſcrepatio, cum ipſe poſsit illos ſaluare ſi uult, & quando uult, nec eſt homo qui poſsit ſcire conſilium Dei, atteſtante Pau. ad Roma. xj. o altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, Deus enim non alligauit potentiam ſuam ſacramentis, ut dicit Magiſter in 4. diſtinct. j. ca. 2. ille enim ſtatus puerorum exiſtentium in uteris maternis ſoli Deo notus eſt, & ſenſum domini quis cognouit? aut quis conſiliarius eius fuit? ex ſua miſericordia dominus perdito homini remedia conſtituit, quæ & quomodo uoluit, quem ſi ne remedijs damnare potuit, & quis dicet ei cur ita facis? ſicut figmentum fictori ſuo, cur me feciſti ſic? nam quæcunque uoluit fecit, & quæ uoluit, eo ꝙ uoluit iuſte uoluit, & fecit, uoluit itaque remedia inſtituere contra morbum peccati in Eccleſia per ſacramenta Eccleſiæ diſpenſanda his qui noti eſſe poterant Eccleſiæ, eorum uero qui nondum in lucem noticiæ prodierunt, remedia in ſua ſibi poteſtate conſtituit, quos cum uoluerit ſine exteriori remedio & ſanctificare, & ſaluare poteſt, ſicut factũ de quibuſdam ſacra ſcriptura teſtatur, & quod paucis, ut Ioanni, & Hieremiæ in priuilegium factum eſt. poſſet quibus uult impertiri, quia ut dixi non alligauit potentiam ſuam ſacramentis, nec abbreuiata eſt manus eius, Eſaiæ. lix. Sic ergo noſter ſermo eſt ſecundum legem communem. Dicit ergo ad propoſitum Auguſtin. de dictis paruulis ad Dardanum, nemo renaſcitur niſi pœnis naſcatur. ut eſt in tex. Magiſtri in 4. diſtin. 6. Sed emundatio ab originali eſt quædam regeneratio, ergo non poteſt alicui communiter applicari antequam ex utero naſcatur, & ad hoc adducit Auguſtinum Thom. in 3. parte. q. 58. arti. xj. Et dicit Iſidorus in primo ſuarum ſententiarum, & habetur in c. qui in maternis. de conſe. diſtin. 4. qui in maternis ſunt uteris, ideo cum matre baptizari non poſſunt, quia qui natus ſecundum Adam non eſt, ſecundum Chriſtum regenerari non poteſt, neque enim dici in eum regeneratio poteſt, quem generatio non præceſsit, & pro hoc eſt illud Ioan. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non poteſt intrare in regnum Dei, & ſic hæc natiuitas ſpi

ritualis

ritualis præſupponit alteram natiuitatem temporalem, quamuis ſi totus non egrediatur ab utero matris, ſed aliqua pars, maxime ſi caput appareat, imminente periculo poſsit baptizari, ut ſcribit. S. Tho. in 3. parte. q. 68. arti. xj. ad 4. & Cardi. poſt Alex. de Ales. in d. ca. qui in maternis. arti.

3 2. Et † pro confirmatione prædictorum clarius loquitur Auguſti. in libr. de fide ad Petrum, & habetur in c. firmiſsime, uerſi. firmiſsime. de cō ſecra. diſtinctio. 4. Dum inquit. firmiſsime tene, non ſolum homines ratione utentes, uerum etiam paruulos qui ſiue in uteris matrum uiuere incipiunt & ibi moriuntur, ſiue iam de matribus nati, ſine ſacro baptiſmi, quod datur in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti de hoc ſeculo tranſeunt ſempiterno igne puniendos, quia & ſi peccatum propriæ actionis nullum habeant, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione ex natiuitate traxerunt, & ſic Auguſtin. ibi aperte tenet infantes decedentes in uteris maternis non eſſe ſaluos, ſed eſſe ſemper in tenebris, ut in c. nulla. ca. diſtin. Et de paruulis decedentibus ſine baptiſmo generaliter inquit Auguſti. in c. regenerante. de conſecra. diſtin. 4. fallit enim & fallit qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apoſtolo ad Roma. 5. per unum hominem omnes homines in damnatione & in quantum Auguſtin. dicat ſempiterno igne puniri infantes decedentes cum originali, intelligendum eſt ſano modo, ut intelligamus puniri illos pœna damni. i. carentia uiſionis diuinæ, non autem pœna ſenſibili, ut declarat. S. Tho. in 2 diſtinct. 33. & Car. in d. c. firmiſsime. arti. 4. ubi reſpondet ad dictum Auguſtini de ſempiterno igne. Accedit † ad prædicta quod inquit. S. Bonauentura in 4. diſtin. 6. q. j. ſuper literam, quòd triplex ſtatus diſtinguitur in homine poſt animæ infuſionem, primus eſt in utero, ſecundus extra uterum in ſtatu infantiæ, tertius in ſtatu naturæ adultæ. In primo ſtatu manifeſtus eſt Deo. In ſecundo ſtatu manifeſtus eſt nobis. In tertio manifeſtus eſt ſibi. In primo ergo ſtatu cum ſoli Deo ſit notus, poteſt per eius uoluntatem ſanctificari, non per noſtram cooperationem, cum non cognoſcat eum Eccleſia, nec ſit de foro Eccleſiæ. In ſecundo ſtatu, quia notus eſt Deo & Eccleſiæ, remedium poteſt habere a Deo cooperante adiutorio alieno non ſuo. In tertio ſtatu cum ſit omnibus modis notus, ſcilicet Deo, & ſibi, & Eccleſiæ, poteſt omnibus modis adiuuari, ut non tantum Deus ſua uirtute faciat, Sed etiam adiuuet fides aliena, quantum ad ſacramentum, & fides & deuotio propria. Prima ergo ſanctificatio eſt per diuinam uoluntatem & pertinet ad ſingulare priuilegium. Secunda eſt per legem datam, ſicut patet in circumciſione, ut Gene. 17. Anima cuius præputij caro circumciſa non fuerit peribit de populo ſuo, & etiam in baptiſmate, Ioan. 3. niſi quis

4 (margin number beside "ſpondet ad dictum")

renatus fuerit &c. Tertia eſt per legem indictam quam Deus indidit, ut ad Deum recurrat homo petere ueniam pro offenſa. Prima quidem eſt paucorum, utputa illorum, quos deputat ad aliquod magnum officium, & præter legem communem, ita enim decreuit diuina iuſtitia, ut quantum eſt de lege communi, non releuetur qui cecidit niſi aliqua diſpoſitio occurrat, & paruulus quidem ſicut per alium cecidit ita per aliũ releuetur, diſponendo, ut puta per fidem alienam, adultus autem per propriam, ſicut per propriam uoluntatem peccauit. Qui uero in utero eſt non poteſt per fidem alienam uel per ſacramentum adiuuari, quoniam non eſt de foro Eccleſiæ, nec nobis notus, & hoc decreuit Deus de lege communi, ideo nullus in uentre purificatus eſt niſi de priuilegio ſpeciali. quoniam igitur baptiſmus reſpicit legem communem, & legem datam, ideo non debet quis baptizari in utero, nec poteſt, & hæc ratio eſt communis omnibus ſacramentis ſecundum omne tempus, hæc ſunt uerba S. Bonauenturæ, quæ ad literam ſequitur Cardi. in c. qui in maternis. arti. j. de conſecra. diſtin. 4. Aperte igitur decidit, ꝙ exiſtens paruulus in utero non mundatur ab originali peccato fide parentum ſeu remedio Eccleſiæ, ſed quòd ſolus Deus poteſt illum ſanctificare in utero priuilegio ſpeciali, ſicut aliquãdo fecit, ut de Hieremia & Ioanne Baptiſta, & ſic non apparet generale remedium datum a Deo contra origi-
5 nale peccatum exiſtentium in utero materno. Et † Ratio poteſt eſſe duplex ſecundum Alex. de Ales referente Cardi. in cap. quod apud. de conſecra. diſtin. 4. arti. 3. Inquit enim primam rationem eſſe, ſtatus gratiæ eſt medius inter ſtatum naturæ, & gloriæ, ut inquit Dyoniſius in Eccleſiaſtica Hierarchia. ut refert. S. Tho. in 4. diſtin. j. q. j. art. 2. ſtatus naturæ determinatur in tribus, ſcilicet in eſſe diſtincto, & in eſſe ordinato, Sed eſſe ordinatum eſt duplex, ſcilicet quantum ad dependentiam in eſſe naturali, uel in eſſe gratuito. Ordinatio autem in eſſe gratuito ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ, habet ſequi diſtinctionem & ordinationem in eſſe naturali, ſed paruulus antequam natus fuerit, non habet eſſe diſtinctum, prout natura determinat ſibi eſſe diſtinctum, quia paruulus antequam natus ſit, eſt in continuitate quadam cum viſceribus maternis, ut dicit. l. j. §. ex hoc reſcripto. ff. de ventre inſpiciendo, quòd partus antequam edatur mulieris portio eſt vel viſcerum, vnde ſecundum ordinem communem Diuinæ Prouidentiæ, non congruit illi eſſe ordinatum, quantum ad eſſe gratuitum, cum gratia ſequi habeat naturam, ſicut eſſe gratuitum eſſe naturale completum, dico ſecundum ordinem Diuinæ Prouidentiæ. Secunda ratio eſt, culpa cauſatur a uitio naturæ corruptæ, ut originalis, & ab inordinata volun-

tate,

tate,ut actualis,ſed iuxta conſuetum modum Diuinæ miſericordiæ,ſicut uoluntate adhærente firmiter peccato actuali non tollit dominus culpam, ſic iuxta modum conſuetum prole adhærente naturaliter naturæ corruptæ,a qua contrahitur originale, non purgatur ab originali. Sed dum eſt in utero materno naturaliter adhæret naturæ corruptæ, a qua contrahit inordinationem fomitis, quia licet ſtatim in infuſione animæ contrahatur originale, nihilominus menſtruis maternis quibus alitur fœtus,in quibus cauſaliter maxime uiget corruptio,contrahit incentiuum inordinationis, a quo eſt maxime receſſus a naturali iuſtitia, unde dum eſt in utero fœtus, quaſi renititur contra purgationem originalis uicij, propter quod ſecundum diſpenſationem conſuetæ gratiæ non eſt adhibendum remedium, hæc Alexan. de ales. Ideo dixi quòd iuxta conſuetum modum Diuinæ miſericordiæ uoluntate adhærente peccato actuali non tollit dominus culpam,ut excluderem miraculoſam conuerſionem quæ fuit in beato Paulo. quia cum eſſet in progreſſu peccati ſubitò cor eius perfecte motus eſt a Deo, audiendo & addiſcendo & ueniendo,& ideo ſubito eſt gratiam conſequtus, dum eſſet ſpirans minarum,& cedis in diſcipulos domini actuum. ix. ut dicit. S. Thom. in prima. 2. q. cxij.arti. 2.& ideo conuerſio Pauli tanquam miraculoſa in Eccleſia commemoratur,ut idem dicit in d.j.2.q.cxiij.arti. x.parique ratione,idem dictum eſt in alio de peccato originali ſecundum diſpenſationem conſuetæ gratiæ propter ſanctificationem aliquorum miraculoſam exiſtentium in uteris maternis, ut de Hieremia & Ioanne Baptiſta. Hæc enim miracula non ſunt trahenda ad alios, ut dicam infra in reſponſione ad. 7. contrarium. Scio tamen ꝙ Ricar. de Media villa in 4.diſtinct.4.arti. 2.q.3. ad primum. illud Alexandri de Ales impugnare nititur, duplici de cauſa, una eſt, quia etiam cum natus eſt anima coniuncta cauſæ proximæ ſui morbi,ſcilicet carni infectæ,alia eſt, quia infectio carnis eſt ex ſemine patris non matris, quod probat per hoc, quia ſi Adam non peccaſſet poſtquam Eua peccauerat, proles eius peccatum originale non contraxiſſet. Ad hæc dici poſſet,ꝙ uerum eſt ꝙ non obſtant quantum ad remedia, ſcilicet ſanctificationis, & martirij, ſeu baptiſmi ſanguinis, & ſic de lege ſpeciali,quia ut inquit Auguſt.in lib.13.de ciuit. Dei.ca.vij. quicunque non percepto regenerationis lauacro pro Chriſti confeſsione moriuntur, tantum eis ualet ad dimittendum peccata quantum ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis. Sed dictum Alexandri loquitur de lege communi, ſecundum quam non uidetur aliquod remedium attributum pueris exiſtentibus in uteris maternis præter ſanctificationem & martirium. Accedit ad prædicta, ꝙ non inuenitur in ſacra ſcriptura ꝙ fides

parentum adiuuerit Paruulos uterinos quo ad deletionem peccati originalis, atteſtante Alexand. de ales in 4. parte. q. 17. membro ſecundo, dum quærit utrum quis poſsit baptizari in utero materno, inquit, ꝙ nullo tẽpore, nec fide parentum nec aliquo ſacramento iuſtificatus eſt paruulus antequam natus, quantum eſt de lege communi. Sic ergo, ſaluo recto aliorum iudicio, remedium fidei præcum, ſeu benedictionis parentum erga infantes exiſtentes in uteris maternis aliquo tempore, & ſic in lege naturæ, ſcripturæ, ſeu gratiæ, non fuit attributum ut liberentur a peccato originali, ut ſibi uidetur perſuadere Guido briaſon in 4. q. iij. ſecundo correlario. uerſi. nam lege naturæ erat remedium. & hoc eſt de mente clara dicti Alexandri de ales in d. loco & contrarium aſſerentes illum conueniant, ut cum eo agant, & ad dictum Gregorij reſpondebitur in. 4. contrario.
9 Vnde † in hoc dubio pro breui, & noua reſolutione mihi uidetur ſic dicendum, conſiderando quadruplicem modum dicendi, Primus eſt, quòd pueros exiſtentes in uteris maternis uel extra decedentes ſine baptiſmo Deus poteſt ſi uult illos purgare ab originali peccato, & ſic ſaluare, quia, ut ſæpe dictum eſt, non alligauit potentiam ſuam ſacramentis, ut dicit Magiſter in 4. diſtinct. j. c. 3. & iſte modus dicendi eſt catholicus, Immo dicens pertinaciter contrarium incurreret hæreſim, quia derogaret eius omnipotentiæ, & ſic contraueniret ueritati catholicæ in propria uerborum forma, prout dixi in primo gradu ueritatum catholicarum. Secundus modus dicendi eſt, ꝙ illi paruuli exiſtentes in uteris maternis & ibi uel extra morientes ſine baptiſmo ſaluentur de lege communi, quæ eſt Euangelica, Secundum quam tenemur uiuere, eſt hæreſis, quia iſte modus contrariatur legi Euangelicæ. Ioan. iij. niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non intrabit in Regnum Dei. Tertius modus dicendi eſt, ꝙ Deus omnino ſaluet illos propter ſolam fidẽ oblationem, & benedictionem parentum, ſine baptiſmo, de ſua potentia & miſericordia, eſt temerarium & ſcandaloſum præbens occaſionem cadendi in hæreſim, cum de hoc non habeamus teſtimonium a ſacra ſcriptura ſeu a ſanctis doctoribus & authenticis, ut dixi ſupra in declaratione propoſitionis temerariæ & ſcandaloſæ. Quartus modus dicendi eſt, ꝙ parentes uidentes paruulos periclitantes in uteris maternis ob maternam ægritudinem uel corpuſculi teneritudinem, depræcentur Deum ſuis deuotis orationibus, bonis operibus, oblationibus, & ſacrificijs miſſarum, uel alias, ut ipſe dignetur ſuccurrere ſaluti ſpirituali, & corporali dictorum paruulorum, iſte modus deuotus eſt, ſanctus, laudabilis, & obſeruandus, cum (ut dixi) Deus potens ſit illos paruulos in utero ſanctificare & ſaluare, quos nouit ad natiuitatis ortum non peruenturos, licet

de hoc certitudinem non habeamus, miſeretur enim cui uult,& hæc fuit originalis conſideratio domini Ioannis de Gerſono in 4. parte in ſermone de natiuitate Virginis, prima conſideratione. Alpha. 58.cuius formalia uerba ſunt quæ ſequuntur. Conſtat itaque Deum miſericordiam ſaluationis, non ita legibus communibus traditionis Chriſtianæ, non ita ſacramentis ipſis alligaſſe, quin abſque præiudicio legis eiuſdem, poſsit pueros nondum natos extra uterum intus ſanctificare gratiæ ſuæ baptiſmo,uel uirtute Spiritus Sancti. Debent igitur mulieres prægnantes, ſimiliter & uiri ſui per ſe & alios diligentius præces effundere Deo, & ad ſanctos Angelos cuſtodes hominum etiam puerorum in utero,debent ad cæteros ſanctos ſanctaſque omnes confugere,quatenus infans nondum natus, ſi forte moriturus eſt priuſquam ad baptiſmi fluminis gratiam peruenire ualeat,dignetur ipſum dominus Ieſus ſumus pontifex baptiſmo Spiritus Sancti præueniendo miſericorditer conſecrare. Quis enim ſcit, ſi forte exaudiat Deus. Immo quis non deuotius ſperare ualeat,quòd orationem humilium,& in ſe ſperantium nequaquam deſpiciat, proficit hæc conſideratio ad exercitationem deuotionis in parentibus, proficit ad alleuiandum eorum anguſtiam, dum ſine baptiſmo decedit puer,quia non omnis inde ſpes ſalutis ablata eſt, Sed neque abſque reuelatione (fateor) datur certitudo.hæc Gerſon, quem ad literam ſequitur Gabriel.in 4.diſtinct.iiij. q. 2.colum. 13.uerſic.ſed contra reſponſionem. Et in eadem ſententiam poſt multa conſentit Thom. de Vio.S. R. E. Cardinalis, dum in apoſtillis ad S. Tho. in 3.parte.quæſt. 68.arti.11. Inquit ſub his uerbis. Quo circa caute & irrepræhenſibile ageretur, ſi periclitantibus in utero pueris ob maternam ægritudinem, uel partus difficultatem, benedictio in nomine Trinitatis daretur,& cauſæ diſcuſſio deinde diuino reſeruaretur tribunali. Quis ſcit ſi diuina miſericordia huiuſmodi baptiſmum in uoto parentum acceptet, ubi nulla iniuria,ſed ſola impoſsibilitas ſacramenti executionem excludit. Vnde ex his duabus authoritatibus manifeſte perpenditur, quòd iſti celeberrimi Doctores tenent de lege communi non emundari a peccato originali paruulos exiſtentes in uteris maternis, & ibi decedentes, nec habent certitudinem ſi fide ſeu præcibus aut benedictione parentum a Deo ſaluabuntur, niſi Deus aliter reuelaret, quinimo totum hoc Diuinæ Prouidentiæ committunt.
7 Et † licet ſolutio contrariorum ſatis competenter ex prædictis colligatur, nihilominus ad indiuidua ueniens dico ad primum,ſecundum Cardi. de Turre Crema,in d.c. quod autem.arti.iiij. ꝙ licet bonitas nunquam defuerit, nec uoluntas curandi, non ſequitur tamen,quòd ex quocunque tempore morbus exiſtat,adhibeatur ei me-

dela, ſed tempore medio, iuxta diſpoſitionem ſapientiæ ipſius medici. paruulus autem dum eſt una caro per quãdam continuationem cum matre, ſubiacet legi originalis peccati, quod per carnem contractum eſt, quare tunc ex diſpoſitione Diuinæ Sapientiæ non adhibetur ei uniuerſale remedium, ut duret ratio iuſtitiæ manente illa continuatione, cum autem iam ſeparantur, ut non ſint una caro quodammodo, tunc conuenienter datur remedium in ſigno ſenſibili, quod contingat natum ſiue naſcentem, ut ſicut quodammodo dicit Auguſtinus ad Dardanum, nemo renaſcitur proprie niſi prius naſcatur, & intelligitur de hoc quod eſt per baptiſmum. Ioan. 3. niſi quis renatus fuerit &c. Idem dicit Alex. de Ales in iiij. parte. q. xvij. membro ſecundo. ad primum. Ita nec mundabatur ob originali adhibito ſigno ſenſibili cum fide antequam naſceretur. Ad
8 ſecundum † dico ſecundum. S. Tho. in iiij. diſtin. vj. arti. j. q. j. ad primum, ꝙ nõ eſt ex defectu Diuinæ miſericordiæ, ꝙ in maternis uteris exiſtentibus remedium nõ exhibetur, ſed quia non ſunt capaces illius remedij, per quod ſecundum legem communem participes paſsionis Chriſti efficiuntur, a qua eſt remiſsio peccatorum, quia non poſſunt ſubijci operationi miniſtrorum Eccleſiæ, per quos talia remedia miniſtrantur. Hæc ſolutio non ſatisfacit ad propoſitum, quia reſpicit dubium, an non natus extra uterum poſsit baptizari, de quo nõ eſt quæſtio apud nos, & ponit. S. Tho. in dicta ſolutione rationem quare non poteſt baptizari & remedium baptiſmi illi non applicatur. Nos ergo quærimus, ꝙ ex quo non poteſt baptizari, an ſit etiam prouiſum de aliquo remedio illis non natis extra uterum contra peccatum originale, cum rationis argumentum ſupra factum ſuadere uideatur, ꝙ ſit prouiſum, & ſi non eſt prouiſum, quæ ſit ratio cũ Deus omnipotens & in lege naturæ poſt lapſum primorum parentum dederit remedium ad deletionem originalis peccati, ut ſcribunt omnes. in iiij. diſtin. j. & in lege ſcripturæ nedum maſculis, ſed etiam fœminis quæ non erãt capaces remedij circũciſionis, de remedio prouidit, uel per fidem parentum ſi erant paruulæ, uel per bonam operationem ſi erant adultæ, quo mundabantur ab originali peccato, ut dicit Magiſter in
9 4. diſtin. j. ca. iiij. Hoc † quidem contrarium eſt difficillimum omnium, quæ in propoſito fieri poſſunt, & ad hoc Gabriel. in iiij. diſtin. 4. q. 2. non ualens ſoluere contrarium dicit, quod generale remedium ſit pro paruulis exiſtentibus in utero, nullum manifeſtat Eccleſia, uoluitque Deus remedia inſtituere contra morbum peccati in Eccleſia per ſacramenta diſpenſanda his qui noti eſſe poterant Eccleſiæ, eorum uero qui nondum in lucem noticiæ prodierunt remedium in ſua ſola poteſtate conſtituit, quos cum uoluerit ſine exteriori remedio & ſanctificare & ſaluare poteſt,

teſt, ſicut factum de quibuſdam ſacra ſcriptura teſtatur, & quod paucis
elargitus eſt poteſt quibuſcunque uoluerit impartiri, qui potentiam ſuã,
ut dixi non alligauit ſacramentis, ex eo quia omnes quantuncumque par
uuli, & in utero exiſtentes in infuſione animæ contrahunt peccatum ori-
10 ginale. Quæ † fit. xl. die in maſculo. in l. Diuus. ff. de extraor. crimi.
& lx. in fœmellis, ut dicit Paul. de Caſtr. l. cum quidam. §. ſeruum quo-
que. ff. de acquir. hæredi. & Ange. in d. l. Diuus. gloſſ. in c. j. v. diſtinct. &
Abbas in c. ſi aliquis. in fi. de homi. & idem dicit Cardi. de Turre Crema.
in d. i. c. ius naturale. arti. 2. & ſic dicti paruuli contrahunt originale pec-
catum etiam in uteris maternis exiſtentes, ut inquit Auguſti. in c. firmiſ-
ſime. de conſe. diſtinct. 4. ut aperte uult Apoſto. ad Roma. quinto. Per u-
num hominem in hunc mundum peccatum introiuit, & per peccatum
mors, & ita in omnes homines mors pertranſiuit, in quo omnes pecca-
uerunt, & ita etiam paruuli comprehenduntur, ut habet ſancta fides Ec-
cleſiæ, ut eſt tex. in c. placuit ut quicunque paruulos. de conſecra. diſt. 4.
& oppoſitum fuit hæreſis donatiſtarum, ut dicit glo. in cle. j. §. ad hoc. de
Summa Trini. & pelagianorum, quæ confutatur in c. maiores. de baptiſ-
11 mo. Poſſet † ergo dici, ꝙ licet Deus quocunque tempore poſt lapſum,
ſcilicet legis naturæ, legis ſcripturæ, & legis gratiæ, prouiderit de reme-
dio humano generi contra originale peccatum, non tamen reperitur ab
eo prouiſum, quod nos ſciamus, exiſtentibus paruulis in uteris maternis,
quare autem non prouiderit, ſi non placent rationes duæ Alex. de Ales
ſupra relatæ, dicamus cum Apoſtolo Paulo ad Roma. xj. O altitudo di-
uitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius,
& inueſtigabiles uiæ eius, quis enim cognouit ſenſum domini? aut quis
conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi? & retribueretur? & quo-
niam ex ipſo & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, & dicebat Auguſti. con-
tra Pelagium, inſcrutibilia & incomprehenſibilia nolo ut interroges,
12 quia quod lego, credo & ueneror, & non diſcutio. Et † Grego. in 29.
moralium, poſtquam quæſiuit cur ſæpe boni damnentur. in fin. ſubdit,
latent hæc ſenſus hominum, nec quicquam de cuiuslibet fine cogno-
ſcant, quia diuinorum iudiciorum abiſſus humanæ mentis oculo nul-
latenus penetratur. & Pſalm. xxxv. iudicia Dei abiſſus multa, & ideo
Abbas. in cap. ſi quando. de reſcriptis. concludit, ꝙ de ſecretis Dei ra-
tio reddi non poteſt, ut in iuribus allegatis in gloſſ. in d. cap. ſi quando.
Vnde ſi quæratur quare uoluit incarnari Chriſtus illo tempore, & non
prius, ratio reddi non poteſt concludens, ut dicit gloſſ. in clemen. 1.
in uerbo ex tempore. de Summa Trini. & eſt tex. nota. in ca. ſi ex bono,
ubi glo. j. de pœni. diſtin. 4. facit tex. in cap. ſacerdotibus. in fi. 11. quæ. j.

& l.

& l.non omnium.ff.de legibus.& ad pręmiſſa accedit,quòd lex ciuilis nō prouidet filijs qui in uteris maternis moriuntur,ſed natis. l. uxoris abortu.C.de poſthu.præteritis.l.qui mortui.ff.de uerbo.ſigni. Diuina igitur Prouidentia ſecundum legem communem ſolum prouidit humano gene
13 ri de ſacramento baptiſmatis contra peccatum originale Et† licet proprie & ſingulariter loquendo de baptiſmo, ſolus ſit unus baptiſmus qui fit in aqua cum determinata uerborum forma,& eſt ſacramentum,ut dicit Apoſtolus ad Ephe.4. Vnus Deus,una fides,unum baptiſma, alia tamen dicuntur baptiſmata,non ſimpliciter & proprie, Sed per quendam ordinem ſiue attributionem ad baptiſmum aquæ,ſecundum.S.Thom.in 4.diſt.4.q.3.art.j.& ſic eſt triplex baptiſmus ſcilicet fluminis ſcilicet cū in nomine Patris Filij & Spiritus Sancti baptizatur.de quo Io.3.niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto nō poteſt introire in regnū Dei, eſt & alius baptiſmus flaminis per infuſionem Spiritus Sancti,de quo actuum primo,uos autem baptizabimini Spiritu Sancto, eſt quoq; baptiſmus ſanguinis,cum quis recepturus baptiſmum, baptiſmo fluminis impeditur Tyrannica perſecutione,& in confeſſione fidei martirizatus, In proprio ſanguine baptizatur,ut in c.baptiſmi uicem.de conſecra.diſt. 4.
14 Primus† igitur baptiſmus fluminis non poteſt ſuffragari puero exiſtēti in utero materno,& ibi morienti,q̄a ut ſæpe dictum eſt,non eſt notus eccleſiæ,nec ſubeſt operationi miniſtrorum,ut dicit.S.Tho.in 4.diſt.6. art. j.q.j.& in 3.par.q.68.art.xj.ſcribit late Henricus Boic.in c.maiores.de baptiſmo.nec ſecundus baptiſmus.ſ flaminis ipſos pueros exiſtētes in uteris poteſt iuuare,q̄a talis baptiſmus req̄rit motum fidei,& liberi arbitrij & ideo non congruit,niſi adultis habentibus uſum rōnis.ut in d.c.baptiſmi uicem. & melius in c.debitū.de baptiſmo. Tertius uero baptiſmus ipſis non ſuffragatur in propoſito,q̄a non eſt caſus noſter, ꝙ pueri illi moriantur propter Chriſtum,& ſic ꝙ martirizentur, q̄a ſi ſic eſſet ꝙ interficerentur pro Chriſto puta in deteſtationem fidei Chriſti quam tenent & parentes eius, ēt ſi eſſent in uentre, & in deſpectum Chriſti ipſa mulier abortū faceret,ſeu interficeretur,nulla eſt dubitatio ꝙ mundarentur ab originali peccato,& iſte eſt baptiſmus ſanguinis,de quo Lucę.xij.baptiſmo habeo baptizari,& in c.cathecuminū.de conſecra.di.4. Sic igitur manifeſtum eſt ꝙ in pueris non dum habentibus uſum rōnis non eſt motus fidei & dilectionis, aut propoſitum ſuſcipiendi baptiſmum, & ideo non ſaluantur baptiſmo flaminis (ſecluſo miraculo ſanctificationis de quo non eſt ſermo) ſed baptiſmo aquæ, uel baptiſmo ſanguinis, ſi propter Chriſtum occiderentur,ex quo non ſolum Chriſtiani, ſed etiam martyres fiunt, ut ſcribit Beatus Auguſtin. in ſermone quarto de innocentibus,

bus,qui incipit.quotieſcunque. Vnde dato hoc remedio baptiſmatis à Deo in lege euangelica contra peccatum originale,alia remedia contra illud quæ erant in lege naturæ, etiam in lege ſcripturæ ceſſare uidentur, dicente Paulo ad Galatas.v. ſi circuncidimini Chriſtus nihil uobis proderit,& in c.maiores.de baptiſmo. quia illa ſacramenta uetera ſignificabant Chriſtum uenturum,noſtra uero ſcilicet legis Euangelicæ Chriſtũ, qui iam uenit,ut dicit Auguſt.contra Fauſtum. iã non promittitur Chriſtus naſciturus,paſſurus,reſurrecturus,quod illa ſacramenta quodammodo perſonabant,ſed annunciatur ꝙ natus ſit,paſſus ſit,reſurrexit, quod hæc ſacramenta,quæ a Chriſtianis aguntur,Iam perſonẽt,refert.S.Tho.
15 in 1.2.q.103.art.4.Et† propterea ad propoſitum dicebat Beatus Gregorius in 4.moraliũ,quod apud nos ualet aqua baptiſmi, hoc egit apud ueteres,uel pro paruulis ſola fides,uel pro maioribus uirtus ſacrificij, uel pro his qui ex Abrahæ ſtirpe prodierunt,myſterium circunciſionis,& habetur in c.quod apud.de conſecra.diſt.4.& nota illud uerbum, apud ueteres,ergo non in lege Euangelica,inde eſt ꝙ paruulus natus & mortuus in deſerto ſine baptiſmo non poteſt ſaluari in fide parentum, ut dicit. S. Tho.in quolibe.6. art.4.ubi concludit, ꝙ ex quo non fuit baptizatus baptiſmo fluminis,nec ſanguinis,nec flaminis, cum ipſi non conueniebat, quia non poterat habere motum fidei,& dilectionis.Sequitur ꝙ non ſaluetur fide parentum, ſeu Eccleſiæ,ſicut multis ſanctorũ authoritatibus
16 comprobatur,ut dicit Magiſter in 4.diſt.4.c.3.Dicunt† tamen quidam ut Petrus de Alicito, pie credi quòd Deus ſua benignitate ibi suppleret, quod deeſſet ex parte ſacramenti, quod utique certum eſt Deum poſſe, cum ut dixi,uirtutem ſuam non alligauerit ſacramentis, ſed ꝙ ſic faciat nulla eſt certitudo,quia ſi non facit, non iniuſte fecit,cum nullus ſit debitor niſi ex promiſſo,& iſtud non promiſit,& ad propoſitum dicebat Auguſt.ut refert Magiſter in tex.di.4.lib.4. ꝙ ex illo tempore quo ſaluator dixit,niſi quis renatus fuerit,abſque ſacramento baptiſmatis,præter eos qui in Eccleſia ſanguinem fundunt,aliquis uitam æternam accipere non poteſt, intelligendo ꝙ etiam eſt baptiſmus flaminis quo quis ſaluatur, ut ſupra eſt dictum,ut in c.debitum.de baptiſmo. & qualiter illud tempus conſideretur alibi ſcribũt domini theologi.& ad Galatas.c.j.per Nico.de Lyra,& alios,& S.Tho.in j.ij.q.103.Ex quibus infero, ꝙ dicti paruuli ſic morientes ſine baptiſmo fluminis non ſunt ſepeliendi in Eccleſiaſtica ſepultura ſicut cæteri infideles.c.Eccleſiam.cum ſequenti. de conſecra.diſt.j.quia idem iudicium eſt de infantibus non baptizatis & infidelibus quo ad hoc,ut ſcribit Lappus in allega. 83. Eccleſia ubi eſt ſepultus paganus.cir a nedium.

Ad

Ad tertium reſpondet Card. de Turre Crema. in d. c. quod apud. art. 4. dicens, ꝙ ibi non poſtulatur remedium contra culpam originalẽ, ſed adiutorium, ne deficiat in profectu uitæ, antequàm perueniat ad finẽ, quod patet per hoc quod dicitur ibi, intendat allegare debitum ex parte domini, ſed congruentiam bonitatis ſuæ, unde quod dicitur ꝙ non debet, debet exponi, non decet, uel non congruit.

17 Ad † quartum reſpondetur ſecundum. S. Tho. in quolibeto. 6. art. 4. ꝙ ſecundum quoſdam tempore legis naturæ non ſufficiebat ad ſalutem paruulorum ſolus motus fidei in parentibus, ſed requirebatur aliqua exterior proteſtatio fidei per aliquod ſenſibile ſignũ, & in hac opinione fuit Adria. ſextus in lib. 4. de ſacramento baptiſmi. q. v. & ſecundum hoc nihil differebat id quod tunc requirebatur ab eo quod nunc requiritur ad ſalutem, niſi ꝙ nunc illud ſignum ſenſibile eſt determinatum, tunc erat indeterminatum, & pro noto adhibebatur, & hęc poſitio uidetur eſſe Alex. de Ales in quarto. quam ſequitur Durandus in 4. ſed quia hoc eſt cõtra dictum Gregorij in eo ꝙ dicit quod paruulis ſola fides ſufficiebat, ideo alia poſitio probabilior eſt ſecundum. S. Tho. in 4. diſt. j. q. j. art. vj & cõſona authoritati Gregorij, & eſt communior, ꝙ ſufficiebat interior motus fidei per intẽtionem directus ad ſalutem paruuli ſine aliquo exteriori ſigno, cum non inueniatur ad purgationem originalis peccati præceptum fuiſſe aliquod ſignum exterius adhiberi, & ſequũtur. S. Bona. & Ricar. in 4. ſed nunc in lege Euangelica vltra fidem amplius requiritur baptiſmus, cuius ratio eſt, nam nunc qui baptizantur, & ſic ſaluantur per Chriſtum ſtatim introducuntur in regnum cœlorum, quod tunc nõ erat, ſed ibant ad lymbum, unde non eſt inconueniẽs ſi ad hoc amplius baptiſmus requiritur, vt dicitur Ioan. 3. & ſic non diminuitur uirtus fidei ſed augmentatur gradus ſalutis, ut dicit S. Tho. in d. quoli. quaſi dicat, ꝙ licet paruuli in lege Euangelica ultra fidem parentum debeant baptizari, in alio releuantur, quia ſi ſtatim recepto baptiſmo moriantur, euolãt ad Paradiſum, & in huius ſignum apertum fuit cœlum quando Chriſtus baptizatus fuit. Matthæi. 3. illi uero qui in lege naturæ ſeu moſaica mundabantur à peccato originali, vel per fidem parentum vel per circuncisionem, aut ſacrificia, ſeu alias ibant ad lymbum ſanctorum patrũ expectantes portas paradiſi aperiendas a Chriſto, vt dicit Nic. de Lyra Gene. 27. ibi, deſcendam ad filium meum? quem locum Iudęi appellitabant ſuburbana paradiſi nos vero lymbum patrum ſeu ſinum Abrahæ, quod idẽ eſt, vt habetur Lucæ. 16. pro ut Pau. Burge. late ſcribit in ſuo ſcruti. ſcripturarum. 1. parte. c. 3. & S. Tho. in 4. diſt. vltima. in fi.

18 Vnde † dicebat Ricar. in 4. di. i. q. 3. & ad 2. ꝙ dato ꝙ paruulis ſola fides

parentũ ſuffeciſſet, non ex eo dicuntur fuiſſe melioris conditionis in lege naturæ, ꝗ in lege Euangelica, quia ꝗuis modo non ita in promptu ſit remedium, ſicut tunc, tamen remedium hoc quod datur in l. Euangelica perfectius eſt, unde & paruuli modo, cum à peccato originali purgãtur, maiorem gratiam recipiunt, ꝗ reciperent in l. naturæ, vt patet in his quæ proxime dixi, & præterea dictum illud Gregorij in d. ca. ꝙ apud, ut eius uerba ſonant, in eo quod dicit, pro paruulis ſola fides ſufficit, intelligitur de paruulis iam natis extra uterum maternum, non autem de paruulis exiſtentibus in uteris maternis, quod ſuadetur in ea æquiparatione quã facit de baptiſmo & fide dicẽs quod id quod apud nos ualet aqua baptiſmi hoc egit apud ueteres uel pro paruulis ſola fides, Sed cũ aqua baptiſmi non ualeat pro his qui ſunt in uteris maternis, & ibi decedentibus ut dixi, Ita nec fides parentum, & idem eſt dicendum de circuncisione, quæ

19 etiam non ualebat niſi iam natis. Sequitur † ergo, ꝙ non eſt ſumendũ argumentum ab authoritate Gregorij, quæ loquitur in natis extra uterum, nos uero loquimur in non natis, ſed morientibus in maternis uteris, inſuper dicit Ricar. in loco allegato, ꝙ Deus non ordinauit ut per fidem parentum in uteris maternis regenerarentur paruuli, quod congruum fuit propter imperfectionem ſtatus legis naturæ, quem non decebat eſſe tantæ efficaciç & perfectionis remedium, & in ſequenti reſponſo clarius colligetur ſolutio aliorum contrariorum.

20 Ad quintũ † eſto, ꝙ ſit probabilior poſitio, ꝙ incircuncĩſi ante octauũ diem ſaluarentur in fide parentũ, ut dicitur in argumento, ad hoc reſpondeo ſecundum. S. Bona. in 4. diſt. 1. 2. art. q. 2. in fi. ubi quærit an paruulus qui præuentus morte non baptizatur, in fide parentum ſaluetur, & cõcludit quod non, quia baptiſmus propter generalitatem & perfectionem & temporis indeterminationem alia remedia euacuauerat, non ſic autẽ circuncisio, quod magis declarat Petrus de Palu. in 4. diſt. 1. q. 2. inquiẽs, ꝙ licet illi qui decedebant incircunciſi ante octauum diem ſaluarentur in fide parentum, tamen nunc. j. in l. Euangelica non ſufficeret paruulo, non ꝙ fides antiquorum eſſet efficacior, ſed quia nullo tempore homo natus fuit ſine remedio ſalutis per ſe, nunc enim mox natus poteſt baptizari, & ſi non poſſet haberi aqua, hoc accidit ſacramento, tunc autem circuncidi non licebat ante octauum diem, & ſi non fuiſſet aliquod remedium, ſtetiſſet puer ſeptem diebus ſine remedio ſalutis, quod non conueniebat Diuinæ miſericordiæ, & ſic tunc habebat tale remedium, quale habebat ante circunciſionem, ſicut mulieres tale tunc habebant, quale habebant ante omni tempore, quia nullo tempore circuncisio eis competebat, ſic igitur illa fuit ratio, quare incircunciſi ante octauum diem ſaluabantur

bantur in fide parentum, quia lege diuina parentes non erât aſtricti circũ cidere puerum ante octauum diem, & ideo ne reperirẽtur paruuli illis ſeptem diebus ſine remedio, illi incircuncisi morientes ſaluabantur in fide parentum ſicut ante, & ſic currebant remedia legis naturæ cum remedio legis, ſed nunc in lege Euangelica poteſt ſtatim baptizari natus, merito ceſſant alia remedia legis naturæ, & Moſaicæ, & inquit Ioan. Maioris in 4. diſt. j. q. v. quòd ex quo non licuit anticipare octauum diem in circumcisione, forte ſi erant in periculo vitæ poterant applicare ſacramenta legis naturæ ante octauum diem tempore quo circumciſio erat in præcepto, & ſubdit ſe ideo dixiſſe, forte quia Iudæi ſecundum eũ non credunt paruulos natos in originali culpa, ſed ſacramentũ applicant tanq̃ præceptũ.

21 Et ideo Pau. Burgen. in dicto ſcrutinio ſcripturarũ. j. parte. diſt. 6. c. j. cum ſequenti contra Iudæos probat homines naſci conceptos in peccato originali, unde non eſt bona conſequentia dicere, ꝙ ſicut illi qui incircũciſi moriebantur ante octauum diem ſaluabantur, ꝙ pari ratione eſt dicẽdum de illis qui non poſſunt baptizari, q̃a in duobus deficit. Primo quia ſi illi ſaluabãtur in fide parentũ, erat ex eo quia illud remediũ legis naturæ non erat ſublatũ per remediũ circumciſionis, vt eſt de mente omniũ doctorũ in 4. ſed in lege Euangelica omnia illa remedia ſolo ſine baptiſmo ceſſauerunt publicata lege Euangelica, & ideo ex illo remedio ſcilicet ſola fide parentũ ſine baptiſmo adiuuari non poſſunt. Sicque paruulis non ſufficit fides Eccleſiæ ſine ſacramento, qui ſi abſque baptiſmo fuerunt, etiã cum ad baptiſmũ deferuntur damnabuntur, vt multis ſanctorũ teſtimonijs comprobatur, vt dixi ſupra, alias ſequeretur, ꝙ natus & mortuus in deſerto qui non potuit baptizari fide parentũ ſaluaretur, quod eſt contra ea quæ in dicto quolibeto ſcribit. S. Tho. ac etiam ꝙ quis ſine baptiſmo ſaluaretur, quod eſt contra illud Ioã. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non intrabit in regnũ cœlorum, & habetur in c.

22 neceſſarium. & c. 3. & c. 4. de conſecra. diſt. 4. Et hæc intelligo de baptiſmo aquę, quia baptiſmus flaminis non cõpetit paruulo, nec loquor de baptiſmo ſanguinis, q̃a præſupponimus hos vterinos paruulos non fuiſſe occiſos propter Chriſtũ, nam ut dixi tali baptiſmate baptizati emundantur ab originali, quia ut inquit. S. Auguſt. lib. xiij. de ciuitate Dei. c. 7. quicunque non percepto regenerationis lauacro pro Chriſti cõfeſſione moriuntur tantum eis valet ad dimittendum peccata, quantum ſi abſoluerentur ſacro fonte baptiſmatis, ut refert Ricar. in 4. diſt. 4. art. 2. q. 3. nec in hoc eſt durior lex Euangelica, Immo eſt benignior, quia vt eſt dictũ, remedium baptiſmatis eſt perfectius tum ad augmentum gratiæ tũ etiã ad facilius introducendũ baptizatos ad introitum Paradiſi, & ideo dicit

S. Tho.

S.Tho.in d.quolib.ad 2.ꝙ ꝑ Chriſtũ in hoc ipſo eſt ampliata via ſalutis, ꝙ nunc per eam aperta eſt eis ianua vitæ æternæ, quæ ante clauſa erat ꝑ peccatum primi parentis,& ꝙ leuior ſit & mitior lex Euangelica lege veteri,pro ut ego latisſime ſcripſi in rubr. de hære. lib.vj. in quarto errore iudæorum.col.248.verſi.Item comparando legem nouam ad legem veterem.Præterea dicit Adri.in loco præallegato.ad quartum, ꝙ licet paruulis non baptizatis non imputetur ad culpam, ꝙ baptizati non fuerint, cum impotentia eos excuſet ab impletione cuiuſcunque pręcepti,nihilo minus quia ſine baptiſmate manet originalis culpæ obligatio,manẽt dicti paruuli ſine ſpe beatitudinis perpetuo damnati, quemadmodum ſi furioſus medicinã vnde curari posſit non ſumat, ipſe furia excuſatus non

23 peccat,ſed ſanitatem,quam medicina efficeret,non cõſequitur. Ad † ſextum dico,ꝙ allegata authoritas Ioannis.3.facit magis pro ꝗ contra, qa illud beneficium intrandi in cœleſtem Paradiſum quod datur ex regeneratione ex aqua & Spiritu Sancto non communicatur nec conceditur a Deo niſi natis extra vterum maternum, cum ergo paruuli qui moriũtur in vteris maternis non naſcantur extra vterum,ſequitur ꝙ non intrant in regnum cœlorum,& ſic non purgantur ab originali peccato ſicut cæteri qui non baptizantur,& ſic excluſi cẽſentur ab hoc beneficio, poſitio cm̃ vnius eſt excluſio alterius.l.cum prætor.in prin.ff.de iudicijs.c.nonne.de præſumptio.caſus enim ommiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.l.ſi extraneus.ff.de condit.ob cauſam.l.commodisſime. vbi moderni.ff.de liberis & poſthu.c.ſuſcep.um.de reſcrip.lib.6.& cui non conueniunt verba legis nec illius diſpoſitio conuenit.c.indemnitatibus.& cap. pe.de electio.lib.6.l.4.§.prætor.vbi Bar.in fi.& Alex.ſcribit. ff. de damno infecto.& idem Alex.in conſi.17.requiſitus.lib.j.& in conſil.57.perſpectis.lib.2.cum alijs,vt ſcribit Deci.in c.nullus col.fi.de electio.

24 Ad † ſeptimũ dixi ſupra, ꝙ nos loquimur de lege communi nõ autem de lege ſpeciali, Secundum quam Hieremias fuit in vtero ſanctificatus. Hiere.j.& Ioannes Baptiſta,vt Lucæ.j.de Iacob vero,Eſaia,Iob,& Sanſone.non habemus teſtimonium a ſacra ſcriptura quod ego ſciam,& ideo de eis non videtur dicendum fuiſſe in vtero ſanctificatos, ꝙ autem Ioannes Baptiſta ſanctificatus ſit patet Lucæ. j. quòd Spiritu Sancto replebitur ad huc ex vtero matris,& de Hieremia expreſſe etiã dicitur Hiere.j.antequàm exires de vulua ſanctificaui te. & ſic aſſerẽdum eſt eos ſanctificatos in vtero quàmuis in vtero vſum liberi arbitrij non habuerint, de quo Auguſtinus mouet quæſtionem,ſicut pueri qui ſanctificantur per baptiſmum,non ſtatim habent vſum liberi arbitrij,vt ſcribit. S. Tho.in 3.parte. q.27. art. 6.& ſubdit quòd non eſt dicendum aliquos alios ſanctificatos

ctificatos eſſe in vtero, de quibus ſcriptura mentionem non facit, q̃a hu-
iuſmodi priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus præter legem commu-
nem ordinantur ad vtilitatem aliorum quæ nulla proueniret ex ſanctifi-
catione aliquorum in vtero, niſi Eccleſiæ innoteſceret, & de Sanſone di-
cit Nico. de Lyra. iudi. xiij. ꝙ non eſt intelligendum ꝙ fuerit ſanctifica-
tus in vtero ſicut Ioannes Baptiſta, quia de talibus ſanctificatis tenetur,
quòd non peccauerunt mortaliter, & illa conſecratio quæ dicitur de San
ſone in tex. intelligitur per modum fortitudinis, quæ fuit quædam gratia
gratis data, & poteſt ſtare cum peccato mortali, ſicut & donum prophe-
25 tiæ, & fuit data Sanſoni pro conſolatione populi, ut ibi habetur. Sic † igi-
tur illud priuilegium illis duobus conceſſum non eſt trahendum ad con-
ſequentiam, & ſic ad legem communem. c. quæ a iure. de regu. iuris lib.
vj. nam quod alicui gratioſe conceditur trahi non debet ab alijs in exem
plum. c. quod alicui. eo tit. lib. vj. priuilegium enim datum aliquibus non
extenditur ad alios etiam ex idemptitate rationis, & ſic in priuilegijs nõ
proceditur de ſimilibus ad ſimilia, ſicut de iure communi. ut inquit Ant.
de Butrio in c. ſane. per illum tex. de priuilegijs. Bal. in l. j. in prin. C. de le-
gibus. Domi. in c. ne aliqui. de hære. lib. 6. Card. in conſi. 135. pu. o filias.
in fi. Bal. in l. non tantum. §. non omnia. ff. de excuſa. tuto. Ange. in conſi.
272. quoniam dictum priuilegium. nos ergo loquimur ſecundum legem
communem ſecundum quam nullus ſine baptiſmo ſaluatur, ut dixi in il-
la authoritate Ioan. 3.

26 Ad † octauũ ſine præiudicio prædictorum, quòd adueniente lege Euã
gelica & publicata ceſſauerunt alia remedia ad emundationem origina-
lis peccati, ita ꝙ ſine baptiſmo quis non ſaluatur. Dato ꝙ ſecundum cõ-
munem curſum gratiæ poteſt homo mœreri per alios, ut per illam exci-
tetur in libero arbitrio ad præparandum ſe ad ſuſcipiendum motũ pro-
priæ uoluntatis ſecundum gratiam, & ſic fides illorum potuit illi adulto
ſubuenire merito congrui, ſed non ſine motu propriæ uoluntatis interue
niente. pro his eſt. S. Tho. in 1. 2. q. 114. art. 6. quia ergo paruuli uterini
nullum motum propriæ voluntatis poſſunt adhibere, & ſi primam gratiã
recepiſſent merito fidei aliorum, ideo mediante illa non poſſunt ſecundũ
communem legem ſuſceptionis gratiæ ſecundam gratiam recepiſſe ad
emundationem peccati originalis, ſi autem fides aliorum illum paraliti-
cum curauit, hoc fuit de gratia ſpeciali, & talem poſſet dare Deus iſtis
paruulis exiſtentibus in utero, & eos ſaluare. de hac tamen lege ſpeciali
non eſt quæſtio ſed de lege communi.

Ad ultimũ dicendum eſt, quòd licet paruuli exiſtentes in uteris mater
nis ſint capaces baptiſmi ſanguinis, ſi propter Chriſtum occidantur, ut
dixi

dixi ſecundum Augu.non tamen ſic dicendum eſt, ut per fidem parentum ſolam ſine ſacramento perducantur ad emundationem originalis peccati, quia de hoc ultimo nullam habemus authoritatem a ſacra ſcriptura ſeu a doctoribus authenticis ſicut de prima de quo habemus authoritatem Auguſtini. præmaxime, quia hodie alia remedia quæ ad hoc erant ordinata ceſſant, adeo ut ſine baptiſmo nullus ſaluetur a tempore diuulgatæ legis Euangelicæ, ut ſcribit Ricard. in 4. diſt. 3. arti. 5. q. 3. Inde dicebat Adria. in 4. de ſacram. baptiſmatis. col. pe. ꝙ ſi aliquis ſine uſu naturalium remaneret non informatus de lege Euãgelica, ꝙ licet talis per ignorantiam excuſaretur a tranſgreſsione præcepti, non tamen conſequeretur fructum operis operati ipſius baptiſmatis, quamuis ſpeciali prærogatiua poſſet per Deum ſaluari, ut dixi ſupra de paruulis morientibus in vteris maternis, & hæc ſufficiãt ad laudem Dei, eiuſque genitricis Mariæ intemeratæq; virginis, præmiſſa proteſtatione de qua ſupra dictum eſt, & ſunt contra quendam prædicatorem verbi diuini.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas ordinata & abſoluta quæ ſit.*
2 *De facto uel de iure quando dicatur aliquid fieri.*
3 *Plenitudo poteſtatis in principe quando dicatur.*
4 *Aſſertio repugnans potentiæ Dei eſt hæretica.*
5 *Deus noluit uincere diabolum per potentiam, ſed per iuſtitiam.*
6 *Legiſlator poteſt condere legem aliter quàm condidit.*
7 *Animalia habentia cor & caput poteſt facere Deus quòd ſine corde, & capite uiuant.*
8 *Deus poteſt facere quòd homo uiuat ſine cerebro.*
9 *Deus eſt uniuerſalis prouiſor omnium animalium etiam irrationalium.*
10 *Negare Deum eſſe omnipotentem, repugnat ſacræ ſcripturæ.*
11 *Deus an potuerit liberare genus humanum & redimere alio modo quàm fecit.*
12 *Temeraria aſſertio quæ ſit.*
13 *Temeraria aſſertio eſt errans dubia & ſcandaloſa.*
14 *Potentiam Dei nullo modo debemus negare, niſi appareat manifeſta contradictio.*
15 *Verba blaſfema dicens debet pænitere ut remittatur ſibi pœna.*
16 *Pænitentia infra quantum tempus admittatur ad hoc ut alicui remittatur pœna pro uerbis maledictis contra Deum.*
17 *Verbum, poteſt, præcedente negatiua priuat potentiam.*

18 *Authoritas Pauli prima ad Corinthios. 9. quòd non eſt cura Deo de bobus quomodo intelligatur.*

VIGESIMA QVAESTIO.

1 VIGESIMO † Quæro, An ſit erroneum dicere Deum non poſſe de poteſtate abſoluta ſtatuere ꝙ quis ſine corde aut cerebro uiuat. Item ꝙ non poſſet animalia irrationabilia iuuare, & domui ruinam minanti ſubuenire ne cadat, & intelligo potentiam abſolutam. i. Quia cum poteſtas ordinata ſit, quæ leges ſequitur a diuina uoluntate ordinatas, abſoluta eſt quæ abſtrahit ab illis legibus, & Deus dicitur illud poſſe de poteſtate abſoluta, quod ſimpliciter & abſolute poteſt, ut ſcribit Petrus de Liaco in j. q. 13. arti. 1. & ibi inquit Scotus diſt. 44. q. unica. ꝙ ordinata potentia eſt inquantum eſt principium exequendi alia conformiter legi rectæ ſecundum ordinem præfixũ ab illa lege, & poteſt agere præter illam legem, uel contra eam, & in hoc eſt potentia abſoluta excedens potentiam ordinatam, & ideo non tantũ in Deo eſt, ſed in omni agente libero qui poteſt agere ſecundũ dictamen rectæ rationis uel rectæ legis, & præter talem legem & contra eam eſt
2 diſtinguere poteſtatem ordinatam & abſolutam. Et † ideo dicunt iuriſtæ, ꝙ quis poteſt hoc facere de facto, hoc eſt de potentia abſoluta, uel de iure, hoc eſt de potentia abſoluta ſecundum iura, & dicit Bal. in l. digna uox. C. de legibus, ꝙ ſuprema & abſoluta poteſtas principis non eſt ſub lege, & poteſtas ordinaria habet reſpectum ad legem. Et hæc
3 † abſoluta poteſtas dicitur plenitudo poteſtatis in principe, quæ nulli neceſsitati ſubiecta, nulliſque iuris publici regulis limitata eſt. ut dicit Bal. in l. 2. col. 6. C. de ſerui. & aqua. ut refrt Franci. de Curte Senior in conſ. 27. incipic. Magnificus uir. col. 11. & dum princeps ſupremus utitur plenitudine poteſtatis non eſt qui dicat cur ita facis, quia eſt pro ratione uoluntas. Specul. in titu. de legato. §. nunc autem. uerſi. 88. c. memoria. 18. diſtin. tradit Lud. Bolo. in conſi. 6. ut in præſenti ardua. col. pen. Alex. in conſi. 2. uiſis codicillis. col. pe. libr. 1. & in conſi. 101. uiſis inſtrumentis. col. 6. co. libr. Idem dicit Bal. in præludijs feudorum. col. 8. & in l. fi. col. fi. C. de præcibus impera. offerre. glo. in c. quanto. de translat. Epiſcopo-
4 rum, & Bal. in l. 1. col. j. C. ſent. reſcin. non poſſe. Et † promiſcue loquẽdo de utraque aſſertione dico illas eſſe erroneas, & aſſertor illarum male ſentit de potentia Dei, nam repugnant ſymbolo fidei, & habetur in c. firmiter. in uerbo, omnipotens, de Summa Trini. & exodi. xv. omnipotens eſt nomen eius, & Eccle. 43. ipſe eſt omnipotens ſuper omnia opera ſua, & Eccle. j. unus eſt altiſsimus creator omnium omnipotens & eſt

potens & metuendus nimis. nam Deus qui legem poſuit naturæ de ſic formando homine cum cerebro & corde, potuit, & poteſt aliam legem dare, ſecundum quam corpus ab anima informatum uiueret ſine cerebro & ſine corde, & contra hanc uel præter uti poteſtate abſoluta. nam nullus adiuuit ſpiritum domini, nec ullus fuit eius conſiliatius. Oſe. 40.
5 Et † dicebat Auguſt. lib. 13. de Trin. c. xiij. ꝙ licet Deus ſua potentia potuiſſet diabolum uincere, noluit tamen niſi per iuſtitiam, inde dicit Magiſter lib. iij. diſt. xx. ſi quæratur an alio modo potuiſſet Deus hominem liberare quàm per mortẽ Chriſti, reſponde alium modum fuiſſe poſsibilem Deo, cuius poteſtati cuncta ſubiacent, ſed noſtræ miſeriæ ſanandę cõuenientiorem modum alium non fuiſſe, nec eſſe oportuiſſe. facit, quia illius eſt tollere cuius fuerat ſtatuere. patet, quia Deus qui grauitatem ferro dedit potuit illam tollere, ut ferrum nataret. 4. Reg. 6. ſic etiam qui uim vrendi igni tribuit illam ſuſtulit in camino ignis, Dani. iij. & Deus qui ſtatuit ſolem peragere curſum ſuum, Rogante Ioſue iuſsit ſtare ſolẽ in medio cœli, & non feſtinauit occumbere ſpacio vnius diei, nec fuit an
6 tea, nec poſtea tam longa dies. Ioſue. x. Et † pro his dicebat Vgo de ſancto uictore in libro de ſacramentis. ꝙ quandocunque aliquis legiſlator ſtatuit legem vnam, poteſt diſpenſare in lege, Deus enim ſtatuit unã legem, ꝙ ſingula corpora ſint in ſingulis locis, ergo illam poteſt annullare quando ſibi placuerit, ut ſint plura corpora in uno loco uel unũ corpus in diuerſis locis, ſicut diſpenſauit in lege illa, ꝙ ignis approſsimatus paſſo non ageret, ſicut patet in tribus pueris, & ꝙ ſol ſtaret tempore Ioſuæ, & ſic horum plura alia exempla adduci poſſent, quia non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Lucæ. j. nam ſicut Deus mediante cauſa ſecunda. ſ. corde, dat homini uitam, quia in eo principaliter poſuit ſedem animæ ſecundum philoſophum in lib. de differentijs ſpiritus & animæ, quæ anima totum corpus uiuificat. c. item ſi antequam. de pœni. diſ. j. ita poſſet alio modo & alio ordine operari eoſdem effectus ad uitam hominis, nam dicitur in libro de cauſis, ꝙ quicquid poteſt cauſa prima mediante cauſa ſecunda, poteſt prima cauſa per ſe ſola. unde dicit. S. Tho. in j. par. q. cv. art. 2. in corpore, ꝙ erroneũ eſt dicere Deũ non poſſe facere ꝑ ſe ipſum oẽs determinatos effectus qui fiunt per quancunq; cau-
7 ſam creatã. idem dicit in j. ij. q. lj. art. 4. Præſertim † quia aliqua animalia habẽtia cor & caput naturaliter põt fieri, ut uiuant ſublato corde, ut ꝑ philoſophũ de uita & morte dicẽtẽ, ꝙ animalia q̃ nõ uitalia ualde ſunt, multo tꝑe uiuũt ſublato corde, & in lib. de iuuentute & ſenectute inq̃t, multa aĩalia ablata illa particula q̃ uocaẽ caput uiuũt, ut patet ĩ entomis, ut ueſpis, & apibus (entoma uero græce aĩalia dicuntur q̃ a latinis inſecta

nuncupantur, ſicut apes, formicæ, & ſimilia) multo magis ergo Deus hoc poſſet facere, nam ſcribitur Iob. 36. Ecce Deus magnus uincens ſcien-
8 tiam noſtram. Et † de cerebro habemus teſtimonium in uita ſancti Dionyſij, nam ipſo decollato, & capite truncato, corpus eius ſe erexit, & caput ſuum inter brachia ſua portauit a loco qui uocatur mons maurus, vſque ad locum ubi nunc requieſcit. ut legitur in cathalogo ſanctorum. Item uas electionis Paulus poſtquàm decapitatus fuit, lingua eius ter Ieſum Chriſtum nominauit, ut dicit Gerſo. in 4. parte. in ſermone de domini circuncisione; & ſic potuit miraculoſe fieri in Beata Catherina de Senis, ut ſine corde aliquot diebus vixerit. ut dicit Anto. in ſua croni. in 3. parte tit. 23. §. x. unde aſſertio negans Deum hoc poſſe facere ſua abſoluta potentia male ſentit de articulo omnipotentiæ diuinæ. c. hæreſis. 24.
9 q. 3. facit. c. canones. xv. diſtin. Item † quo ad aliam aſſertionem, uidetur negari in ea Deum eſſe vniuerſalem prouiſorem, etiam quo ad animalia irrationabilia, cum ſit expreſſe contra ſacram ſcripturam, quia dicitur Pſal. 146. de Deo, qui dat iumentis eſcam ipſorum & pullis coruorum inuocantibus eum, & Math. xvj. reſpicite uolatilia cœli quoniam non ſerunt neque metunt & pater ueſter cœleſtis paſcit ea., negare autem Dei prouidentiam circa indiuidua irrationabilium creaturarum fuit error Rabi Moyſi, vt dicit. S. Tho. in j. parte. q. 22. art. 2. in corpore & ad quintum, & qui a Deo tollit prouidentiam auffert ſibi magnam perfectionem, & ſic blaſfemiam infert. Sapi. 14. tu autem pater gubernans omnia prouidentia, & ſcribitur Iob. 34. quem conſtituit aliud ſuper terram, aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt. ſuper quo dicit Gregorius mundum per ſe ipſum regit, quem per ſe ipſum condidit, quo modo autem hoc intelligatur quo ad prouidentiam Dei pertinet, & ratione ordinis rerum prouiſarum in finem, & executionis huius ordinis, quæ dicitur gubernatio, declarat. S. Thom. in prima parte. quæſtio. 22.
10 art. 3. Sufficit † igitur quòd negare Deum omnipotentem & uniuerſalẽ prouiſorem repugnat ſacræ ſcripturæ, & eſt dogma falſum fidei contrariũ orthodoxæ, ut eſt hæreſis, ut declarat Ochã. 2. lib. decalogi. parte. j. c. 6. & Gabriel. in 4. diſt. 13. q. 2. ut dixi ſupra in j. q. & habetur Mathe. x. nõne duo paſſeres aſſe ueneunt, & unus ex illis nõ cadit ſine patre ueſtro. i. ſine ꝓuidentia patris ueſtri, in quo ſunt oĩa, Sap. 6. puſillũ & magnũ ipſe fecit & æqualiter eſt ei cura de oĩbus. unde dicebat Eps Abulen. ſup Mathæũ c. x. in uerbo, Nolite timere. col. 5. poſt numeratos errores philoſophorũ circa ꝓuidentiã Dei, ꝙ de oĩbus tã uniuerſis ꝙ particularibus, ſiue ſubſiſtentibus, ſiue ꝓprietatibus, uel accidẽtibus ſubſiſtẽtiũ ꝗtuncũq; ſint parũ ualoris, eſt Dei ꝓuidẽtia, & iſtud cõuenit ueritati fidei. ſic Chri

ſtus

ſtus dicit, oẽs capilli capitis ueſtri ſunt numerati.i.de oĩbus habet curam
& numerat eos, cum tamen nihil ſit minoris ualoris in homine quàm ca-
pillus, quia multis pereuntibus nihil homini deperit, ſic etiam dicitur ſa
pientiæ.6. de ſapientia Dei ꝙ attingit a fine uſque ad finem.i.a primis &
optimis entibus uſque ad infima diſponit omnia ſuauiter. i. de omnibus
habet prouidentiam, quia diſpoſitio & prouidentia idẽ ſunt, ut ibi per
11 eum. Et † ambæ hæ aſſertiones temeritatis cenſuræ ſubijciuntur, quia,
pro ut domini theologi dicunt ſuper dubio illo, An Deus alio modo po-
tuerit genus humanum ſaluare quàm per incarnationem, Dicit.S. Bona-
uentura in 3.diſt.20.q.6.in fi. ſub his uerbis.de liberatione enim firmi-
ter credo ꝙ alio modo potuerit, de redemptione, nec nego, nec audeo
affirmare, quia temerariũ eſt cum de diuina potentia agitur terminũ præ
figere ei, amplius eñ poteſt Deus facere q̃ poſſumus cogitare, & ſic pon
12 derãdum dicit temerarium. Et † illa aſſertio eſt temeraria quando aſſeri
tur aliquod tanquam certũ quod non poteſt efficaciter probari rõne uel
authoritate, ſicut eſt aſſerere ꝙ mundus finietur infra centum uel ducen-
tos annos, quæ licet poſsit eſſe uera, Tamen hoc aſſerens tanquam cer-
tus dicitur temerarius, quia ad hoc nec authoritas, nec ratio efficax habe-
tur, ut dixi ſupra in q.6.alio modo capit̃ temeritas in iure, q̃n quid faci-
mus propria uoluntate ſine ſuperioris authoritate, ut inquit Domi. in c.
cum qui.§.inſuper.de præben.lib. 6. quia temeritas eſt quando quis facit
actum à iure prohibitum.Bart.in l.j.ff.ad turpi. facit.c. per uenerabilem,
qui filij ſint legi.& capitur in malam partem.l.iubemus. C. de ſacro. Ec-
13 cle.Car.in cle.j.de Summa Trini. Aliquando † talia aſſerens dicitur er-
rans, ut dicit S.Tho.in d.arti.2.aliquando dubius, nam dicit Ioan. de Ger
ſo.in 4.parte de propoſitio.ab Epiſcopo.hæreti.concluſione. 3. ꝙ ad E-
piſcopos non ſpectat propoſitionem aliquam hæreticare, quæ ex ſe, & de
iure eſt pœnitus dubia an ad fidẽ pertineat repugnãter, neque eſt ſcanda
loſa, & poteſt ſine periculo eius ueritas uel falſitas ignorari, ponens exem
plum in propoſitione, Deus non põt creare nouã ſpeciẽ, & licet aliquan-
do dicatur, Deus non põt ſuſcitare uirginem poſt ruinam, ut eſt textus
Hieronymi in.ca.Paulus.32.q.v.& ibi gl.& in l.j. C.de raptu virginũ.in-
telligendo quantum ad hoc, ꝙ non poſſet fieri quin fuerit cognita, ſecus
uero quantum ad integitatem mentis & corporis, quia Deus poſſet men
tem reintegrare, & corpus conſolidare per miraculum. ut inquit.S.Tho.
quoli.quinto.arti.3.& Cardi.in d.c.cum Paulus.& etiam ſi dicatur, Deũ
non poſſe facere ꝙ ea quæ facta ſunt infecta fieri non poſsint, vt dicit
Bald.in l.fin.col.fi.C.de legibus.quia ſecundum aliquos eſt dictũ Agatho
nis philoſophi dicentis, hoc ſolo priuat̃ Deus ut poſsit iã facta infecta fa

cere,& Ariſto.in 6.Eth.inquit ꝙ Deus hoc ſolo priuatur ingenita facere quæ produxit.& de his plura ſcribit Iaſo.in utraque lectura in l.j. §.ſi uir uxori.ff.de acquir.poſſ.& Ange.in conſi.287.hic punctus.circa fin.& plures alios caſus ponit Bartho. Socy. in conſi. 102. in præſenti conſultatione. libr. primo.

14 TENEO † tamen,ꝙ nihil eſt negandum poſſe a Deo fieri,niſi appareat manifeſta contradictio , uel efficax ratio hoc demonſtret , uel ex ſacra ſcriptura efficaciter conuincatur, ne incurramus in crimen negandæ omnipotentiæ Dei ſiue abſolute ſiue ordinate.ut in d.c.firmiter credimus.quia,talia uerba tendunt in vilipendium Dei,ut inquit Fely.in c.auditis.col.pe. de Præſcriptio. & ſi pertinacia daretur ex parte negantis, incurreretur hæreſis , quia contradiceret ueritati catholicæ in primo gra-
15 du, ut dixi,& in blaſfemiam,ut ſcribit Socy.in d.conſi. 102. Niſi † forſan talia uerba dicerentur ex lubrico linguæ ſecuta ſtatim pœnitentia confitendo Dei omnipotentiam, pro vt fuit in caſu excuſatus quidam iudæus vocatus Angelus,pro quo conſuluit Alex.in conſi. xv. uiſo proceſſu cauſæ.lib.3.& idem eſt dicendum,ſi calore iracundiæ dicantur,& ſtatim dicentem pœniteat,quia talis pœnitentia purgat factum præcedens, ut dicit Bald. poſt Petrum in l.ſi non conuicij. C. de iniurijs, quæ pœnitentia poteſt patere per percuſionem labiorum, uel pectoris, aut adorationem ligni facti ſuper terram ſeu parietem,præſentibus hijs coram quibus dixerat, hæc enim ſunt ſigna contritionis & pœnitentiæ.facit. cap.a nobis.2.de ſenten. excommunica. & ad horum probationem unus teſtis
16 ſufficeret , ut habetur in ſumma.in lib.j.de ſepultu.q. 3.in fin. Sed † infra quantum tempus admittatur hæc pœnitentia,quòd calore iracundiæ dixerit, ponit Lucas de penna in l.omnes omnino curiales.uerſic. ſed pone Titius.C.de decurio.lib.x refert Decius in l,quicquid calore.ff. de regu.iuris.ubi concludunt,ꝙ infra.xxx.dies admittitur huiuſmodi pœnitentia,pro quo facit.c.conſtat.j.q.j.c.cum apud.xj.q.iij,l,ſi uendicari. C. de pœnis.& hoc facile procedit in his quæ reuocari non poſſunt , ut eſt homicidium,ut notat Ange.in d.l. ſi non conuicij.Lanfra. in repetitione in c.quoniam contra falſam.in uerbo,confeſsiones,de probatio. Fely.in c. dilecti.colu.fin.de exceptio.& late in ca.cum te.de re iudi. uerſi.dum dicit glo.faciunt quæ dicunt Bar.& alij per illum tex. in l. qui ea mente. ff.
17 de furtis. Cauendum † eſt igitur ab huiuſmodi dictis , ꝙ Deus non poteſt aliquid facere , quia ſecundum iuriſtas uerbum,poteſt , præcedente negatione excludit omnem potentiam & neceſsitatē inducit,ut eſt gloſſ. vulgata.in cap.j.de reg. iuris lib.vj.ſcribunt Barto. & Moderni late in l. Gallus.in prin.ff.de liberis & poſthu.Barto. in l.iij. colu.j. C. de pigno.

&l.

& l.de his.ff.de tranſactio.& l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff. ſi certum peta.Bar.& Bal.in l.ſæpe.ff.de offi.præſi.Bar.in l.fi. ff.de ferijs.& l. ſtipulatio.iſta.§.alteri.ff.de uerbo.obliga.c.literas.de reſtitu.ſpol.l. j.§.ueteres & §.per ſeruum qui in fuga.ff.de acqui.poſſeſ.c.j.de cauſa poſſe. & proprie. Abbas in c.j in pri.no.de reſti.ſpolia.

18 NEC † Obſtat prædictis ſi dicatur illud quod Pau.j.ad Cori. 9.inquit,quòd non eſt cura Deo de bobus,cum Chriſtus dicat Lucæ.12.non ne quinque paſſeres ueneunt dipondio, & unus ex illis non eſt in obliuione coram Deo,ubi dicit Beda, ꝙ omnia ſunt ſub prouidentia diuina,& ideo dicitur Deum non habere curam de bobus, quia cum cura dicatur doctrina & regula uiuendi,ut dicit ibi Vgo Cardi.de ſolis hominibus dicitur Deum habere curam , quia Deus brutis animalibus non dat regulam & præcepta uiuendi,& quia creatura rationalis habet per liberum arbitrium dominium ſui actus, ideo ſpeciali quodam modo ſubditur diuinæ prouidentiæ,ut ſcilicet ei imputetur aliquid ad culpam uel ad meritum, & reddatur ei aliquid ut pœna uel præmium, & quantum ad hoc curam Dei Apoſtolus a bobus remouet, non tamen ita ꝙ indiuidua irrationabilium creaturarum ad Dei prouidentiam non pertineant, ut errãs Rabi Moyſes autumabat,ut dixi ſecundum.S. Tho. in d.arti.2.ad quintum.Idem concludit.S.Tho.in d.c.9.lectione.j.in uerbo,non eſt cura de bobus,dicens ꝙ non tantum intelligitur hoc naturaliter de bobus, ſed ẽt ſpiritualiter de prædicatoribus uerbi diuini, quia prædicatores qui corda fidelium ad fidem aperiunt debent arare in ſpe ſtipendiorum temporalium non tamen propter hanc ſpem. Debent enim primo quærere Regnum Dei, & qui triturat. i. bonos a malis quaſi grana a malis diſcernit prædicando ſcilicet ad mores debet hoc facere in ſpe fructus percipiendi.2.ad Thi.2.laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.& Eccleſi. vj. is qui arat & qui ſeminat accedit ad illam & ſuſtinet bonos fructus, quæ ad propoſitum conferunt pro ut uerbo expoſui & dominationes ueſtræ ad declarationem optime aduertunt, Et inquit Augusti.in Pſal.35.ſuper illo. homines & iumenta ſaluabis domine,qui fecit hominem ipſe fecit & iumenta, qui utrunque fecit utrunque ſaluat. Sed ſalus iumentorum temporalis eſt, hominum uero e contra, & ſic in eo ꝙ iuuare refertur ad animalia irrationalia, temporalem ſalutem reſpicit,ſi ad homines ad utrunque. Neemi. 2. Deus ipſe adiuuat nos.& in Pſal.36.adiuuabit eos dominus, unde cum dictarum propoſitionum altera deroget omnipotentiæ,altera uero prouidentiæ diuinæ,ambę erroneæ ſunt, & male de contentis in ſacra ſcriptura & credibilibus ſentientes,ut patet ex præmiſsis.

SVMMARIVM.

1 *Hyſtoriæ alicuius ſancti recepta ab Eccleſia an ſit tantæ authoritatis ſicut Euangelium.*

2 *Eccleſia an ſit maioris authoritatis quam euangelium.*

3 *Excuſatur quis a dolo falſæ propoſitionis ſi habet Doctorem pro ſe, maxime præceptorem.*

4 *Aſſertio eſt erronea, dicere quòd Eccleſia habet maiorem authoritatem quàm Euangelium.*

5 *Euangelium infamare eſt blaſphemare contra Deum.*

6 *Scriptura ſuſcepta ab Eccleſia non eſt maioris authoritatis quàm ſacra ſcriptura.*

7 *Aſſerere aliquid eorum quæ ab Eccleſia probantur ſuo modo non eſt hæreſis.*

8 *Auguſtini & aliorum doctorum ſanctorum dicta an ſint approbata hodie.*

9 *Intellectus capituli Sancta Romana Eccleſia 15. diſtin.*

10 *Auguſtini & aliorum doctorum ſanctorum dicta in quibus approbantur.*

11 *Opuſcula doctorum ſanctorum quando ſunt credenda de neceſſitate ſalutis.*

12 *Concilia quatuor generalia qua ueneratione ſunt tenenda.*

13 *Euangelium quare legitur a diacono, & Epiſtola a ſubdiacono.*

14 *Authoritas Eccleſiæ non eſt præferenda Euangelio.*

15 *Euangelia quatuor proferuntur authoritate Eccleſiæ.*

16 *Concilium generale in tangentibus fidem non poteſt errare.*

17 *Eccleſia non poteſt ſtatuere contra Euangelium.*

18 *Papæ præcipienti aliquid contra ſacram ſcripturam non eſt obediendum.*

19 *Papa non poteſt diſpenſare quando perturbaretur ſtatus Eccleſiæ.*

20 *Papæ præcipienti aliquid, quod eſt peccatum mortale non eſt obediendum.*

21 *Papa non poteſt diſpenſare, quòd quis ſaluetur ſine baptiſmo uel ſine confeſſione.*

22 *Papa licet poſſit diſpenſare circa ſtatuta in concilio generali, non tamen in concernentibus fidem.*

23 *Concilio generali non eſt opus aduerſus hæreſes iam ſopitas & determinatas.*

24 *Papa poteſt diſſoluere concilium generale quando in eo tractatur de hæreſibus condemnatis.*

25 *Concilium congregari poteſt ſi hæretici nolunt aliter redire niſi congregato concilio.*

26 *Hæretici non ſunt uocandi ad concilium ſi perſeuerent in ſuis hæreſibus.*

27 *Regula Auguſtini ſuper damnatis hæreſibus.*
28 *Deciſa in concilio generali ſunt in uoluntate Papæ in concernentibus fidem.*
29 *Concilium generale congregatum ſine authoritate Papæ eſt concionabulum.*
30 *Concilium generale & Papa non poſſunt ſtatuere contra Euangelium.*
31 *Papa an poſſit diſpenſare contra dicta Apoſtoli.*
32 *Authoritas Auguſtini, non crederem euangelio niſi ad hoc authoritas Eccleſiæ me commoueret, quomodo intelligatur contra Iacobum Almeni.*
33 *Eccleſiæ authoritas eſt magna, quia innititur reuelationi & authoritati diuinæ.*
34 *Opinio ſeu ſententia magiſtri excuſat diſcipulum, qualiter intelligatur.*
35 *Aſſiſtens opinioni alicuius magiſtri contra manifeſtum ſcripturæ teſtimonium non poteſt ab erroris uitio excuſari.*
36 *Intellectus ad ſupradictam concluſionem Sancti Tho.*
37 *Quando debeamus ſequi opinionem doctorum.*
38 *Licet Papa non poſſit ſtatuere contra nouum & uetus teſtamentum, poteſt tamen interpretari ea quæ ſunt fidei.*
39 *Interpretatio obſequitur & obſequi debet Euangelio, alias non eſſet interpretatio.*
40 *Interpretatio in iure quatuor modis dicitur.*
41 *Papa diſpenſat cum monacho ex cauſa ut matrimonium contrahat.*
42 *Papa diſpenſat cum bigamo ut poſſit promoueri ad ſacros ordines, cum cauſa.*
43 *Papa Eugenius. 4. induxit diſpenſare cum bigamo.*
44 *An Papa poſſit diſpenſare quòd nepos ex fratre ducat in uxorem illam quæ fuit uxor patrui.*
45 *Patruus an ſit prohibitus de iure diuino filiam fratris ſui ducere in uxorē.*
46 *Patruus ſecundum legem diuinam poterat ducere filiam fratris ſui, & in hoc articulo omnes gloſſæ & Doctores canoniſtæ errarunt.*
47 *Papa non poteſt diſpenſare ut frater accipiat germanam ſuam in uxorem.*
48 *Papa in primo gradu affinitatis diſpenſat, ſed non in primo conſanguinitatis.*
49 *Iudæus habens germanam ſuam in uxorem ſi uelit fieri Chriſtianus eſſet ſeparandus à dicta uxore.*
50 *Papa non poteſt diſpenſare ut frater ducat uxorem fratris ſui filijs decedentibus, ſecundum Petrum de Palu.*

VIGE-

VIGESIMA PRIMA QVAESTIO.

1 VIgeſimo Primo † Quæro, An ſit erroneum dicere, hyſtoriam alicuius ſancti ab Eccleſia acceptam eſſe maioris authoritatis, quàm dicta Euangeliſtarum, Apoſtolorum, & Virginis Mariæ, poſito exemplo in his uerbis, quæ leguntur in uita beatæ Mariæ egyptiacæ, tranſiens Iordanem ſaluaberis, & uidetur ꝙ non, quia in hyſtoria præfata dicta uerba leguntur dicta quadã diuina uirtute per Angelum eidem Mariæ Egyptiacæ, ut refert. S. Anton. Archi. Floren. in 2. parte cronicæ. ti. xv. c. x. §. xj. & idẽ dicit diuus Hieronymus in uitis patrum, & dicta hyſtoria uidetur recepta & approbata ab Eccleſia in illo canone, In quo illa quatuor ſolemnia concilia generalia approbata fuerunt, ut in c. Sancta Romana Eccleſia. 15. diſt. ubi inter alia ponũtur hæc uerba formalia. Item uitas patrum Antonij, Pauli, Hylarionis & omniũ hæremitarum, quos tamen beatiſsimus Hieronymus ſcripſit, cum omni honore ſuſcipimus, & cum inter uitas dictorum hæremitarum reperiatur hyſtoria præfata, concludenter ſequitur illam fuiſſe ſuſceptã ab Eccleſia, maxime quia in aliquibus Eccleſijs in officio nocturno pariterq; diurno illa concinitur, & omnia dicitur facere Eccleſia quibus authoritatem ſuam impartitur. l. j. §. omnia. C. de uete. iure. enucle. c. apoſtolicæ de præben. lib. 6. & ideo ꝙ in his error eſſe non poſsit, Vnde illa hyſtoria non uidetur apocrifa capiendo apocrifum ꝙ de eius ueritate ſeu authore dubitetur, ut ſcribit Vgo Card. in prologo galeato ſuper libris regũ.

2 Et † pro his facit, quia uidetur ꝙ Eccleſia ſit maioris authoritatis quàm Euangelium, quod dicitur probari dicto Auguſtini dicentis contra Epiſtolam fundamenti, Ego non crederem Euangelio niſi Eccleſiæ catholicæ authoritas me commoueret, per quod dicebat Iacobus Almeni in 3. ſententiarum. diſt. 24. circa finem. ꝙ magis tenemur credere eccleſiæ ꝗ̃ Euangelio, cuius uerba ſunt hæc, certum eſt, ꝙ tenemur credere omnibus contentis in ſacro canone, quia eccleſia credit, ex ea ratione ſolum ergo per prius magis tenemur credere Eccleſiæ, quàm Euangelio, patet, dicit Auguſtinus, Euangelio non crederem, niſi ad hoc me compelleret authoritas eccleſiæ, Sed non tenemur credere Euãgelijs apocrifis, quia Eccleſia non exhibet ea tanquàm credenda, ergo tota ratio, quare tenemur credere Euangelio, Epiſtol s apoſtolorum & prophetarum eſt quia præſentantur ab eccleſia, ergo a fortiori tenemur magis credere ueritati Eccleſiæ quàm Euangelio, hæc ille.

3 Vnde † aſſertor dictæ propoſitionis habens pro ſe doctorem modernum excuſandus uidetur a dolo, ut ſcribunt doctores Alex. & Decius in

l.iuris ignorantia.C.qui.admi.in c.ne innitaris.de conſti.c. cappellanus.
de ferijs.Ange.in l.plagij.C.ad.l. flauiam de plagia. & quanto iuniores
ſunt Doctores,tanto perſpicatiores,quia aliorum ſcripta uiderunt, ſe-
cundum Priſcianum;vt dicit glo.in l.Gallus.in prin.in uerbo,filius.ff.de
libe.& poſthu.præſertim ſi fuiſſet eius magiſter, excuſatur enim qui ſe-
quitur opinionem ſui præceptoris,ut dicebat Oldra. in l. quæſitum.§.j.
ff.de fundo inſtructo. nam probabiliter quis ſequitur opinionem ſui do
ctoris,immo illam tenetur defenſare.l.qualem.uerſi. Caſſius ſententiam
ſui magiſtri excuſat.ff.de arbi.Andr.Siculus in procemio clementinarū.
32.col. & iudex ſequens ſententiam ſui doctoris non tenetur in ſindica-
tu.Socy.in conſi.44.in præſenti conſultatione.col.2.lib.j.pro quo facit
quod inquit dominus Matthe.23. ſuper cathedram Moyſi ſederunt ſcri
bæ & phariſei,omnia quæ dicunt uobis ſeruate & facite.

4 SED † HIS Non obſtantibus,ſalua determinatione Eccleſiæ,illa
aſſertio uidetur erronea,iniurioſa,& blaſfema, præponit enim authori-
tatem alterius ueritati ſacri Euangelij,& canonicæ ſcripturæ,cum contē
ta in canonica ſcriptura ſint maioris authoritatis q̄ aliæ quæcunque,cum
ueniant immediate credenda,quod non habent aliæ ſcripturæ, ſed opus
eſt,ut examinentur,ut dicit Auguſt.in c.noli meis literis.9.diſt.quia im-
poſſibile eſt illam eſſe falſam.in c.ego ſolis.ea.diſtin. nec de eius ueritate
dubitari uel diſceptari poteſt utrum uerum uel rectum ſit quod in ea cō
tinetur.c.quis neſciat.ea diſtin.c.in ſcripturis xix.diſtin. quinimmo ipſa
eſt regula aliarum ſcripturarum & lumen,ſecundum quam omnis alia ca
tholica doctrina regulatur,ut in Pſal.118.Lucerna pedibus meis uerbum
tuum.& regula potior eſt regulatis.x.metha. & ſi alijs ſcripturis catholi-
cis datur fides, eſt quia ſacra & canonica ſcriptura comprobantur, nam
ut dicunt Hier.& Ricardus de ſancto Victore, ſuſpecta debet haberi om
nis ueritas quam non confirmat ſacræ ſcripturæ authoritas,& ideo pro-
pter unumquodque tale,& illud magis.in auctēn.multo magis,C. de ſa-
cro.Eccle.& ſi ulla,uel officioſa, mendacia in ea admittantur illius nul
la remaneret authoritas.c.ſi ad ſcripturas.9.diſt.Immo nephas eſt dice-
re ꝙ ſacra ſcriptura mentiatur.c.quid ergo. 23. q. v. & iniuria fit ſacræ
ſcripturæ ſi quis diſpoſita in ea uellet reuoluere.l.nemo.C.de ſumma Tri
5 ni.facit.c.maiores noſtri.24.q.j.Et † infamare Euangelium eſt blaſfemā
re,ut inquit Hiero. in ca.cum caput.34. q. 5.cum blaſfemia ſit auferre a
Deo quod ei conuenit,ut inquit.S.Tho.in 2.1.q. 13.art.j.ad quintum,
præſertim hæc locum habent, quia in ſacro Euangelio ſunt plura uerba
ore Chriſti prolata, quem Deum & hominem cōfitemur plenum gratiā
& ueritate.Ioan.j.qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore

eius.

eius.j.Pe.2.cui non fuit datus ſpiritus ad menſuram.Ioan.3. & etiam in eodem Euangelio ſunt uerba prolata à uirgine Maria,quam Dei & hominis matrem confitemur, quando Angelo nunciandi uerbi diuini incarnationem dixit,Ecce ancilla domini,& in uiſitatione cognatæ ſuæ ſanctæ Eliſabet,Magnificat anima mea dominum.Lucæ.j.

6 Vnde non eſt dicendum ꝙ aliqua ſcriptura etiam ſuſcepta ab Eccleſia ſit maioris authoritatis quàm canonica & ſacra ſcriptura,quia de mẽte doctorum Eccleſia poteſt dici ſuſcipere aliquam ſcripturam dupliciter,Primo ſimpliciter tradendo uel tollerando ꝙ publice legatur in Eccleſia aliqua hyſtoria, non ꝙ determinet illam de neceſsitate ſalutis eſſe credẽdam,& in hoc gradu ſunt legenda & miracula ſanctorum,uitæ patrum,uiſiones deuotarum perſonarum,recitationes & opiniones ſacrorum doctorum,quæ omnia ſuſcipit Eccleſia,& legi permittit, non ꝙ determinet talia eſſe de neceſsitate ſalutis credenda,ſed quia proficiunt ad commouendos affectus pios fidelium, & in ædificationibus ipſorum, dum in talibus nihil de certitudine ſcitur eſſe falſum,quàmuis neſciatur illud certitudinaliter eſſe uerum, quod oportet, nec ut tale credendum proponitur, ita ꝙ magis hic attẽditur id quod pia recogitatione fieri potuit,q̃ illud quod factum eſt,& hoc apud oratores crebertimum reperitur,qui ex aliorum perſonis dicunt ea,quæ non perſonæ dixerunt, Sed q̃ dicere potuerunt,ſicut in legenda Beatæ Agnetis,& Beati Sebaſtiani, & ſimilium continetur,ut ſcribit Ioan.de Gerſono in j. parte. alphabeto. 14.de declaratione ueritatum.& de talibus eſt dicendum ꝙ non ſunt æqualis nec maioris authoritatis q̃ ſacra ſcriptura,q̃uis ab eccleſia ſint ſuſcepta.

7 Nec teneret conſequentia, ſiquis aſſereret contrarium eorũ quæ tali modo ab eccleſia approbantur,ergo eſt hęreſis,per rationes quas exhibui ſupra in q.xv.& probatur in d.c.ſancta Romana eccleſia. in princ. ubi poſt ſcripturas non prohibet ſuſcipi ſcripturas contentas in d.capit.

8 Nec placet quod dicit glo.in d.c.noli meis literis. ꝙ tẽpore Auguſtini & aliorum patrum eorum ſcripta non erant authentica,ut hodie ſunt, nam iubentur omnia teneri uſq; ad ultimũ Iota. i. ad minimam literam alphabeti,ut in d.c.ſancta,& ſic ꝙ dictum.c.noli.cum ſequentibus, hodie non haberet locum,quia illa glo.non tenetur per Card.de Turre Cremata.ibi,nam ut dicit Vgu.quem ſequuntur Arch.Domi.& dictus Cardi. ꝙ etiam ſecundum moderna tempora dictum,c. noli. cum ſequentibus intelliguntur,hoc eſt ꝙ hodie in ſcripturis talium aliquid poſſet reprehẽdi,& non credi, ſi quid inueniatur quod non innitatur authoritati ueteris uel noui teſtamẽti,ſiue probabili ſiue canonica ratione,ſicut ſunt multa in quibus ad inuicem ſibi doctores ſancti contradicere uidentur, ſicut

Hierony.

Hierony.& Auguſt.ut dixi ſupra in d.q.xv. ac etiam quia ipſemet Auguſtin.in c.negare.ca.diſt.confitetur in opuſculis ſuis & aliorum maiorum multa contineri quę iuſto iudicio ſine temeritate aliqua culpari poſſunt.

9 Non obſtat ꝙ dicitur in d.c.ſancta Romana eccleſia.de aliquibus opuſculis quæ ſunt ſeruanda uſque ad ultimum Iota, quia dicta uerba nõ referuntur ad opuſcula Auguſtini Hieronymi,ſeu aliorum, ſed ad contenta in opuſculis Leonis Papæ deſtinatis concilio Calcedonenſi de materia diuinæ incarnationis contra Euticem & Neſtorium ad Fauianũ Conſtantinopolitanum epiſcopum,ꝙ ſi quis ea uſque ad unum iota diſputauerit,& nõ ea in omnibus uenerabiliter receperit,anathema ſit, & ſic ad dicta Auguſtini ſeu aliorum doctorum eccleſiæ non referuntur, cum in multis ad inuicem ſe contradixerint.

10 Approbata ergo ſunt dicta Auguſtini & aliorum,nõ omnia, ſed quæ de fide catholica & condemnatione hæreticorum ſcripſerunt. Vnde quinta ſynodus in eorũ approbatione ſic habet. Sequimur per omnia ſanctos patres & doctores eccleſiæ, Athanaſium, Hylariũ, Auguſtinum, Theophilum, Ioannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum probum, & ſuſcipimus omnia quæ de recta fide & condemnatione hæreticorum expoſuerunt, prout refert. S.Tho.in lib.4.contra gentiles.c.24. Ex quibus patet ꝙ ſecundum tempora moderna poſt editionem illius canonis. Sancta Romana eccleſia. 15. diſt. dictum.c.noli. & hæc faciunt optime ad ea quæ dixi, ſupra in 15.quæſtione.

11 Secundo modo dicitur ſuſcipere eccleſia aliorum ſcripturã ſeu opuſcula doctorum, & illa tradit credenda eſſe de neceſsitate ſalutis diffinitione iudiciali & oppoſita reprobanda, cõcurrente uniuerſali totius eccleſiæ conſenſu implicite uel explicite,ut dicit Gerſon in dicto loco, & tunc contra taliter ſuſcepta & diffinita pertinaciter tenentes incurrerent hæreſim,ut eſt dictum de opuſculis beati Leonis Papæ,& opuſculis aliorum doctorum Eccleſiæ, quæ de condemnatione & reprobatione hæreticorum ſcripſere,ut dixi ſupra in q. 5. ubi tractatur de gradibus ſeu generibus catholicarum ueritatum,& de his etiam non poſſet dici eſſe maioris nec æqualis authoritatis,quam canonica & ſacra ſcriptura, ut probatur in d. c. Sancta, ubi poſt ſcripturam noui & ueteris teſtamenti admittit prædicta opuſcula,nec quatuor illa generalia concilia ſcilicet Nicenũ,Conſtantinopolitanum,Epheſinum,& Calcedonenſe in quibus ut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, æquari poſſunt authoritati ſacri Euangelij quod ab ipſius diuinæ ſapientiæ ore immediate emanauit, ut dixi, quia ſecundum locum obtinent poſt ſcripturas noui & ueteris teſtamenti,ut in d.c.Sancta.

12 Nec † obſtat quod inquit Gregorius in c. Sicut ſancti Euangelij. xv. diſt. inquiens, ſicut ſancti Euangelij quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere & uenerari me fateor. in quo uidetur Gregorius parem uenerationem exhibere quatuor concilijs, quę exhibetur Euangelijs, quod non eſſet niſi eſſent paris authoritatis, & in c. canones. ca. diſtin. dicitur quòd ſunt quaſi quatuor Euangelia. Quia ad hoc reſpondet Cardin. de Turre Crema. in d. c. ſicut. dicens ꝙ authoritas ſacræ ſcripturæ cæterarum quarumcūque ſcripturarum authoritati præponenda eſt, ut dicit Augu. in c. quis neſciat. 9. diſt. nec uniuerſalia illa quatuor concilia, nec quæcunque alia poſſunt authoritati ſacri Euangelij æquari, quod a Deo immediate proſilijt, quia ut inquit Auguſt. contra Fauſtum libro. 27. c. 12. Euangelij fidem & concilium ſapientiæ Dei ſupra omne concilium creaturæ cuiuſcūnque laudamus. Nec beatùs Gregorius in d. c. ſicut. intendit quatuor concilia æquare authoritati ſancti Euangelij, cuius authoritas omnibus ſcripturis antecellit, ut dicit Auguſt. in libro de conſenſu euangeliſtarum. c. j. ſed denotare uoluit ſimilitudinem, quia in his quę ex fide determinant illa concilia conformia ſunt doctrinæ Euangelicæ quo ad ueritatem quam ex Euangelio fundatam ſumpſerunt, uel ſecundum Cardin. Alexan. in d. c. ſicut. dici poſſit ꝙ quo ad fidem adhibendam paria ſunt Euangelia & generalia cōcilia, quia utriſque eadem fides adhibetur, quo ad uenerationem tamen & reputationem, Ego præferrem inquit Euangelia nedum concilijs generalibus, uerum etiam omnibus alijs ſcripturis eo ꝙ ab ipſo Chriſto qui eſt Deus & homo fuerūt prolata, ſic uidemus, ꝙ uerba ab ipſo Imperatore prolata cum maiore reuerētia ſuſcipimus, q̃ per nūcios uel inter medios eius nomine delata ſuſcipiamus, ut in Pſa. 43. Deus auribus noſtris audiuimus. ſcribit. S. Tho. in 4. diſt. 24. aliqua

13 ad propoſitum. Inde † eſt ꝙ cum Euangelium ſit perfectius & dignius alijs ſcripturis, ideo ipſius pronunciatio committitur diacono, Epiſtolæ uero lectio ſubdiacono, uel aliter poteſt dici, ꝙ Euangelia & cōcilia parificentur quo ad obligationem credendi, quia non credens illis quatuor concilijs quæ de fide ſtatuta ſunt hæreticus ſit, ſicut non credens Euangelijs, pro hoc facit. l. quicunque. C. de hæreti. cum Eccleſia uniuerſalis in his quæ fidei ſunt errare non poſſit, quia Spiritu Sancto regitur, ut nota-

14 tur in c. ſignificaſti. de electio. Ex † quibus ſequitur, quod authoritas Eccleſiæ non eſt præponenda Euangelijs ſacris, contrarium aſſerit Abulenſis Epiſcopus in prologo ſuper Matthæū, q. xix. 4. c. quem omnino uide, ut ſibi uidetur perſuadere Iacobus Almein in loco allegato, & eſto quòd eſſet par authoritas, non erat danda maior prærogatiua uni quàm alteri. l. non ſolum. §. de uno. ff. de ritu nuptia. non quidem Euangelium eſt ab

eccleſia,

eccleſia,ſed a Deo immediate,inquit enim Pau.ad Gala.j. neque ego ab
homine accepi Euangelium,neque didici,ſed per reuelationẽ Ieſu Chri-
ſti.& illud ſequi debemus.c.in canonicis. 19.diſtinctio.& Euangelio ma
gis credendum eſt q̃ alteri ſcripturæ aliud ſuadenti,ut cenſet Pau. ad Ga
la.j.dicens, licet Angelus de cœlo Euangelizet uobis præterq̃ quod euan
gelizamus uobis anathema ſit,ubi dicit glo.ꝙ de Angelo bono dicit,non
ꝙ hoc contingat,Sed quòd a Deo certus eſt de ueritate Euangelij ſui,ꝙ
etiam ſi bonus Angelus nunciaret non crederet,ſed anatemathizaret.
15 Si†ergo Euangelium Pauli præferendum eſt etiam Angelis bonis, ſic &
multo magis Euangelia quatuor præferenda eſſent toti Eccleſiæ militan
ti,ſi poſſibile eſſet illam docere contrarium,rationem annectit S. Tho.
ibi,lectione,2.colu.2. quia cum Euangelium a Deo immediate traditũ
ſit,non poteſt per hominem irritari,quia ſi par in parem non habet im-
perium.c.innotuit.de electio.l.ille a quo.§.tempeſtiuum. ff.ad trebelli.
multo minus inferior in ſuperiorem,c.cum inferior.de maio.& obediẽ.
pro ut in Papa exemplificari poteſt, qui non poteſt immutare ſacramen
ta Eccleſiæ a Chriſto inſtituta, ut ſcribit Auguſt. de Ancho. in tract.de
poteſtate Papæ. q. lx. art.3. & multo minus poſſet concilium generale,
quod non eſt ſupra Papam,ut traditur in c.ſignificaſti.de electione. pro
ut omni iure probat Card.de Turre Crema.in lib.de poteſtate Eccleſi.
lib.3.cap.23.in fi.ut per eundem in d. lib. cap.l. & Anto. de Roſellis in
16 ſua monarchia.q.4.Decius in conſilio.151.maximi ponderis.Ideo †di-
xi,ſi poſſibile eſſet, quia concilium generale in his quæ fidei ſunt errare
non poteſt,quia Spiritu Sancto regitur,ut traditur in d.c.ſignificaſti,&
in c.a nobis de ſenten.excommunica. & late ſcribit dictus Iacobus de Al
mein in 3.ſenten.diſt.23.in fi.arg.in c. a recta & capitulo. pudenda.24.
q.j.quod patet,quia ille errare non poteſt, cuius determinatio non po-
teſt in dubium reuocari,& ſic eſt, quia determinata a concilio gñeral
nunquàm reuocari poſſunt,ut in d.c.maiores. 24. q. j. & ſententia Papæ
præfertur aliquando ſententiæ concilij generalis in his quæ fidei ſunt, ut
ſcribit Card.in c.cuncta per mundum.9.q.3.& Latius in d.tracta. lib.3.
cap.64.& plura ſcribunt Fely.& alij in c.nonnulli.colu.4.de reſcriptis.
17 Si†quidem concederetur ꝙ magis credere tenemur Eccleſiæ q̃ Euange-
lio,ut ſibi perſuadet Iacobus Almein,ſequeretur,ꝙ Papa & Eccleſia poſ
ſent ſtatuere contra Euangelium,quod non eſt dicendum,immo errare
magis q̃ ſententiam dare conuincerentur,& pro hoc eſt tex.in cap. ſunt
quidam.25.quæſtione prima.ubi dicitur. ſunt quidam dicentes Roma
no Pontifici ſemper licuiſſe nouas condere leges, quod & nos non ſo-
lum non negamus,Sed etiam ualde affirmamus, Sciendum uero ſummo

pere

pere eſt,quia inde nouas leges condere poteſt, unde Euangeliſtæ aliquid
& prophetæ nequaq̃ dixerunt,ubi uero aperte dominus, uel eius Apo-
ſtoli & eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierunt, ibi
non nouam legem Romanus Pontifex dare , ſed potius quod prædicatũ
eſt uſque ad animam & ſanguinem confirmare debet , ſi enim quod do-
cuerunt Apoſtoli & prophetæ deſtruere(quod abſit)niteretur, non ſentẽ
tiam dare, ſed magis errare conuinceretur , ſed hoc procul ſit ab eis qui
ſemper domini Eccleſiam contra luporum inſidias optime cuſtodierũt.
18 Vnde † ſi Papa p̃ciperet aliquid quod obuiaret ſanctis ſcripturis, obe
diẽdum eſſet potius ſpiritui domini quàm corpori.capitulo.ſi dominus
& c.Iulianus.xj.quæſtione 3. pro ut declarat Abbas in capitulo. cum te-
neamur.de præben.capitulo.ſignificauit.de offi.ord. & idem Decius ibi
dicit,inde eſt quòd circa articulos fidei non poteſt diſpenſare, ut dicunt
Vincen.Ioan.Andre.& Abbas poſt alios in c.propoſuit.de conceſſi. præ
ben.& Petrus de Ancha.in cõſi.374.reuocatur in dubium. nec in his qui
bus ſtatus Eccleſiæ decoloraretur,ideſt damnum pateretur & depreſſio
nem,ut notat Inno.in c.quanto.de conſuetu.c.inquiſitioni.de ſenten. ex
communica.capitulo.ad monaſterium.de ſtatu monacho.gloſſ. in capi-
tulo nulli.de ſenten.excommunica.capitulo.ſi Papa.40.diſtin.glo.in ca-
pitulo.requiritis. §.niſi rigor.xj.quæſt.3.per tex.in c.& ſi illa, ea. cau. &
q.& per hunc tex.ſic decidit Specu.in tit.de diſpenſatio.§.nunc ſequitur.
19 uerſi.xij.Et † hinc ſumitur ratio deciſionis glo.in cap.per principalem.
9.quæſt. 3. dicentis Papam non poſſe deponere omnes Epiſcopos,quia
turbaret eccleſiam uniuerſalem, & hæc eſt etiam ratio deciſionis Docto
rum in capitulo.nulli.de ſenten.excommuni. ꝙ ſi Papa uellet uniuerſali
ter tollere priuilegium canonis,ſiquis ſuadente,non poſſet,& ſcribit An
to.de Roſellis in ſua monarchja. q.xiij. uerſi. in contrarium uidetur . &
ſcribit Ludo.Ro.in conſi.345.circa primum.colu.3.& per dictum. cap.
ſunt quidam.dicit Henricus Boic.in capitulo.propoſuit.de conceſſi.præ
ben. ꝙ Papa in omnibus poteſt diſpenſare , dummodo ſua diſpenſatio
non ſit contra fidem,nec nutriat peccatum mortale, nec inducat ſubuer
ſionem fidei,nec periculum animarum,nam in talibus nullam habet con
tra Deum poteſtatem,& ita dicit intelligendum. d. cap. ſunt quidam.&
idem ſi uellet immutare canones articulos fidei continentes , uel per ſuã
diſpenſationem ſubuerteretur ſtatus uniuerſalis eccleſiæ, ut probatur in
capitulo.ſicut ſancti.xv.diſtin.ſequitur Egidius Bella.in conſi.28.in fa-
cto mihi tradito.col.pe.& dicebat Hoſtien.in d.capitulo.propoſuit . ꝙ
Papa tantam plenitudinem poteſtatis habet , quòd quando aliquid præ-
cipit,obediendum eſt ei, etiam ſi dubium ſit utrum ſit mortale,dummo

do

20 do conſcientiam uincere poſsit. c. quis culpatur. 23. q. j. Sed † ſi certum ſit illud quod præcipit eſſe mortale, recognoſcendus eſt Papa cœleſtis.ca. Iulianus.& ca. qui reſiſtit. xj. q. 3. ſequitur dictus Egidius in conſi. xvj. factum eſt tale. col. pe. inde eſt etiam ꝙ Papa non poſſet diſpenſare ſuper præceptis decalogi, ut ſcribit Aſten. in ſumma. lib. j. titu. 3. c. quinto. quia ſine his ordo uirtutis eſſe non poteſt, & ideo dicuntur neceſſaria, ut inquit. S. Tho. in j. ij. q. 99. arti. quinto, nec nouos articulos fidei facere, aut editos remouere, aut noua ſacramenta inſtituere, aut inſtituta remouere, quia hæc pertinent ad poteſtatem excellentiæ, quæ ſoli Chri-
21 ſto debetur, qui eſt Eccleſiæ fundamentum. Et † ideo ſicut Papa non poteſt diſpenſare, ut quis ſine baptiſmo ſaluetur, ita ꝙ non ſaluetur ſine confeſsione, ſecundum quod obligat de præcepto Eccleſiæ, ut poſsit aliquis diutius confeſsionem differre, ut inquit. S. Tho. in 4. diſti. 17. q. 3. arti. j. q. v. ſentit idem Ioan. de Ana. in c. cum Chriſtus. de hæreticis, & dicit Auguſt. in 4. lib. de Trini. c. 6. in fine, quòd contra ſacras ſcripturas nemo Chriſtianus ſentit, & cum ſacra ſcriptura ſit inſpirata a ſpiritu, non poteſt inferior determinare contra determinata per ſuperiorem. cle. ne
22 Romani. de electio. c. inferior. diſtin. 21. Inde † eſt, ꝙ licet concilia uniuerſalia ſumant authoritatem a ſummo pontifice. ca. ſignificaſti. de electio. & per totam diſtin. 17. & ſic poſſet reuocare ea quæ per concilia generalia ſunt ſtatuta, ut probatur in c. non debet. de conſangui. & affini. c. Alma. de ſenten. excommunica. lib. 6. tamen contra ea concilia quæ de fide ſunt, ut ſunt illa quatuor, ut in c. ſicut ſancti. 15. diſtin. & illa octo concilia de quibus in c. Sancta. 16. diſtin. ubi profitetur Papa ſe uſque ad vnum apicem immutilata ſeruaturum, non poſſet Papa nouas leges condere, aliud de fide & reprobatione hæreticorum ſtatuendo, quàm ſtatutum ſit in dictis concilijs, tùm quia uerum uero conſonat, & ueritati non contradicit, tum etiam quia daretur intelligi ꝙ concilium generale in his quæ fidei ſunt tunc defecerit & errauerit, quod non eſt dicendum. cum Eccleſia ſemper fuerit ſine macula erroris & ſine ruga duplicitatis. d. ca. a recta. & c. pudenda. & eſſet contra Chriſti pollicitationem de qua Lucæ. xxij. Ego oraui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. & in his terminis intelligitur. d. ca. ſunt quidam. quod ex eo ſolo procedit, non ꝙ concilia illla generalia illud ſtatuerunt, ſed quia ſunt illa ſtatuta fidem concernentia, & de tali fidei materia ſancita, cum vna ſit fides Eccleſiæ, una columba, vna Eccleſia electa Dei, ut habetur in extrauaganti, Vnam ſanctam Eccleſiam. de maiori. & obedientia. & Cardi. late ſcribit in. cap. loquitur. xxiiij. quæſt. prima. & ſic Papa uel concilium generale nec Euangelium, nec ſacram ſcripturam Apo-

ſtolorum & prophetarum poſſet deſtruere, nec ſtatuta in his quæ ſunt fi dei a concilijs generalibus alterare, cum ea uſque ad unum apicem profi tentur ſummi pontifices ſe ſeruaturos, ut in d.cap. Sancta octo concilia. xv. diſtin. quinimmo ea in dubium reuocare non poſſunt quæ a ſacra ſcri ptura deciſa ſunt, ut in c. quis neſciat. 9. diſt. nec quæ a concilijs in cernẽ tibus fidem ſemel ſtatuta ſunt diminui uel immutari poſſunt, nec in dubium reuocari, ut eſt text. in c. maiores noſtri. 24. q. j. cuius uerba ſequũ tur. maiores noſtri diuina inſpiratione cernentes neceſſario præcaue runt, ut quod contra unamquamque hæreſim coacta ſemel ſynodus pro fidei communione & ueritate catholica atque Apoſtolica promulgaſ ſet, non ſinerent nouis poſt hæc retractationibus mutilari, ne prauis occaſio præberetur, quæ medicinaliter fuerunt ſtatuta pulſandi. concordat text. in l. nemo. C. de Summa Trini. & fide catho. ca. cum pie. 25. q.
23 2. & c. quod bene. vj. q. iiij. allegata in glo. Per † quem tex. alias reſpondebam domino Cardinali Hyſpalenſi, ꝙ ad extirpandas hæreſes luteranas non erat opus generali concilio, cum omnes eius hæreſes iam a ſanctis patribus damnatæ ſint, ut de earum damnatione reprobationeque non ſit amplius hæſitandum. Sed manu forti Regia & Imperiali illarum ſuſcitatores, ſciſmatici, diſsipatores Eccleſiæ, exuſlatores Chriſti, & blaſfematores comprimendi ſunt, ut à Sara verberetur Agar, & cognoſcat ſe Agar, & ad dominam ſuam reuertatur, quia ad hoc affligitur ut reuertatur, & utinam reuertatur, pro ut inquit Auguſtinus ſuper Ioannem. & ſcribitur in c. quando uult Deus. 23. q. 4. ſufficeret ergo antiqua damnatio dictarum hæreſum etiam quo ad nouiter incidentes, ut pro-
24 batur. 24. q. 1. ca. 1. 2. 3. Et † non ſolum non eſt opus concilio ad extirpandas hæreſes iam damnatas, ut dixi, uerum etiam ſi eſſet congregatum ad hoc, & Papa uellet illud diſſoluere, & contenderet concilium ꝙ Papa non poſſet diſſolutionem facere, & hoc ut iterum tales hæreſes damnarentur, talis contradictio non debet impedire concilii diſſolutionem ſi Papa diſſoluere vellet. facit. l. nemo. C. de Summa Trini. cum alijs deſuper allegatis; Ita concludit Anto. de Roſellis in ſua monarchia. q. 13.
25 uerſi. quid ſit dicendum. Subijcit † tamen, ꝙ ſi iterum hæretici uellent ſe concilio ſubijcere & reuerti aliter non reuerſuri niſi per manus concilij, ꝙ Papa inuitis patribus de concilio non poſſet ante hæreticorum correctionem diſſoluere concilium, quia ſi correcti uolunt redire ſunt admittendi. c. j. xxiij. q. vj. notat gloſſ. in d. c. maiores. & S. Tho. in 2. 2. q. 11. arti. 4. Immo quod plus eſt, ſi correcti & emendati uenire nolunt admit-
26 tendi ſunt ad concilium generale. j. q. 7. c. conuenientibus. Sed † ſi perſeuerarent in eorum errore non ſunt uocandi ad ſynodum, nec admitten-

di. ca.

di.ca.cum quibus.24.q.iij. Ex quibus ſatis perpenditur, ꝙ ſi hæretici nol
lent alias redire ad unionem Eccleſiæ, niſi per manus concilij generalis,
forſan iuſta cauſa eſſet conuocandi illud ad hunc effectum, non autem ut
iterum de ueritate illarum hæreſum damnatarum, quæ ſemel ſopitæ
ſunt & reprobatæ, diſceptetur, quia talis diſceptatio illicita eſt, per. d.ca.
27 maiores. & d.l.nemo, Quia † ſecundum Augu. in lib. de uera religione.
c.xvj. in his quæ fidei ſunt talis regula eſt ſeruanda, quæ falſa & damnata
ſemper fuit reſpuenda, uera uero & approbata ſemper ſunt tenenda, du-
bia autem tamdiu credenda, quamdiu aliud doceat ratio, uel contrarium
28 præcipiat Sanctę matris Eccleſiæ authoritas. Alia † uero quæ fidem ca-
tholicam non concernunt, etiam a concilijs generalibus deciſa relinquū
tur ſub diſpoſitione Papæ, vt poſſit ea mutare, uel diſpenſare ſecundum
oportunitates temporum vel negotiorum, ſancti enim patres in conci-
lijs congregati nihil ſtatuere poſſunt niſi authoritate Papæ interuenien-
te, ſine qua, nec concilium congregari poteſt regulariter, c.j. in fi. & c. 2
29 per totum. 17. diſtinct. Et † ſi congregetur non eſt concilium ſed con-
cionabulum. c. multis. in princ. ea. diſtin. ut ſcribit Decius in conſilio. clj.
col.2. incipien. antequam perſcruteris. nec tamen Papa quando aliquid
aliter facit quàm a ſanctis patribus ſtatutum eſt, contra eorum ſtatuta
facit, quia ſeruatur intentio ſtatuentium, etiam ſi non ſeruantur uerba
ſtatutorum, quæ non poſſunt in omnibus caſibus, & in omnibus tempo-
ribus obſeruari, ſeruata intentione ſtatuentium, quæ eſt utilitas, ſicut in
omni iure poſitiuo accidit, ita ſcribit. S. Tho. in opuſculo. xix. contra im
30 pugnantes religionem. cap. 4. col. pe. Si † ergo Papa non poteſt tollere
Euangelium, nec ſacram ſcripturam, nec contra illa ſtatuere, ergo nec
concilium generale, cum ipſe ſit ſupra concilium caſu hæreſis excepto,
pro ut plurimis fundamentis probat. d. Cardi. in d. tracta. lib. 3. ca. 44. Fe
lyn. in c. ſuper literis. 13. col. uerſi. 9. facit. de reſcriptis. Auguſti. de An-
cho. in tracta. de poteſtate Papæ. q.v. arti. vj. & Antonius de Roſellis in
ſua monarchia. q. 13. uerſicu. ad primum dico. & late ſcribit. d. Cardi. de
31 Vio in tracta. de autho. Papæ. & concilij. c.x. Inde † dicit Abbas in d. c.
propoſuit. col. 2. de cōceſ. præbendæ, ꝙ Papa nunquam diſpenſare poteſt
contra Apoſtolum in quantum de fide ſcripſit, per tex. in c. is qui præeſt.
xj. q. 3. ubi referuntur uerba Apoſtoli dicentis ad Galatas primo, ꝙ ſi ēt
Angelus de cœlo diceret contrarium anathema ſit, unde fortius Papæ nō
eſſet credendum, ut uoluit glo. in d.c. propoſuit. ex quibus ſequitur quòd
magis tenemur credere Euangelio q̃ Eccleſiæ, & non econtra, ut ſibi per
32 ſuadet Iacobus Almein in loco ſupra adducto. Non † obſtat illud dictū
Auguſtini contra Epiſtolam fundamenti dicentis, non crederem Euan-

gelio niſi ad hoc authoritas Eccleſiæ me commoneret, in quo ille facit fundamentum ſuum, quia ut inquit Cardi. de Turre Crema. in d. ca. ſunt quidam. ad quintum. & in ca. noli. col. 2. di. 9. Eccleſiam dare authoritatem Euangelio ſiue ſacræ ſcripturæ poteſt intelligi dupliciter, uno modo ſic ꝙ ſacra ſcriptura habeat authoritatem ab Eccleſia, & ſic non eſt uerum, quia authoritatem habet a Deo immediate, a quo eſt edita, ut ſupra eſt probatum, & hoc modo negatur aſſumptum, altero modo poteſt intelligi eccleſiam dare authoritatem ſacræ ſcripturæ declaratiue, quia uidelicet declarat fidelibus hanc eſſe ſcripturam ſacram, & ſic poteſt dici Eccleſiam dare ſcripturæ ſacræ authoritatem declaratiue, diffiniendo hos libros pertinere ad ſacram ſcripturam, ſcilicet quatuor Euangelia, & non Euangelia Nazareorum, uel Nicodemi, aut Bartholomei, ſicut ſi aliquis ignoret vtrum iſte lapis ſit ſaphirus, & aliquis diceret ſibi quòd ſaphirus eſt iſte, non propter hoc diceretur ſibi dare uirtutem quã habet ſaphirus, Ita recte licet declaret Eccleſia, quòd iſti libri ſunt de canone, non tamen propter hoc ſequitur ꝙ iſti habent authoritatem ab Eccleſia, & ideo quod Auguſtinus dicit, non crederem Euangelio niſi &c. ſane eſt intelligendum, ꝙ in veritate Eccleſia ſequitur Euangelium, non Euangelium Eccleſiam. unde potior eſt authoritas Euangelij quàm Eccleſiæ per ſe & directe, ſed diſtinguere & eligere uerum Euangelium a non uero hoc Eccleſia facit a Spiritu Sancto edocta, & quantum ad hanc Euangelij electionem ſinceram loquitur Auguſtinus, non ergo dicit illud Auguſtinus eo ꝙ Euangelium habeat authoritatem ab Eccleſia, ſed quia ſibi ignotum eſſet, utrum iſtud Euãgelium pertineret ad ſacram ſcripturam uel non, niſi Eccleſia inſtinctu Spiritus Sancti hoc declaraſ-
33 ſet. Et † dicit Auguſtinus de Anch. in. d. tracta. q. lx. arti. quinto. ad quartum, quòd Eccleſiæ authoritas magna eſt, quia innititur reuelationi & authoritati diuinæ, nec aliter Euangelium credimus eſſe uerum, niſi quia a Deo reuelatum eſt, & per Chriſtum prædicatum, quod confirmatur ex eo, quòd inquit Petrus eximenius canonicus toletanus in ſuo confutatorio errorum contra claues Eccleſi. cxlj. allegando dictum Auguſtini, qđ Eccleſia non dat Euangelio aut alijs libris ſacris aliquid, apponendo, quod non habeant, ſed oſtendendo quod habeant, quia nunquam ſciremus Euangelium uel alios libros ſacræ ſcripturæ alicuius authoritatis eſſe niſi Eccleſia diceret, & quia credimus omnibus dictis & determinationibus ſuis, & de illo dicto Auguſtini dicebat Ioan. de Gerſo. in prima parte tracta. de declaratione veritatum, quod uiciſsim dici poſſet Eccleſiæ non crederem ſi non authoritas ſacræ ſcripturæ impelleret, & ita diuerſis reſpectibus authoritas utraque mutua ſe con-

34 confirmat. Vlterius† non obſtat quod opinio ſeu ſententia magiſtri ſui excuſat diſcipulum, quia ad hoc principaliter eſt aduertendum, quod Au gu. lib. 2. de prædeſti. ſanctorũ. intereſt, inquit, inquantum & in quibus rebus erretur, & quàm facile ſe quiſquam corrigat, uel quanta pertinacia ſuum defendere conetur errorem, & ideo ſuper hoc duæ fiunt concluſiones ſecundum S. Thom. in quolibe. 3. q. x. prima eſt. quod in materia non pertinenti ad fidem, nec ad bonos mores, quãtum eſt ex parte materiæ, poſſunt auditores utranque opinionem magiſtrorum ſequi, & tunc habet locum quod Apoſtolus dicit ad Roma. 14. unuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. Secunda concluſio eſt, quod in his quæ pertinent ad fidem & bonos mores nullus excuſatur ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius magiſtri, in talibus enim ignorantia non excuſat, alioquin immunes a pecto fuiſſent qui ſequuti ſunt dogmata Arij, Neſtorij, & aliorum hæreſiarcharum & eſſent excuſati, neque poſſunt habere excuſationem propter ſimplicitatem ſi in talibus opinionem erroneam ſequantur, in rebus enĩ dubijs non eſt de facili præſtandus aſſenſus, ſed potius, ut dicit Auguſti. 3. de doctrina Chriſtiana, conſulere debet quis regulam fidei, quam de ſcripturarum planioribus locis & authoritate Eccleſiæ percepit.

35 Vnde† concluditur, quod qui aſſentit opinioni alicuius magiſtri contra manifeſtum ſcripturæ teſtimonium ſiue contra id quod publice tenetur ſecundum Eccleſiæ authoritatem, non poteſt ab erroris uitio excuſari, & quod Mathe. 23. dicitur, intelligitur de his quæ ad cathedram pertinent, ad quam non pertinent ea quæ ſunt contra fidem, & bonos mores. & de his plura ſcribit Cardin. de Turre Crema. in d. tracta. libr. 4. ca-

36 pitulo. 17. Hæc† tamen ſecunda concluſio Beati Tho. indiget duplici declaratione. Prima eſt, quòd tales ſectatores opinionum magiſtrorum pertinaciter adhereant his opinionibus, uel cum præparatione animi, quòd etiam ſi contrarium quod eſt uerius oſtendatur ratione aut authoritate ſacræ ſcripturæ ſeu uniuerſalis Eccleſiæ, ipſi tenerent illorum opiniones, nã iſti talibus opinionibus adhærentes ueritati catholicæ contrariantibus hæretici cenſendi ſunt. hæc eſt ſententia Auguſtini contra Manicheos, & habetur in c. qui in Eccleſia. 24. q. 3. dicentis. qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumque ſapiunt, ſi correcti ut ſanũ rectumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque mortifera atque peſtifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt. Secunda declaratio eſt, ꝙ ſi adhærentes his opinionibus magiſtrorũ catholicæ ueritati contrarijs non ſunt pertinaces, ſed parati ſunt ueritatẽ audire, & corrigi, quinimmo doceri quærunt, hæreſim non incurrũt, nec etiã peccatum, ut dicit idem Auguſtinus in c. dicit Apoſtolus. 24. q. 3. ſub-

his uerbis, ſi qui ſententiam ſuam quamuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis pepererint ſed a ſeductis atque in errorē lapſis parentibus acceperint, quærunt autem cauta ſollicitudine ueritatem, corrigi parati, de cuius. c. Dicit Apoſtolus. intellectu plura ſcripſi in rubr. de hæreti. lib.
37 6. Et † ad prædicta quando debeamus ſequi opinionem doctorum ad alias materias plura poſſent adduci quæ ſcribunt Moderni in c. j. & ca. ne innitaris. de cōſti. c. capellanus. de ferijs, & in l. fi. C. de pœna iudi. qui. ma
38 le iudica. & latiſsime habetur in ſilua nuptiali. libr. v. Ad † prædicta accedit, ꝙ licet Papa non poſsit ſtatuere contra nouum & uetus teſtamētum, ut dixi per. d. c. ſunt quidam, & ſcribunt Moderni in d. c. ne innitaris, & Andre. Siculus plura tradit in conſi. j. ex ſacris Excellentiæ tuæ. lib. j. tamē Papa poteſt interpretari ea quæ ſunt fidei tum ad dubiorum interpretationem & terminationem, tum etiam ad occultorum & implicitorum explicationem, & utroque modo poteſt Papa aliquid addere ſuper illa quæ ſunt fidei, quia ad eum ſpectat dubia & obſcura in fide interpretari & determinare, poſt cuius determinationem contrarium aſſerere pertinaciter eſſet hæreticum, ut probatur in c. quotiens. 24. q. 1. & in c. ſicut quædam. 24. di. ſcribit Auguſt. de Ancho. in tracta. ſuo de poteſtate Papæ. q.
39 x. arti. 3. Ioan. Andre. in c. cum Chriſtus. de hæreti. Nec † bene dicit glo. in d. c. ſunt quidam, quòd ſummus pontifex diſpenſat in Euangelio interpretando ipſum, quia interpretatio obſequitur & obſequi debet Euangelio, alias non eſſet interpretatio ſed corruptio, interpretari quippe Euangelium ad ſenſum bonum & catholicum non contradicendo ueritati fidei & ſcripturæ ſanctæ hoc licet ſummo pontifici, ſed per hoc non diſpenſat in Euangelio, ut aliud dicat quàm quod dominus in Euangelio dicit, ut dicit Cardi. in d. c. ſunt quidam. inde dicebat Ange. in l. bene a Zenone. C. de quadric. præſcriptio. ꝙ Papa non diſpenſat in pertinentibus ad articulos fidei, Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum. colum. 9. de conſti-
40 tutio. Et † ideo cum interpretatio quatuor modis in iure dicatur, ſcilicet correctiua, expoſitiua, arctatiua, & extenſiua, ut glo. dicit in l. prima. §. qui operas. ff. ad Tertullia. & in lege prima. ff. de origi. iuris. Bart. in l. omnes populi. 18. col. uerſi. 6. principaliter. ff. de iuſti. & iur. glo. melior de iure in c. contra. de reg. iur. lib. vj. Bal. in l. 2. C. de libe. præteritis. & in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de libe. & poſthu. Ange. Areti. in §. j. inſti. de iure naturali, excepta illa interpretatione correctiua, aliàs poteſt facere Papa erga ius diuinum, ut late ſcribit Antoni. de Roſellis in d. monarchia in c. poſtquam retulimus. colum. 4. uerſi. & ideo ego dico. facit. c. ſuper eo. de uſuris, inde eſt, quòd diſpenſat ex cauſa in multis caſibus per eum

ibi

41 ibi relatis. Item † diſpenſat cum monacho ex cauſa ut matrimonium
contrahat. Ioan. Andre. in ca. ſemel. de regu. iuris lib. vj. in mercurialibus.
Petrus de Anchara. in conſi. ccxl. colum. 2. incipiente. paruin dubitatio-
nis. Bal. in l. ſi tibi filius. ff. de adoptio. Ioan. de Imo. in cle. j. col. fi. uer. ſed
quærit. de conſangui. & affi. Inno. & Abbas in ca. cum ad monaſterium.
col. fi. de ſtatu monacho. Petrus de Anchar. in repeti. ca. j. col. v. uerſi. ul-
terius quæro. de conſti. late ſcribit dominus Iaſ. in l. fi. C. de tranſactio.
& legitur a ſede apoſtolica fuiſſe diſpenſatum cum quodam Remigio
monacho & ſacerdote, ut acciperet uxorem ex qua ſuſcepit filiam petro-
nillam, quæ ſuccedens in regno Aragonum nupſit Raymundo comiti
Barchinonen. ex quibus ſucceſsiue ortæ ſunt. 8. generationes per lineam
deſcendentem, ut refert Petrus de Ancha. in conſi. 339. pro maiori intel-
ligentia dicendorum. col. 2. & Petrus de Palude in 4. diſt. 30. 3. q. 4. con-
cluſione. xj. fuitq; etiam a Cœleſtino. III. diſpenſatum cum Conſtantia fi-
lia Rogerij quæ erat ſanctimonialis in ciuitate Panhormi, & iam quin-
quagenaria, quæ nupſit Henrico. v. & ex tali coniugio natus fuit Federi-
cus ſecundus Romanorum Imperator, ut dicunt hyſtoriæ, ut teſtatur Car-
42 di. de uio in apoſtillis ad. S. Thom. in 2. 2. q. 88. arti. xj. Item † diſpenſat
cum bigamo contra dictum Apoſtoli, ut poſsit promoueri ad ſacros or-
dines cum cauſa, ut nota. in c. ſuper eo. ubi Inn. Ioan. Andr. & alij per glo.
Archi. & alios. in cap lector. 34. diſtin. Petrus de Anch. in conſi. 123. cir-
ca bigamos. Rota in deciſione. j. de bigamis. incipi. quoddam factum. In-
no. in c. propoſuit. de conceſsi. præben. ubi dicit q ita communiter tene-
tur, nam bigamum non promouere poſſe neque eſt de lege naturæ ne-
que pertinet ad articulos fidei, neque eſt de neceſsitate ſacramenti, unde
in hoc Papa poteſt diſpenſare, licet non debeat niſi ex magna & euiden-
ti cauſa, ut inquit. S. Tho. quolibet. 4. q. 14. quem refert Cardi. de Turre
Crema. in Tracta. de poteſtate Papæ. q. 63. Ioan. de Ana. in c. ſi uir. col. 2.
de adulterijs, ſcribit Decius in conſi. 112. in præſenti conſultatione. col.
3. Socy. in conſi. xiij. col. 3. præſens conſultatio. lib. j. & late Anto. de Ro-
ſel. in ſua monarchia. uerſi. nunc uideamus, & licet glo. in d. c. lator dicat
43 fuiſſe diſpenſatum cum Archiepiſcopo Panhormitan. Quia † tamen
Specula. in titu. de bigamis tenet quòd cum bigamis non ſit diſpenſan-
dum, ideo Eugenius. 4. noluit creare Antonium de Roſellis Cardinalem
pro ut ſibi promiſerat ob defenſionem ab eodem Antonio ſibi impen-
ſam in concilio Baſilienſi, excuſabat ſe quidem Eugenius, quòd di-
ctus Antonius erat bigamus, & cum requiſitus eſſet de diſpenſatione
iuxta gloſſ. in dicto cap. lator. reſpondit ſe non poſſe diſpenſare, per di-
ctum Specul. & dicit Bald. in cap. At ſi clerici. colum. iij. de iudi. quòd

Papa poteſt diſpenſare cũ bigamo promoto, ſed nõ cum promouendo, & ſic dictus Antonius fuit excluſus, propter quod indignatus compoſuit illum tractatum de monarchia, in quo in multis contradicit poteſtati ſummi pontificis, & ſignanter in illa. q. an poſsit diſpenſare cum monacho, ut matrimonium contrahat. in uerſi. ſuſcipio primum dubium. & propter bigamiam etiam non fuit factus Cardinalis Ioannes de Lignano, ut dicit Bald. in d. cap. At ſi clerici. tradit Bertachi. in tracta. de E-
44 piſcopo. prima parte. lbr. 2. quæſt. 25. Item † ex cauſa diſpenſat in gradibus a iure diuino prohibitis, quos enumerat gloſſ. in cap. literas. de reſtitutio. ſpoliatorum. & gloſſ. in cap gaudemus. de diuortijs, ut concludit Petrus de Anchara. in conſi. cccIxxiij. reuocatur in dubium, dicens quòd nepos ex fratre poteſt ducere in uxorem illam quæ fuit uxor patrui ſui prædefuncti, & in caſu quo frater ducit in uxorem relictam fratris ſui ſine liberis defuncti reperitur diſpenſatum in iure, ut in cap. fin. de diuortijs. & ibi ſcribunt doctores, & Papa poteſt ex cauſa diſpenſare licet ſit de iure diuino prohibitus, In ſecundo gradu lineæ inæqualis, ut dicit Ioan. Andre. in cap. per venerabilem. in gloſſ. 2. qui filij ſint legitimi. ſequitur Abbas in cap. fin. de tranſactio. Ioan. Andre. in cap. ſemel. & c. actus legitimi. & plura circa hanc materiam ſcripſi in meo conſi. quod edidi in cauſa Sereniſsimæ Reginæ Angliæ, quæ non refero. & Anto. de Roſellis multa ſcribit in ſua monarchia. uerſicul. ulterius dubitatur. & Montal. late ſcribit in libr. for. iij. titul. alleg. hæren. l. final. colum. 14.
45 uerſicu. ex hac abſoluta poteſtate. Non † omitto tamen pro nunc quod dicunt Abbas & alij in cap. literas. de reſtitutio. ſpoliator. quòd iure diuino prohibetur patruus ducere neptem ideſt filiam fratris in uxorem, per notata per gloſſ. in d. c. literas. & c. gaudemus. ubi gloſæ ponunt in prohibitione legis diuinæ neptem ideſt filiam fratris, & doctores idem dicunt in c. per uenerabilem. qui filij ſint legitimi. ſed in hoc dico omnes gloſſ. & doctores decipi, quia licet in lege diuina prohibeatur nepos ducere amitam ſeu materteram, non tamen prohibetur patruus uel auunculus ducere neptem, quia lege diuina non reperitur cautum ut leui. 18. non enim contra legem naturæ erat quòd patruus duceret neptem, nam Othoniel erat frater Caleph, non tamen peccauit accipiendo neptem ſuam. Ioſue. xv. & Abraham accepit Sarai filiam fratris ſui Aram Gene. 12. & ibi gloſſ. ordin. & in cap. quæritur. in princip. 32. q.
46 2. Nec † eſt contra legem Moyſi expreſſe, ſed tantum hoc dicitur ex quadam argumentatione, quia ſi nepos prohibetur ducere amitam eadem ratione uidetur ꝙ patruus non poſsit ducere neptem, quia in eodem gradu ſunt hæ quatuor perſonæ. Sed hoc argumentum non procedit,

cedit, quia in prohibendis gradibus attenditur irreuerentia naturæ, uxor autem eſt ſubiecta uiro & non econuerſo, & ideo magis eſt contra reuerentiam naturæ, quòd amita ſit uxor nepotis ſui, quàm quod neptis ſit uxor patrui. ita concludit Nico. de lyra Ioſue. xv. in uerbo, deditque ei Axam, ubi dicit Pau. Burgen. quòd expoſitio hæc eſt efficax & ualida, nam hebraica conſuetudo quæ ad obſeruantiam præceptorum moſaycæ legis adipem literæ firmiſsime tenet, frequenter utitur tali matrimonio ſcilicet auunculi & neptis, non enim in gradibus prohibitis attenditur ſimilitudo ſolum ſecundum diſtantiam numeralem ſed etiam ſecundum reſpectum præferentiæ uiri ad uxorem, caput enim mulieris eſt uir. prima ad Corinthi. xj. & ſic patet ꝙ iure diuino non eſt prohibitum matrimonium inter patruum & neptem ex fratre, nec inter auunculum & neptem ex ſorore, ut ſibi perſuadent gloſſ. in d. c. literas. & c. gaudemus, & ibi doctores. & in d. ca. per uenerabilem, & idem tenet Petrus de Palu. in 4. diſtin. 41. q. j. arti. quinto. conclu. iij. dicens Papam poſſe diſpenſare in ſecundo gradu lineæ inferioris, ut cum filia fratris, quia non erat prohi-
47 bitum in ſcriptura. Secundum † eſt, quod non ommittendum arbitror, quia aliqui reportata aliorum diſcurrentes propter frigiditatem ſtomaci contenta in eis digerere non ualent, ſibi perſuadent alios in errores trahentes, quòd Papa Mart. diſpenſauit cū quodā qui germanā ſuam in uxorem duxerat, & hoc ut multa ſcandala euitarentur, quæ ſi matrimonium prædictum minimè fieret, oriri ſperabantur, talemque diſpenſationem ſic ex cauſa factam ualidam firmamque fuiſſe, & ad hoc allegant Archiepiſco. Floren. in 3. parte. titu. primo. c. xj. §. j. circa finem, & citauit referre Siluestrū de Prierio. in ſua ſumma. in uerbo. Papa. uer. 17. quia dico ꝙ præfatus Archiepiſcopus Florenti. nunquam ſomniauit dicere ꝙ Papa Martinus Quintus aliquando diſpenſauerit, ꝙ quis poſsit ducere germaniam propriam in uxorem, quia iſte gradus conſanguinitatis primus eſt de iure naturali & diuino, in quo Papa diſpenſare non poteſt, eſt enim quodammodo contra naturam, ut ſcilicet quis contrahat cum germana ſua, unde in his nihil ſæui criminis fœdus naturale permittit ſuſpicari. l. eum qui. C. de Epiſco. & clericis, ut dicit Petrus de Palu. in 4. diſtinct. xlj. quæſtio. prima. uerſicu. ſecunda concluſio, licet aliquando inſtigante diabolo in eis ſcœlus perpetratum reperiatur, ut dicit textus in cap. primo. de cohabitatio. clerico. & mulie. etiam in proprijs filiabus, prout dum ego eſſem puer accidit caſus, & inde dicitur quòd ſi filius uerberat patrem, & ſi pater ſtrupat filiam, nec ille filius, nec ille pa-
48 ter præſumitur, ut refert Fely. in c. afferte. de præſum. col. 2. Dicit † ergo Archiepiſcopus Florenti. quòd reperitur Martinum quintum diſpen-
ſaſſe

ſaſſe cum quodam qui cognouerat quandam mulierem fornicarie, & po ſtea contraxit & cōſumauit matrimonium cum illius mulieris germana, & ille actus fornicationis erat occultus, nec ille iuuenis contrahens erat aptus ad religionem, & ex diuortio timebatur ſcandalum, ſi factum fuiſſet, & ſic Papa diſpenſauit in matrimonio iam contracto, habita prius collatione cum theologis & canoniſtis, & ſic erat ibi gradus primus affinitatis non conſanguinitatis, & hæc ſunt de mente & uerbis dicti Archiepiſcop. ut ex præſentibus colligitur, non autem quòd germanus contraxerit matrimonium cum propria germana, & in eodem errore fuit Apoſti. ad Fely. in cap. quæ in Eccleſiarum. in uerbo Papa ex cauſa. colum. 6.

49 de conſtitutio. Et ſi in principio generis humani homines accipiebant in uxores ſorores ſuas, hoc faciebant propter neceſsitatem, quod poſtea religione prohibente factum eſt nephas, ut inquit Auguſtin. 15. de ciuitate Dei, capitulo. 16. Et propterea dicebat. S. Bona. in 4. diſtinctio. 39. articu. 2. quæſtione 4. quòd ſi Iudæus contrahat cum ſorore, & ueniat ad fidem, ſeparādus eſt, ratio ex eius dictis colligitur, quia hæc illegitimitas eſt ſecundum naturam, & diuinam prohibitionem, ſecus ſi eſſet ſecundum ius poſitiuum, ſeu conſtitutionem Eccleſiæ, quia hæc non arctat infideles, nec impedit matrimonium, quo minus contrahatur, & ideo nō ſoluitur matrimonium contractum. ut in capitulo. gaudemus. de diuortiis.

50 Tertium memorandum eſt, quòd Petrus de Palude in 4. diſtinctio. 41. quæſtione prima. articulo quinto. ſecunda concluſione. inquit, non poſſe diſpenſare Papam ut quis accipiat in uxorem, uxorem fratris mortui ſine liberis, quia licet olim liceret, tamen diſpenſatiue licebat, quæ diſpenſatio fiebat iure diuino, non ab homine, nam iure diuino communiter abſtinebatur ab uxore fratris, ſicut a ſorore, ſed in caſu illo permittebatur, ſcilicet ex diſpenſatiōne diuina, unde ſicut Papa non poteſt diſpēſare in pluralitate uxorum, quamuis olim eſſet licita ex Dei diſpenſatione, Sed prohibita iure communi, ſic nec in propoſito cōcluſiue tenet Papam non poſſe diſpenſare, ut quis ducat uxorem relictam fratris decedētis ſine liberis, quamuis aliqui diſcurrentes ſcripta non legentes adducāt, cum in contrariam partem. Secundo pro hoc facit leuitica diſpoſitio. leuitici. capitulo. uigeſimo. ubi prohibetur fratri coniunctio cum uxore fratris, ſub his uerbis, qui duxerit uxorem fratris ſui rem facit illicitam, turpitudinem fratris ſui reuelauit, abſque liberis erit. Tertio adduci poteſt tex. in capitulo. literas, de reſtit. ſpolia. ubi dicitur, quòd in gradibus diuina lege prohibitis diſpenſari non poteſt, ſecus in aliis, & pondera uerbum, poteſt, præcedente negatione, quod neceſsitatem inducit, ut

eſt glo.

eſt glo.in c.j.de regu.iuris lib.vj.ſcribunt moderni in l.Gallus. in princ. ff. de liberis & poſthu. Sed quia ego præambula concluſione habita quã feci in fauorẽ Sereniſſimæ Dominæ Catherinæ Reginæ Angliæ, in meo conſilio, quod primus omnium edidi, non adhibitis conſultoribus, nec perquiſitis mendicatiſque ſuffragiis aliorum (ut aliqui fecerunt) Doctorum in Theologia & iure exercitatorum, qui quod magis uerecundum eſt, falſas allegationes interſeuerunt, ut longior fieret ſermo quàm neceſſe erat, uendentes confuſas membranas, xenodochia reſpondi ad dicta contraria, & ad alia quæ prima facie uidebantur obſiſtere, concludens nullam extare prohibitionem diuinam, ꝙ frater non poſſit ducere uxorem fratris ſine liberis defuncti. Et eſto ꝙ eſſet huiuſmodi prohibitio, ꝙ Papa ex cauſa in illo caſu diſpenſare potuit, ſic etiam diſpenſat, ut conſtitutus in ſacris ideſt ſubdiaconatu ducat uxorem, ut dicit Bal. in l. reſcripta. col. 2. C. de præcibus impera. offeren. notatur per glo. & Docto. in c. cum olim. de cleri. coniuga. & Decius in d. conſi. cxiij. col. 3.

SVMMARIVM.

1 *Humani iuris conditio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in eo quod ſtare poſſit perpetuo.*

2 *Superiores non debent graue ferre conſultationes inferiorum.*

3 *Superiores patienter debent tolerare conſultationes inferiorum.*

4 *Inferior debet conſulere ſuperiorem quando uidet literas eſſe ſurreptitias.*

5 *Diſputare licet de uoluntate principis non de poteſtate.*

6 *Mandatum ſuperioris non eſt exequendum.*

7 *Scandali cauſa prouiſio etiam facta retractatur.*

8 *Papa mandante aliquid fieri contra iuſtitiam ſub pœna excommunicationis, mandatarij non exequentes ſed conſulentes & expectantes ſecundam iuſſionem non ſunt excommunicati.*

9 *Papæ ſtricte præcipienti aliquid non eſt obediendum, ſed reſcribendum.*

10 *Princeps aſſumptus in plenitudinem poteſtatis non eſt liberatus à dictamine rationis.*

11 *Reſcriptum contra publicam utilitatem non eſt obſeruandum.*

12 *Reſcripto Papæ non facienti mentionem de litis pendentia non eſt obediendum ſed reſcribendum.*

13 *Principi præcipienti, ut quis puniatur pœna capitali indebite non eſt obediendum, ſed conſulendo ſuperſederi.*

14 *Præcepto ducis belli eſt omnino obediendum, & ſi quis in contrarium fe-*

cerit

cerit etiam in fauorem reipublicæ debet puniri.

15 *Præcepto iniuſto ducis belli non eſt obediendum ſed Deo.*

16 *Superiori præcipienti, ut delegatus ferat ſententiam ſic, non eſt obediendum.*

17 *Sententia Imperatoris non requirit exactum ordinem iudiciorum.*

18 *Superiores caueant ne præcipiant inferioribus, ut proferant ſententiam dicendo facias ſic, & ſic, ſed facias iuſtitiam.*

19 *Superiores patienter tollerare debent conſultationes inferiorum.*

20 *Cenſura aliquorum uerborum quæ ex conſuetudine praua proferuntur.*

21 *Paradiſus terreſtris eſt in partibus orientalibus.*

22 *Senſus literalis eſt efficax argumentum contra hæreticos, non myſticus ſeu ſpiritualis.*

23 *Hæreticum an ſit dicere quòd excommunicatus decedens in excommunicatione non damnetur.*

24 *Eccleſia non iudicat de occultis.*

25 *Excommunicatus iuſte, decedens in excommunicatione damnatur.*

26 *Moriens in peccato mortali damnatur æternaliter.*

27 *Ignorantia eorum quæ fidei ſunt & manifeſta allegari non poſſunt.*

28 *Quæ in animo conſiſtunt non poſſunt probari niſi per confeſſionem.*

29 *An ſit hæreticum dicere in hoc mundo non me uideas per mala tranſire quia in altero non uidebis me mala pati.*

30 *Primus modus ſeu ſenſus prædictorum uerborum.*

31 *Beati uidebunt pœnam damnatorum ad eorum gloriam.*

32 *Secunda cenſura.*

33 *Cenſura tertia.*

34 *Cenſura quarta.*

35 *Cenſura multorum uerborum quæ dicuntur a malis hominibus.*

36 *Hæreticum eſt dicere quem non eſſe obligatum intrare religionem ſi hoc uouerit, & de iuramento plura.*

37 *Electores debent eligere Epiſcopum ſecundum Deum & conſcientiam, quia non ſufficit ſequi puram conſcientiam.*

38 *Religioſus ducens publice Vxorem uolens defendere errorem, dicēdo quòd licuerit, ut hæreticus damnandus eſt.*

39 *Hæreticum eſt dicere ſi in hoc mundo non habeo uxorem in alio habebo.*

40 *Aſſertio hæretica eſt dicere quòd quilibet poteſt ſaluari in ſua ſecta ſeu lege.*

41 *Aſſerere pertinaciter quòd exercere uſuram non eſt peccatum, hæreticum eſt.*

42 *An ſit falſum aſſerere quòd Indulgentiæ ſint falſæ quæ per modum applicationis*

cationis conceduntur.

43 *Si prædicta aſſertio intelligatur de participatione bonorum ſpiritualium eſt iniurioſa.*

44 *Aſſertio quod Virgo Maria non perdiderit filium ſuum in templo, contradicit euangelio.*

45 *Verbum, perdere, quot modis capiatur in ſacra ſcriptura.*

46 *Verborum proprietas non eſt ommittenda in dubio.*

47 *Aſſertio quæ habet, quòd ſi per poſſibile reſurrectio non eſſet, Deus eſſe non poſſet, eſt hæretica & ſcandaloſa.*

48 *Regnum Dei eſt in ſimplicitate fidei non in contentione ſermonis.*

49 *Blasfemum eſt aſſerere quòd liber ſapientiæ Salomonis. hoc eſt cap. xxiiij. eccleſiaſtici. non poßit intelligi de ſapientia æterna ſed de Virgine Maria.*

50 *Propoſitiones ſacrorum Doctorum ſi in ſenſu proprio non ſunt ueræ, potius ſunt exponendæ quàm ſequendæ.*

51 *Apocriforum librorum duo ſunt genera.*

52 *Canonicæ ſcripturæ quæ ſunt.*

53 *Prophetarum & Apoſtolorum libri.*

54 *Purgatorium negare poſt hanc uitam & erroneum & hæreticum eſt.*

55 *Authoritas Pauli. 1. Corin. 3. ſiquis edificauerit ſupra fundamentum eorum, declaratur.*

56 *Animæ decedentes ſine peccato mortali uel cum peccato mortali quo uadunt ſtatim poſt mortem.*

57 *Authoritas Matthæi. 12. qui dixerit uerbum contra Spiritum Sanctum &c. declaratur.*

58 *Animæ exiſtentes in Purgatorio an ſentiant iuuamen, quod pro eis fit a fidelibus.*

59 *Libri machabeorum licet non habeantur in canone apud hæbreos, tamen ab Eccleſia inter diuinorum uoluminum annotantur hyſtorias.*

60 *Purgatorium non eſſe, eſt hæreſis damnata in concilio Florentino.*

61 *In Purgatorij locis eſt ſimul pœna ſenſus & damni, utraque tamen temporalis.*

62 *Græci non negabant Purgatorium, ſed ignem Purgatorij.*

63 *Blaſphemorum punitio ad Inquiſitores ſpectat.*

VIGE-

VIGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

1 VIgeſimo Secundo † Quæro, Quia plura ſunt negotia quàm uocabula, ut inquit iuris conſultus in l. natura. ff. de præſcriptis uerbis, & ſolis diuinis rebus perfectisſimis exiſtentibus humani iuris cōditio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in eo quod ſtare poſſit perpetuo, multas enim formas ædere natura nouas deproperat, & ideo quando tale contingit auguſtum imploratur remediū, quia ob id Imperialem fortunam rebus humanis Deus prępoſuit, ut poſſit omnia quæ nouiter contingunt emendare, & componere, & modis & regulis competentibus tradere, quod atteſtatur Iulianus legum & edicti perpetui conditor, ut ſi quid imperfectum inueniatur, ab Imperiali ſanctione repleatur, uerba ſunt tex. in l. 2. § ſed quia. C de uete. iure enucle. & in c. j. §. ſed quia, quæ ſit prima cauſa bene. a mi. in feu. colla. x. cōtinuā enim legis lationem emergentium cauſarum dat uarietas, ut dicit text. in

2 auth. de ſecundo nube. colla. j. Et † ideo non debent dedignari ſupremi iudices ſi ab inferioribus de dubijs cauſarum conſuluntur, quia ad id ſecundum leges tenentur, ut diſcāt à ſuperioribus quæ neceſſaria ſunt, & ita quod agendum eſt explicent, ut dicit tex. in §. fin. in auth. de iudicijs.

3 Nec † ſtomachari eos decet quando ſuper mandatis ipſorum inferiores ſecundam iusſionem expectant, cum iniuſta per importunitatem impetrata uideantur, & in præiudicium fiſci, quia hoc fieri a iure ſancitum eſt, ut in §. & hoc uero iubemus. in auth. ut nulli iud. colla. 9. & eſt text. idem decidens in §. deinde competens. in uerbo, ſecundam perceptionē noſtram ſuſcipias. colla. 3. ubi glo. dicit hoc eſſe contra miſeros pręlatos qui timent in tantum literas Papæ, ut non audeant reclamare, quod facere non debent per hunc. §. & dictum. §. & hoc uero iubemus. glo. idē dicit in l. puniri. C. ſi contra ius, uel utili, & ibi Bal. & dominus Iaſo. nec per hoc deſeruiunt, Immo ſeruiunt legi & propter hoc Papæ uel principi. ar

4 gu. l. fin. in fi. C. de appella. Et † idem faciendum eſt quando cognoſcitur clare ꝙ ſuperiori fuit obreptum uel ſurreptum etiam in gratioſis, & non fuit ſeries facta narrata, ut puta ſi condemnatus pro homicidio in mille ſupplicauit Regi pro remisſione uel compoſitione facienda, nullo alio inſerto in ſupplicatione, niſi ꝙ erat condemnatus in mille, nō expreſſa cauſa condemnationis, quam ſi expresſiſſet non eſt ueriſimile ꝙ Rex remiſiſſet ſeu compoſuiſſet, ut dicit Bal. in l. præſcriptione. colum. 7. C. ſi contra ius, uel utili, publicam, & idem eſſet ſi feciſſet mentionem, ꝙ pro homicidio erat illa compoſitio, ſi aliud homicidium commiſerat pro quo obtinuerat Indulgentiam, & tamen de hoc homicidio primitus commiſſo &

ſo & de Indulgentia pro eo conceſſa non fecerat mentionem. Ita decidit
Gulielmus de Cuneo in l.3.C.de Epiſcop.audien. & ibi in effectu ſequi-
5 tur Bal. Et † licet diſputare de uoluntate principis non de poteſtate; &
ex hoc nulla infertur illi iniuria ſi eum reputamus bonum & æquum, ut
dicit Bal.in l.j.ff.de conſti. princi. ſequitur Andre. Siculus inter conſilia
Alexan.conſi.113.ſcripſit Eccleſiaſticus.colu.x. libr.4. Item ſi præceptū
ſuperioris prima facie deuiat ab honeſtate & iuſtitia non tenetur officia
lis parere,ſed ſuperſedere poteſt & reſcribere,ut eſt tex. in cap. ſi quan-
do.de reſcriptis.glo.in clem.2.de filiis presbite.lib.6.cum aliis,ut ſcribit
6 Decius in d.cap.ſi quando.Idem † eſt ſi executio illius mandati non poſ-
ſet fieri ſine hæreſi,ſcandalo,aut peccato,ut dicit Innoc. in cap. inquiſi-
tioni. de ſenten. excommunica. Abbas in c. cum teneamur.de præbend.
immo obediendo peccaret,ut dicit Flo.in l.3. §.ſed & ſi quis.ff.fini.reg.
& in hoc eſt defectus poteſtatis,ut dicit Bal.in l. reſcripta, colu.2.q.j.C.
7 de præci.impera.offerre. Et † non ſolum prouiſio fieri impeditur ratio-
ne ſcandali,Sed etiam illa quæ iam facta eſt reuocatur.glo.notabilis pri-
ma in cap.2.62.diſtin.quæ dicit caſſandam eſſe electionem ſi ex ea in po
pulo ſcandalum oriatur,facit quod ſingulariter uoluit Inno.in capit.niſi
cum pridem.de renuncia. ꝙ propter ſcandalum imminens licite priuari
poteſt prælatus beneficio,quod dictū communiter approbatur. Abbas
ſequitur in cap.quæſitum.de renuntia. Federi. de Senis in tracta. de per-
muta.beneficiorum.q.25. etſi debeat ei prouideri de alio æquo benefi-
cio,ut ſcribitur per Ioan.de Imo.poſt Inno.in d.c.cum pridē. & do. Ia-
ſo.late tradit in l.quotiens.colum.3.C.de rei uendi.& in l.Barbarius.co-
lum.8.ff.de offi.præto.Bal.in cap.j.§.ſed ad hæc. de pace iura. fir. colū.
8 4.traditur in cāp.fin.de poſtula.prælato. Et † prædicta procedunt, etiam
ſi Papa aliquid mandaret ſub pœna excommunicationis quam ipſo fa-
cto incurrerent non obedientes,quia in hoc caſu ſuper ſedētes, & reſcri
bentes Papæ,& ſecundam iuſſionem expectantes, cauſamque rationabi
lem reddentes quare apoſtolica mandata non exequuti ſunt,non puto in
currere in illam ſententiam excommunicationis, quia iure permittente
fit,ut in d.c.ſi quando.cum alijs ſupra allegatis, & ideo nullam pœnam
incurrunt.l.Gracchus.C.de adulter.facit.l.ſancimus.C.de admin. tuto.ut
concludit Abbas in d.cap.ſi quando.uerſi,ſed circa prædicta. & moderni
9 ibi ſequuntur. Et † licet dicat diſtricte præcipiendo mandamus, poteſt ta
men ſuperſederi,ut dicit Bald.in capitulo.cum teneamur.de præbendis,
ut referunt moderni in d.c.ſi quando. ex quo ergo omnia principum mā
data intelliguntur cum iuſtitia,ut dicit Bal.in d.l.j.ff.de conſtit.princip.
de mente eius,ſaltem interpretatiua,eſt,ut mandatis eius iniuſtis, ſcan-
dalosis,

daloſis,præiudicialibus,ſeu alias indebitis,non obediatur, ſed reſcriba-
tur,& ſecunda expectetur iuſſio,per prædicta, pro ut ad hæc aliqua ſcri-
10 bit Rainaldus in l.cauſas.C.de transactio. Nec† eſt uero ſimilis mens prin
cipis ꝙ talibus mandatis eius obediatur, quia ſic faciens contra ius dicen
dus eſſet unum pecus,ut dicit Bal.in c.j.§.ſi facta.ſi de feudo fue.contro.
inter do.& agna. quia per plenitudinem poteſtatis non eſt liberatus a di
ctamine rationis,quia eſt animal rationale mortale,nulla enim authori-
tas neque principis neque ſenatus potuit facere ꝙ princeps non ſit ani-
mal rationale mortale,nec eum abſoluere a lege naturæ,uel a dictamine
rationis rectæ uel legis æternæ, ut dicit Bal.in l.2.colum. 6. C. de ſerui.
& aqua, nec poteſt libere peccare,ut dicit Abbas in d.c.ſi quando.in fin.
11 Et† alibi dicit Ioan. Andre.in cap.j.de reſcr.colum. 2. quòd ſi reſcriptū
eſt contra publicam utilitatem debet illud auferri de manibus exhibētis,
uel ſaltem cogitur impetrans redire ad principem,ut dicit Cardi.in cōſi.
142.punctus q̄ſtionis,& cum anno Domini.M.D.xviij. Calendis Augu.
fuiſſet præſentatum capitulo. Maioricen. breue Apoſtolicum, in quo a
Leone Papa decimo mandabatur ſub pœna excommunicationis ipſo fa
cto incurrendæ pœna mille ducatorum & priuationis beneficiorum etiā
ipſo iure, niſi a dicto capitulo traderetur actualis poſſeſsio canonicatus
& præbendæ uacantium cuidam ſuo familiari, & quia dictum breue non
faciebat mentionem litis pendentiæ quæ erat ſuper dicto canonicatu.
12 Ego† conſulebam non eſſe dicto breui obediendum,ſed reſcribendum,
& ſecundam iuſſionem expectandam,per prædicta,& ſic factum eſt, q̄a
dictum breue erat iniuſtum,& nullum, uel ſaltem annullandum & addu
cebā pro hoc.Bal. in terminis hunc caſum decidentem in conſi.40. Do-
minus Bailardus.lib.j. ubi dicit ꝙ ſi in reſcripto non fiat mentio de litis
pendentia reſcriptum non tenet in effectu, quia præſumitur ſurreptitiū.
l.2.C.ut lite pendente.c.cæterum,de reſcriptis, & ideo non exequendū
eſſe ſed ſuperſedendum,& reſcribendum,per d.cap.ſi quando,unde ſum
mus Pontifex Leo Decimus reſpondendo noſtræ conſultationi appro-
bauit a nobis factum,decernens nos non incurriſſe aliquam ex pœnis ful
minatis in dicto breui, & plura alia adducebam quibus hæc mea ſenten-
13 tia confirmabatur,quæ ommitto. Vlterius† quando princeps mandaret
aliquem puniri pœna duriori quam delictum uideatur poſtulare,non eſt
illi obediendum, ſed debet iudex mandatarius. 30. diebus ſuperſedere,
Ita decidit Angel.de Peruſio per illum tex.in l.ſi uindicari. C. de pœnis.
quam legem promulgauit Imperator Theodoſius ad inſtantiā Diui Am
broſij in pœnitentiam hoc illi iniungentis.ca.cum apud Theſſalonicam.
xj.q.3.ut ſcribunt Decius,& alij in d.ca.ſi quando.Iaſo.in l.1.in 2. lectu.
colum.

colum.3.C.de Summa Trini.& l.puniri.in fi.C.ſi contra ius uel utili.publi.Idem & Alexand.in l.debitoribus. ff. de re iudi. ubi enumerantur ſeptem caſus in quibus ſuperſedetur ab exequtione ſententiæ. Bartho. Cepol.in cautela.2.uerſi.ſi uis differre mortem, Paris de Puteo in tracta. ſindicatus. capitulo de exceſsibus conſiliariorum.carta.7. uerſic. excedunt etiam, & in carta.92. capitulo reſiſtentia. ratio horum forſan eſt, quia princeps talem pœnam infligi mandans ira motus uidetur, & ideo ratum haberi non debet. l.quod calore.ff.de regu.iuris.hinc eſt,ꝙ ſi dominus iratus expellat famulum qui debebat ſeruire per annum non intelligitur per hoc famulus liberatus,& ideo dominus poteſt illum compellere, ut annum finiat, ſi tamen alium dominum non aſſumpſiſſet, ut dicit,
14 Bene.de plumbi.in l.ſtatu liberos.§.fin.ff.de ſtatu liberis. Vnum † tamen non ommitto, quod eſt notandum, quòd præcepto ducis belli omnino parendum eſt, alias imponitur pœna capitis etiam ſi rem bene geſſerit ut eſt tex.not.in l.3.§.in bello.ff.de re mili. quod in facto ſeruauit Papirius contra Fabium, ut refert Valerius Maximus libr.2.capitulo.7.de militari diſciplina,ut refert Flor.in d.§.ſed & ſiquis. nam prout narrant Hyſtoriographi, Quintus Fabius,quamuis magna uictoria ſuperaſſet Samnites, tamen ad mortem damnatus fuit a Papirio dictatore, quia contra mandatum bellum geſſerat eo abſente, qui tamen impetu populi liberatus fuit, ut per Titum Liuium.ix. lib. idem dicit Ioan.de Lignano in tracta.de bello.cap.29.in cap. cum dilecta.colum. 13. de reſcriptis & ſcribitur.j. Regum.14.quod cum Saul pugnaturus contra Philiſteos iuraſſet ſe interfecturum quicunque ante occaſum Solis comederet, Ionathas autem filius eius non audito Regis iuramento, cum pugnando magnam hoſtium ſtragem dediſſet,& ſalutem feciſſet in Iſrael,fame laborans,uidit fauum mellis,quem Regia uirga, quam geſtabat, in manibus accepit, & comedit, ſtatimque oculi quos fere fame clauſerat aperti ſunt, & facies eius exhillarata eſt,quo comperto Saul uoluit eum dare neci,ſed præcibus & pia populi ſupplicatione mortis reuocauit ſententiam,ne interficeretur ille per quem ſalus data erat in Iſrael, & quo pugnante de manibus hoſtium populus ille liberatus fuerat, ut ſcribit Auguſt. in quæſtio
15 nibus ſuper Gene. & habetur in cap. fina. 22.quæſt. 2. Putarem † tamen hæc habere locum in præcepto iuſto non autem in præcepto iniuſto, quia potius Deo quàm duci belli eſt obediendum, ut in cap. Iulianus, & in cap.qui reſiſtit.xj.quæſt. 3. cum alijs, ut dixi in quæſt. præcedenti, nam ſi eſſet iniuſtum,ut quia adimeret uitam alteri ſine cauſa, etiam iuramento ducis firmatum, ſicut non obligaret ipſum iurantem. cap. ſi publicis. cap. in malis promiſsis reſcinde fidem, & in turpi uoto

muta decretum. 22.quæſt. 3. Ita nec mandatarium, arguendo ab antecedenti deſtructo.l.lex uectiga.ff.de pigno. glo. in l. cum qui.ff.de publiciana. nam iuramentum quod præſtitit puellæ ſaltatrici Herodes de dando illi quod peteret ipſum non obligauit. cap. cum iuramento, de homicidio, & Mathe. 14. vbi Hiero. inquit, Ego autem non excuſo Herodem quòd inuitus & uolens propter iuramentum homicidium fecerit, qui ad hoc forte iurauit ut futuræ occiſionis machinas præpararet, alioquin ſi ob iuramentum feciſſe ſe dicit, ſi patris, ſi matris poſtulaſſet interitum, facturus fuerat an non? quod ergo in ſe repudiaturus fuit contemnere debuit in propheta, ut tradit Abulen. ſuper Matheum. cap. 14. quæſt. 16. parique iudicio non eſt laudandum factum Iepthæ qui ex uoto nimis effuſo ſacrificauit filiam ſuam Deo, ut poteſt extrahi ex text. iudicum. xj unde Hieronymus dicit, quòd Iepthæ iuſtus fuit in promiſſo, quia ex deuotione proceſsit, ſed impius in ſoluendo. In-
16 de † eſt, quòd mandatum ſuperioris factum iudici delegato, ut ferat ſententiam, ſic & non aliter, non ualet, quia in ſententiam pronunciando requiritur liberum arbitrium. l. qualem. ff. de arbitris, etiam ſi tale mandatum emanaret de conſenſu partium, ut not. in l. prima. C. de iuriſdi. omn. iudi. licet partes poſſent in ferenda ſententia concordare paciſcendo, ut ſcribitur in l. ſi conuenerit. ff. de iudi. ita dicit Bald. tenere Innoc. in Rubri. de officio. delega. colum. 6. uerſicu. dicit Innocentius, & hoc
17 dicit Innoc. in capitulo ſignificantibus. de offi. delega. Et † alibi Bal. in cap primo. ſi de inueſti. inter domi. & uaſal. lis oriatur, colu. 2. quod in ſententia Imperatoris obſeruanda non requiritur exactus ordo iudiciorum, & ipſe ſolus habet poteſtatem mandandi ſic facias, alij uero ſuperiores non habent mandare, facies ſic, ſed facias iuſticiam, & allegat Innocen. in dict. cap. ſignificantibus. ſequitur Andre. Siculus in dict. Rubri. & in cap. Raynutius. in vltimo notabili. & in hoc caſu ex cauſa poteſt ſuperſederi & ſecunda iuſsio expectari, per dict. cap. ſi quando. qua expectata & reſponſione accepta tunc ſine peccato poteſt iudex exequi mandatum Papæ ſeu ſuperioris, quia ipſi poſſunt mandare, facias ſic, ut proxime dixi, ut ſentit Cæpol. in dict. cautela. tenens quòd poſt expectationem. xxx. dierum, ſi iudex exequatur mandatum
18 principis non peccat, ut ibi per eum. Caueant † ergo ſuperiores ne aliquando mandent inferioribus ſuis in his quæ cauſæ cognitionem requirunt, facias ſic & ſic, quia id non poſſunt, ſed quòd faciant iuſtitiam, cum huiuſmodi forma mandati ſpectet ad Papam, uel imperatorem, & ideo ipſi ſuper omnes debent cogitare quid agant, quia poſtquam volunt & ex certa ſcientia uolunt, nemo poteſt eis dicere, cur

re, cur

re, cne ita facis, ut dicit Bald. in præludijs fœudorum. colum. octa-ua. quorum corda licet inſcrutabilia ſint. prouerb. xxv. ſunt tamen in manu Dei, & vbi voluerit Deus inclinabit illa, ut in Epiſtola inter
19 claras. C. de Summa Trinita. Hæc † prælibaui, quia aliquando ſuperiores ægre ferunt ſi ab inferioribus conſulantur, & nonnunquam in his quæ miniſterium iuſticiæ concernunt, forſan mandant quod ipſi ſentiunt, ipſis inferioribus inuitis, quæ an facienda ſint, ex præmiſſis apparet, & ad præſtringendam aliqualem occaſionem conſultationis, ſiue ad ſuperiores relationis, aliqua dubia in hac quæſtione Deo duce declarabuntur, ideo hæc quæſtio ſubijcitur nonnullas quæſtiuncu-
20 las ſine argumentis continens. Eſt † igitur hæc quæſtio de cenſura aliquorum verborum quæ ſæpe uel ex conſuetudine praua, aut inconſulte, ſeu ex infidelitate ab ore improborum hominum prodeunt, quorum verborum ſenſus aliquando eſt notorie hæreticus, ſeu hæreſim ſapiens, aliquando æquiuocus, ut in ſingulis quæſtiunculis patebit, ideo quatenus ab alto mihi conceditur pro viribus explicabo, quod a me cenſendum foret ſub proteſtatione de qua ſup. in principio operis.

Primo quæro, An ſit catholicum vel hæreticum dicere quòd non eſt dandus niſi duplex Paradiſus, ſcilicet cœlum Empireum vbi eſt ſedes beatorum, & ſpiritualis, ſcilicet beatifica viſio, & quòd non eſt dandus Paradiſus terreſtris, hæc quæſtio fuit in inquiſitione Regni Maioricen. me exiſtente conſultore, nam quidam ruſticus negabat Paradiſum terreſtrem, Angelos bonos & malos, dicendum eſt igitur negare Paradiſum corporalem & terrenum eſſe hæreticum. De primo paradiſo patet Ezechiel. xxviij. ibi, delitijs paradiſi Dei fuiſti, & ſcribunt catholici doctores Geneſi. primo in verbo cœlum. De ſecundo Lucæ. xxiij. hodie mecum eris in Paradiſo, ideſt in gaudio fruitionis, & Apocal. 2. qui vicerit dabo illi edere de ligno vitæ quod eſt in Paradiſo. De tertio habemus text. ſacri canonis Geneſ. 2. plantauerat autem dominus paradiſum uoluptatis a principio, & in
21 quo poſuit hominem quem formauerat. Et † dicit ibi Strabus, quidam codices habent, ædem ad hortum, ex quo poſſumus conijcere paradiſum in oriente ſitum, ſcimus eum terrenum eſſe, & interiecto occeano & montibus oppoſitis remotiſſimum a noſtro orbe in alto ſitum pertingentem uſque ad lunarem circulum. Et dicit Auguſtinus. viij. Geneſi. ad literam, quòd tres ſunt de paradiſo generales ſententiæ, vna eorum qui tantummodo corporaliter Paradiſum intelligi volunt, Alia eorum qui ſpiritualiter tantum, Tertia eorum qui vtroque m

do Paradiſum accipiunt, quam mihi fateor inquit placere ſententiam, ut homo factus ex limo, quod corpus humanum eſt, in paradiſo corporali locatus intelligatur, quomodo Adam, & ſi aliud ſignificat, quia eſt forma futuri, in natura propria accipitur, quod patet, quia Geneſi. ſecundo dicitur quòd Deus ibi produxit omne lignum perpulcrum viſu. Item quòd fluuius ægreditur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum diuiſus in quatuor capita, Item animalia bruta ad Adam ibi exiſtentem adducta ſunt, vt vocaret ea, quæ omnia non poſſunt intelligi literaliter de paradiſo cœleſti, ut patet intuenti, & in probando inſiſtere eſſet ſuperfluum, & Auguſtin. libr. xiij. de ciuitate Dei, capitulo. xxj. in fin. (quem citat S. Thomas in prima parte. quæſtione 102. articu. primo) Poſt intelligentiam ſpiritualem ab ipſo datam de paradiſo terreſtri de arboribus & fluminibus. Inquit hæc, & ſi qua alia commodius dici poſſunt de intelligendo ſpiritualiter paradiſo nemine prohibente dicantur, dum tamen illius hyſtoriæ veritas fideliſsima rerum geſtarum narratione commendata credatur, & ſic ibi Auguſt. ponit differentiam inter hyſtoriam & ſpiritualem intellectum, & in omnibus quæ ſic ſcriptura tradit, eſt pro fundamento tenenda veritas hyſtoriæ & deſuper
21 ſpirituales expoſitiones fabricandæ. Et † pro hoc facit, quia ſenſus cuiuslibet propoſitionis, ſecundum quem propoſitio eſt iudicanda vera vel falſa, poſsibilis aut impoſsibilis, neceſſaria uel contingens; catholica uel hæretica, attenditur pœnes primarium vel adæquatum eius ſignificatum, quod ex grammaticali & literali ſignificatione conſurgit, vnde omnis alius ſenſus ſiue ſit myſticus ſiue ſpiritualis impertinens cenſetur quo ad veritatem, vel falſitatem propoſitionis, quod probatur ex dicto Auguſtini ad Vincentium donatiſtam, dicentis, quòd ex ſolo literali ſenſu debet ſumi efficax argumentum ad conuincendum aduerſarium, & ſic in propoſito, ex ſenſu literali ſacræ ſcripturæ de Paradiſo loquentis conuincitur negans Paradiſum terreſtrem, & Iſidorus in. 14. libro. Ethimo. ca. 3. dicit. Paradiſus eſt locus in orientis partibus conſtitutus, cuius vocabulum a Græco in Latinum vertitur, hortus, conuenienter autem dicit. S. Tho. ſupra, in parte orientali dicitur ſitus, quia credendum eſt, quòd in nobiliſsimo loco totius terræ ſit conſtitutus, cum autem oriens ſit dextera cœli, ut per Philo. in 2. de cœlo. dextera autem eſt nobilior quàm ſiniſtra, conueniens fuit, ut in orientali parte Paradiſus terrenus inſtitueretur, a Deo, de quo plura ſcribit. S. Tho. in d. arti. j. & in 2.

in 2.2.q.82. arti.4. Gabrie. in 2.diſtin.xv.q.2.& ibi.S. Bona. in literalibus. & Sco. in d. diſtin. 17. Iacobus de Valencia de co plura tradit in Pſalm.71 in fin. cum ergo dicta aſſertio contrarietur canoni ſacræ ſcripturæ, ſequitur, quod eſt hæretica, & in primo gradu catholicarum ueritatum, unde ſi idiota pertinaciter de hoc dubitaret, eſſet hæreticus cenſendus. Idem ſi negaret quòd Tobias non habuit carnem, uel quòd Aaron non habuit barbam, uel quòd archa teſtamenti non fuit cooperta pilis caprarum, & ſic de ſimilibus, ut ſcribit Gerſon in prima par-
23 te.in titu.de declaratio. ueritatum. Alpha.xiij. Secundo † quæro, An ſit hæreticum dicere quòd excommunicatus decedēs in excommunicatione non damnatur æternaliter, Hæc quæſtio fuit in inquiſitione Regni Maioricen. me exiſtente apoſtolico Inquiſitore, & dicebam quòd hæc aſſertio eſt ambigua habens duplicem ſenſum, ſcilicet catholicum & hæreticum, catholicus ſenſus eſt, quòd iniuſte excommunicatus, hoc eſt qui non eſt in culpa, ob quam eſt excommunicatus non damnatur, quia dicit Auguſtinus de uera religione, quòd ſæpe diuina prouidentia ſinit etiam bonos uiros per nonnullas turbulentas carnalium hominum ſeditiones expelli de congregatione chriſtianorum, quam contumeliam uel iniuriam ſuam cum patientiſsime pro Eccleſiæ pace tulerunt, neque ullas nouitates uel ſciſmatis uel hæreſis moliti fuerint, & fidem quam in Eccleſia catholica prædicari ſciunt uſque ad mortem iuuant, & teſtimonio defendunt, hos coronat pater in occulto uidens, & dicit Origenes ſuper leuiticum, & ponitur in c.cum aliquis.24.quæſt.iij.cum aliquis non recto iudicio foras mittitur, ſi aūt non exierit, id eſt ſi non egerit, ut mereretur exire, nihil læditur, Interdum enim qui foris mittitur intus eſt, & qui foris eſt, Intus uidetur retineri, ubi Cardin. de Turre Crema. notat, quòd frequenter accidit quòd excommunicatus in facie Eccleſiæ, & extra Eccleſiam miſſus ſiue eiectus eſt in conſpectu Dei innocens, & uitæ merito intus, ut confitentes Chriſtum in iudicio Iudæorum erant extra Sinagogam Iudæorum, Ioan. 11. qui in ueritate erant intus per gratiam Chriſti, idem tenet Auguſtinus de Ancho. in tracta. de poteſtate Papæ. quæſtio.xxvij. arti. 4. & probatur in cap. Senti de Auguſtino. 11. quæſt. tertia. & quamuis iudicium Dei ueritati (qui non fallit, nec fallitur.) ſemper innitatur, iudicium tamen Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpe contingit & falli, propter quod contingit interdum, ut qui ligatus eſt apud Deum, apud Eccleſiam ſit ſolutus, & qui liber eſt apud Deum, Eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus, ut dicit textus in capit. a nobis. 2. de ſenteat. excommunica. pro quo fa-

 cit ca.

24 cit cap.lator.& cap.conſanguinei.de re iudic. Vnde † dicit Abba.in d.c. A nobis, quòd ratio eſt, quia Eccleſia non iudicat de occultis, ſicut ipſe Deus.cap. ut noſtrum, ut Eccleſi. benefi. facit.ca.literas,de reſti.ſpolia. tradit late dictus Cardin.in d.tracta. de poteſtate Papæ. libr. primo capitulo. In reſponſione ad ſextum argumentum, & Ioan. Calderi. in repetitione cap. ab excommunicato. de reſcriptis, & ibi late Andre. Siculus diſcutit, & ſi delatus hanc aſſertionem hoc modo intellexit, hoc eſt quòd excommunicatus iniuſte ideſt ſine culpa non damnatur, aſſertio eſt uera, tamen ex quo eſt ſimpliciter aſſerta, & poſſet trahi ad hunc ſenſum catholicum & ad alterum hæreticum, eſt ſcandaloſa & retractan

25 da, per ea quæ late tradidi ſupra in.q.6. uerſicu.vij. Alter † uero ſenſus dictæ aſſertionis eſt hæreticus, uidelicet ꝙ excommunicatus iuſte decedens in excommunicatione non damnatur æternaliter, ratio eſt, quia cum excommunicatio iuſta non proferatur niſi præcedente peccato mortali.c.nemo.xj.quæſt. 3. ſequitur quòd excommunicatus traditur ſathanæ per excommunicationem.c.omnis Chriſtianus.ea. quæſt.& cau. ubi dicit dominus Cardi. quòd ille excommunicatus iam erat per mortale peccatum membrum diaboli quo ad Deum, ſed non quo ad Eccle

26 ſiam niſi per dictam excommunicationem. Sed † decedens in peccato mortali damnatur ęternaliter, ſicuti prædicat fides noſtra Math. 25. Ite maledicti in ignem ęternum,& infra, ibunt hij in ignem æternum,& Apoca. 2. cruciabuntur in ſecula ſeculorum, & Auguſtin. tradit in libr. de ciuit. Dei. xxj. cap. 11.& habetur in extrauaganti Benedicti. 12. incipiente. Diffinimus, quod ſecundum communem Dei ordinationem &c. ibi, dicimus inſuper quod ſecundum communem Dei ordinationem animæ decedentium in actuali mortali peccato, mox poſt ſuam mortem ad inferna deſcendunt, ubi pœnis infernalibus cruciantur, & quòd nihilominus in die Iudicij omnes homines ante tribunal Chriſti, cum ſuis corporibus comparebunt reddituri de factis proprijs rationem, & infra, quicũq; autẽ deinceps ꝙ aliquã noſtram diffinitionum prædictarum, ſeu determinationum, aut ſingularum ipſarum contrarium ſcienter, & pertinaciter, temere, aſſerere, prædicare, docere, aut defendere, uerbo uel ſcripto præſumpſerit, contra eum ſicut contra hæreticum modo debito procedatur, quam extrauagantem refert Gabri. in ſuo ſupplemento. in 4. ſententiarum. diſtin. 49. q. 2. arti. 3. & nullus Chriſtianus poteſt prætendere ignorantiam huius aſſertionis, quòd decedens in peccato mortali damnatur, & quòd decedens in excommunicatione iuſte prolata damnatur, tum quia excommunicatus palam a diuinis officijs, ſi ſe ingerit, expellitur, & cui Eccleſia non communicat, nec alij debent

commu-

communicare. cap. ſi quem, & c. cum deſideres. de ſenten. excommuni-
27 catio. Et † eorum quæ palam fiunt & prædicantur ignorantia allegari non poteſt, cum ſcientia præſumatur, ut notatur in l. ſi tutor petitus. C. de peri. tuto. facit gloſſ. in l. neque natales. C. de proba. c. a. j. de poſtu. prælatorum. cap. ſi. qui matri. Rota in deciſione. 443. incipient. extra rotam petebatur, præſertim in his quæ fidei ſunt, ut dicit glo. notabilis in cap.
28 ſciſma. 24. quæſt. j. Quomodo † autem cognoſcatur in quo ſenſu intellexerit delatus, hoc ſciri non poteſt niſi per confeſsionem, quia conſiſtentia in animo aliter non probantur, ut dicit gloſſ. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex qui. cauſ. in poſſe. cat. præſertim crimen hæreſis quod ſola mente contrahitur, ut dicit Bald. in l. ſiquis non dicam rapere. col. j. C. de Epiſ. & cleri. cap. cogitationis, de pœni. diſtin. j. & ſi interrogatus dicat quód credit morientem in excommunicatione damnari, & per teſtes conuincatur, quód illa uerba dixerit, & neget dixiſſe, aperte conuincitur dixiſſe in ſenſu hæretico, ut eſt de mente Ocham in ſuo dialogo, libr. 4. cap. 19. & nolens conſiteri ſe dixiſſe illa hæreticalia uerba, ut hæreticus negatiuus damnari poteſt. c. ad abolendam. §. j. uerſi. niſi continuo, de hære. Hoſtien. in ſumma. titu. de hæreticis. §. qualiter deprehendantur. uerſi. ſi uero negauerit. faciunt illa iura quæ ſcribuntur in deciſi. Rotæ in antiquis. Decclxxv. Incipien. accuſatus de hæreſi.
29 Tertio † quæro, ſi quis ab aliquo reprehendatur de male factis, puta rapinis, uſuris, homicidijs, fornicatione, ſeu alijs criminibus, & ille reprehenſus reſpondeat, in hoc mundo non me uideas male uel per mala tranſire, quia in altero non uidebis me mala pati, uel ſimilia uerba, An hæc uerba ſint hæreticalia, ſemel uidi quatuor doctores theologos de his uerbis altercantes, & nullus ipſorum aliquid boni dixit, breuiter ſaluo iudicio melius dicentis, dicendum eſt dicta uerba multipliciter poſſe intelligi. Et præmitto quod dicit. S. Tho. j. ad Corin. 6. lectio. ſecunda, quód circa impunitatem peccatorum aliqui multipliciter errarunt, ſecundum illud Sapien. 2. & cogitauerunt, & errauerunt. quidam enim philoſophi errauerunt credentes Deum non habere curam rerum humanarum, ſecundum illud Sopho. j. non faciet dominus bene, non faciet dominus male, Quidam uero credentes ſolam fidem ſufficientem eſſe ad ſalutem ſecundum illud. Ioan. 2, qui credit in me non morietur in æternum. Quidam uero credentes per ſola Chriſti ſacramenta ſaluari propter id quod dicitur Matthæi vltimo, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, & Ioan. vj. qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum habet uitam æternam. Quidam uero propter ſola opera miſericordiæ ſe impune peccare arbitrantur, propter illud quod dicitur Lucæ. 2. date elee-

moſinam, & ecce omnia munda ſunt uobis, nec intelligunt ꝙ hæc om-
nia ſine charitate non proſunt, ſecundum illud quod dicitur.j. ad Corin.
13. ſi habuero omnem fidem, & diſtribuero in cibos pauperum omnes
facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil prodeſt, & ideo
ſubdit Paulus, ꝙ peccata contraria charitati a Regno Dei excludunt, In
quod ſola charitas introducit, dicens, neque fornicarij, neque idolis ſer-
uientes, neque adulteri, de quibus dicitur hæbreorum ultimo, fornicato-
res & adulteros iudicabit Deus, neque molles, ideſt mares muliebria fa-
cientes, neque maſculorum concubitores, quantum ad agentes in illo ui-
cio, de quibus dicitur Gene. 13. homines ſodomitæ peſſimi erant, & pec
catores coram domino nimis, neque auari, neque fures, de quibus dici-
tur Iacobi. v. omnis fur ſicut ſcriptum eſt iudicabitur, neque æbrioſi,
neque maledici, neque rapaces Regnum Dei poſſidebunt. dicitur e-
nim Eſa. 35. uia ſancta uocabitur non tranſibit per eam pollutus, & A-
po. xxj. non intrabit in illam aliquid coinquinatum faciens abhomina-
30 tionem. His † præmiſſis, ſenſus illorum uerborum poteſt eſſe multi-
plex, primo, ꝙ ideo non uidebit ille collocutor eum patientem mala
ideſt pœnam, quaſi beati exiſtentes in gloria non uideant pœnas damna-
torum, uel damnati etiam non uideant pœnas illorum qui erunt in ea-
31 dem damnatione, quod utrumque eſt falſum. Quia † beatis nihil ſub-
trahetur quod ad perfectionem beatitudinis pertineat, unumquodque
autem ex operatione contrarij magis cognoſcitur, quia contraria iuxta
ſepoſita magis eluceſcunt, ideo ut beatitudo ſanctorum eis magis com-
placeat, & de eo uberiores gratias Deo agant, datur eis, vt pœnam impio
rum perfecte intueantur, ut dicit. S. Thom. in 4. diſtinct. l. q. 2. arti. 4. &
ibidem dicit arti. 3. ꝙ damnati uidebunt ſequaces quos ſecum traxe-
32 runt de mundo flamma illuſtrante. Secundo † poſſunt intelligi illa uer-
ba, quòd licet ipſe mala faciat in hoc mundo, in altero tamen non uide-
bit ille collocutor eum pœnas patientem, quia ipſe aget pœnitentiam de
malefactis ſuis, & iſte ſenſus eſt uerus, quia homo quantumcunque gra-
uia peccata in hoc mundo committat, ſi illorum pœniteat, peccata illius
expiantur. ca. nemo. de pœni. diſtin. 7. & Ezechi. 18. quacunque hora in-
gemuerit peccator iniquitatum eius non recordabor, & ſic quandiu quis
eſt in hac uita, quamuis grauiſſima eius ſint peccata, non eſt tamen de
eius ſalute ſpirituali deſperandum. c. nullus. §. quod quis, de pœni. diſtin.
vij. & licet de peccantibus peccato contra naturam dicatur, ꝙ ſunt filij
diffidentiæ, & ſic ꝙ de eorum fide eſt diffidendum. ut in c. clerici. de ex-
ceſſi. prælato. Illud tamen ideo dicitur, quia cum difficultate conuertun-
tur, non ꝙ omnino ſit diffidendum, ut declarant illam gloſſ. Hoſtien. &

Ioan. Andre. in d. c. clerici, & dixi in conſi. meo. 43. incipien. cogor ex iniuncto mei officij debito. Tertio poſſunt intelligi illa uerba, ꝙ non patie tur pœnam in alio mundo, credens ſolam fidem catholicam & ſacramenta Eccleſiæ ad liberationem pœnæ & ſaluationem ſpiritualem ſibi ſufficere, per illud Mathe. vltimo, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Ioan. 6. qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet uitam æternam, & intelligo ſolam fidem ſine operibus, ꝙ eſt erro
33 neum. Heu † hodie quot ſunt mundani homines qui prolabuntur in profundum peccatorum credentes ſolam fidem, & receptionem ſacramentorum ſibi ſufficere, & iactant ſe dicentes ego chriſtianus ſum, & in his quæ fidei ſunt nullus me fidelior, ſed ipſi caligine peccatorum cæcati parum aduertunt, quod Chriſtus dixit ad Iudæos iactantes ſe, ꝙ de genere Abrahæ erant, ſi filij Abrahę eſtis opera Abrahæ facite. Ioan. 8. & quod inquit Iaco. 2. fides ſi non habet opera mortua eſt, tu credis quoniam vnus eſt Deus, bene facis, & dæmones credunt, & contremiſcunt, uidentes quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum, & ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt, immo bonam conſcientiam repellentes circa finem naufragauerunt. Pau. j. ad Thi. 1. facit id quod dicit Paul. 1. ad Corin. 13. ſi habuero omnem fidem &c. & parum curantes de eo, quod dicit Ambroſius contra indigne ſumentes ſanctiſsimum ſacramentum corporis Chriſti, Inquit enim, qui non deuota mente accedit ad Euchariſtiam, uel in uoluntate peccandi, reus eſt corporis domini, quia beneficium eius in uentum ducit, ac ſi Chriſtum occiderit, morietur & de bono male ſumpto maculam ſumā trahit, & dicit Iſidorus in c. qui ſcelerate. de conſecra. diſtin. 2. qui ſcelerate uiuunt in Eccleſia, & communicare non deſinunt, putantes ſe tali cō munione mundari, diſcant ad emundationem nihil proficere, dicēte propheta, quid eſt ꝙ dilectus meus fecit in domo mea ſcelera multa, nunquid carnes ſanctæ auferent a te malicias tuas, & Apoſtolus, probet autem ſeipſum homo ut de pane illo edat, & de calice bibat, hoc eſt per ueram pœnitentiam peccatum recognoſcat, & cum propheta dicat, amplius laua me ab iniquitate mea & a peccato meo munda me, & dicit Chriſoſtomus in c. perfecta, de pœni. diſtin. 1. ꝙ perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre, in corde eius contritio, In ore ſatisfactio, in opere tota humilitas, & hæc fructifera eſt pœnitentia, & qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum eſt quaſi quis lauerit laterem crudum, quem quāto magis abluit, tanto magis lutum facit,
34 c. ille qui, de pœni. diſt. iij. Quarto † ſenſus dictorum uerborum eſſe pt, quod ideo non uidebit collocutor ipſum in alio mundo mala pati, quia

Deus non punit peccata æternaliter,& ſic quod negare uideatur pœnam pro peccatis ſtatutam,quod eſt hæreſis, quia contrariatur ueritati Euangelicæ,Matthe.25.Ite maledicti in ignem æternum,& multis alijs authoritatibus ſacri canonis,& talis ſenſus tollit ordinem iuſtitiæ,quia ad ordinem iuſtitiæ pertinet,ut pœna peccatoribus inferatur, ergo negare pœnam pro peccatis nõ eſſe a Deo,eſt negare ordinem iuſtitiæ in Deo. Vnde mala pœnæ a Deo iuſtiſſimo ſunt,ſicut patet de plagis Egypti, & de punitionibus factis in ueteri teſtamento, & quæ fiunt omni die, & fuit hæreſis collicianorum,ut habetur in ca.Quidam autem. §.colliciani, & ibi Card.de Turre Crema.24.q.3. quærendus eſt ergo per iudicem ſenſus dictorum uerborum ab accuſato,& ſecundum ſenſum ab illo datum iudicandus erit ipſe aut ſcandaloſus,aut errans,uel hæreticus, iuxta ea q̃ proxime dixi in antecedenti quæſtiuncula,& alibi ſæpe in alijs quæſtionibus præcedentibus.

35 Quarto quæro,quia ſunt nonnulli qui ex animo,uel leuitate, aut calore iracundiæ dicunt,ꝙ Deus non eſt Deus,qui non ſolum ſunt dicendi hæretici,ſed principes hæreticorum,quia ut inquit Pſal.dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus,ut inquit Bal.in conſi.85 regula iuris eſt.lib.j.de quo & his ſimilibus dixi ſupra in 7.q.uerſi.nono.

Quinto alij negãt Paradiſum & Infernum,& ſic gloriam bonis & pœnam malis abnegantes ſunt.quæ uerba hæreticalia ſunt, & repugnant ſacro Euangelio Matthæi.25.& multis authoritatibus ſacri canonis.

Sexto aſſerunt aliqui,ꝙ anima ſimul cum corpore moritur,quæ aſſertio eſt hæreſis manifeſte damnata.c.pe.uerſi.Arabi. 24. q. 3. Item aſſertio, ꝙ homines uiuant & gubernentur per naturam & conſtellationes ſuperiores,damnatur,& excludit gratiam Dei per quam quiſque meretur immo ſine ea mereri non poteſt.in c.Nabuchdonoſor iunc.ca.ſeq.uaſis. uerſi prædeſtinationem Dei.c.nemo tollit.de conſecra.diſt.4.Inſuper aſſertio eſt hæretica quæ habet ꝙ inceſtus non ſit peccatum,quæ eſt contra legem diuinam & humanam,ut plene habetur in tex.& glo. 35. q.j.in c.adulterij malum.32.q.7.& credendum eſt eum qui talia pluries & pertinaciter dixerit corde dixiſſe,& credere, quia nemo extimandus eſt dicere,quod mente non cogitauit.c.humanæ,22.q.5.l.Labeo.ff.de ſuperlecti.legata.qui ergo talia aſſerit,hæreticus eſt cenſendus, & eius bona a die commiſſi criminis ſunt ipſo iure confiſcata.c.cum ſecundum.de hære.lib.6.hæc traduntur per Federi.de Senis in conſi.252.incipien.Reuerendo in Chriſto patri.

Septimo,aſſertio eſt hæretica,ſi quis dicat,quod quis non põt pœnitere de peccato quod carnaliter commiſit cum matre, cum ſit contra

illud

illud Eccle. 18. Item ꝙ Romæ uel alibi peccata grauia non poſſunt dimit
36 ti, ut ſcribit Oldra. in conſi. 271, quæſtio talis eſt. Item † ſi quis dixerit, ꝙ
illi qui uoto uel iuramento ſunt obligati ad intrandum religionem nõ te
nentur intrare, eſt hæreticus manifeſte, nã quicunque dicit non eſſe pe-
catum id quod eſt contra præceptum Dei hæreticus iudicatur, ſicut &
hæreticus iudicaretur quicũque diceret, ꝙ fornicatio ſimplex nõ ſit pec-
catum mortale, eſt enim contra præceptum Dei, non mœchaberis, ut ſan
cti exponunt. & idem eſt de illo qui dicit iuramentum non eſſe adimplen
dum. Item eſt hæreticum dicere illicitum eſſe intrare religionem, eſt em̃
expreſſe contra Chriſti conſilia, unde quicunque dicit, ꝙ ille qui eſt obli
gatus uoto uel iuramento ad intrandum religionem poteſt abſque pec-
cato in ſeculo remanere, eſt manifeſte hæreticus, ſi tamen in hoc pertina-
citer perſeueret, ut dicit S. Tho. in quolibe. 3. arti. 12. iuratio enim non
eſt contra Dei præceptum. c. non 22. q. j. glo. in c. excommunicamus. §.
fi. de hære. & ſiquis diceret nullo caſu eſſe iurandum, & ſemper eſſe pec-
catum iurare, ſaperet hæreſim, ut dicit Ioan. de Imo. in c. literas. col. pen.
de præſumptio. quod eſt notandum contra aliquos fraticellos abſtinen-
tes ſe a iuramentis licitis tanquàm a peccatis, qui redarguendi ſunt, quia
puritati conſcientiæ non debet deeſſe iudicium rationis, unde ex tenui
conſcientia non eſt quis condemnandus, Sed potius reprehendendus, de
bet enim conſcientiam ſuam ex iudicio rationis informare. facit. c. nõ ſo
lum. de regulari. lib. 6. & in Pſal. 13. crepitauerunt timore, ubi non erat ti
37 mor, ut ſcribit Abbas in c. & ſi quæſtiones, de ſimonia. Propterea † alibi
dicitur, ꝙ electores debent eligere Epiſcopum ſecundum Deum & con
ſcientiam, quia non ſufficit ſequi puram conſcientiam, niſi illa ſit infor-
mata ſecundum Deum, ut dicit Abbas in c. conſtitutus. 2. de appella. &
conſcientia iudicis debet eſſe coniuncta cum ſcientia & doctrina, ut di-
cit Bal. in l. 2. uerſi. ſcias tamen. C. de ſenten. ex peri. recita. & conſcien-
tia ſecundũ iura debet conformari. c. qualiter. il primo de accuſa. & iſta
eſt una ſpecies conſcientiæ, quæ ligata eſt rationibus iuris, ſunt & aliæ
duæ ſpecies, ut Bal. diſtinguit in l. fi. uerſi. nota tamen. C. de pœna. iudi. q.
male iudi. plura circa hæc tradit Bal. in l. nec quicq. §. ubi decretum. col.
x. ff. de offi. pro. & lega. Bal. in l. nemo. C. de ſententijs. & in l. & ſi inutili-
ter. C. de fideicommi.

38 Octauo † ſi profeſſus aliquam religionem, accepit publice uxorem, &
uult defendere ſuum errorem, allegando ꝙ ei licuerit, poteſt puniri ut
hæreticus, ut inquit Bal. in l. nemo. C. de ſumma Trin. facit glo. in c. dicit
Apoſtolus. 24. q. 3. in uerbo pertinaci.

39 Nono † ſi quis idiota publice diceret, ſi non habeo uxorem in hoc mũ-
do, in

do,in altero habebo,& in hoc pertinaciter perſtiterit,poterit puniri tanquàm hæreticus,quia contradicit Euangelio.Matthæi.22.in reſurrectio ne enim neque nubēt neque nubentur,Sed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo,ut dicit Lau.quem refert Andre.Siculus in clemen.j.col.3.de ſumma Trin.&.ibi Card.Floren.& fuit error Agarenorum dicentium,ꝙ in alio mundo habebunt uxores mundiſsimas,ut late dixi in rubr.de hæreti.lib. 6.lvj.col.uerſi.ſecunda uero ſecta eſt ſaracenorum.

40 Decima † aſſertio eſt hæretica,quòd quilibet poſsit ſaluari in ſua legē uel ſecta,ut Iudæus,& Agarenus,ſeu alij infideles,& fuit error Agarenorum,ut habetur in ſuo Alchorano.in cora primi,ut dixi in d.rub.in d.uerſi.ſecunda uero , Sed hoc q̃ ſit inſanum fatuum atque falſum nemo ſanę mentis eſt qui non uideat,quomodo enim fieri poteſt , quod tam diuerſæ nationes, quarum una , ſcilicet chriſtiana,credit quod Chriſtus Ieſus fuit Deus & homo, alij, ut iudæi.credunt contrarium , ſaraceni credunt quod fuit purus homo non Deus,& quod omnes iſtæ nationes quantum cunque bene & moraliter & deuo te uixerint in hoc ſeculo pariter habeant gloriam , hoc dicere eſt inſania & contra tex.ſacri canonis actuū. 4.ubi dicit Petrus loquens de Chriſto,nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datū hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri.q.d.non in lege Moyſi,non in alia doctrina quantumcunque aparenter bona,& morali,abſq; uera fide Chriſti,poſſet eſſe ſalus æterna,aliæ uero authoritates adducūtur a me in d.rubr.quas non duxi repetendas.

41 Vndecimo,† aſſerere pertinaciter , ꝙ exercere uſuras non eſt peccatum,hæreticum eſt.cle.j.§.ſane.de uſuris.

Duodecimo,temerarium & contra tex.ſacri Euāgelij eſt,dicere quòd Chriſtus non eſt ingreſſus ad diſcipulos ianuis clauſis ſed aliunde , quia Ioā.20.habetur,cū ſero eſſet die illa,una ſabbatorū,& fores eſſent clauſæ ubi erant diſcipuli congregati propter metū Iudæorum , uenit Ieſus & ſtetit in medio &c.quod Vgo Card.exponēs dicit,Intrauit ianuis clauſis,in quo oſtendit ꝙ corpus habebat glorificatū , quod tranſire potuit per corpus glorificatū, & hoc expreſſe firmat Gregorius in ſua homelia ſuper Io.& Dura.probat in 4.diſt.44.q.6.in corpore quæſtionis. & alij quos ommitto.

42 Decimo tertio,† quid de illa aſſertione , quòd omnes Indulgētiæ ſunt falſæ in quibus per modū applicationis ieiunia & orationes apponūtur, quia exiſtēs in gratia, uelit nolit Papa . efficitur particeps bonorum quæ fiūt in Eccleſia.Reſpōdeo quòd ſi hæc aſſertio loqueretur ſolū de Indulgentiis cōceſsis a Papa inquātum ſunt remiſsiones quædam pœnarū debitarum in purgatorio,eſſet una de propoſitionibus hæreſiarchæ luteri,

qui

qui tenet ꝙ Papa non uult nec poteſt ullas pœnas remittere, præter eas
quas arbitrio ſuo, uel in canonibus appoſuit, & tūc hæc aſſertio eſſet hæ
retica, ut dicit. S. Tho. in 4. diſt. 20. q. 1. art. 3. quia eſt priuilegium datū
Petro, ut quod in terra remitteret, etiam in cœlo remitteretur, quem ad
hoc allegat magiſter Silueſter de Prierio in ſuo libello contra luteranas
propoſitiones, idem dicit Oldra. in cōſi. 271. incip. quæſtio talis eſt. An
to. Arch. Flo. in 2. parte ſummæ. tit. x. art. ult. Fely. in ſermone de Indul-
gen. Hodie mecū eris in paradiſo, & cōprobatur hoc authoritate uniuer
ſaliū conciliorū. nā in concilio Vienenſi approbatæ fuerunt indulgentiæ
ab Vrbano Papa quarto conceſſæ ꝑ venerabilis Euchariſtie ſolēnitate,
ut in cle. ſi dn̄m in ſanctis. in fi. de reliq̄s & uene. ſancto. & in generali cō
cilio celebrato p̄ Inn. 3. fuit limitata ptās aliquorū p̄latorū in conceſſio-
ne Indulgentiarum. ut in c. cum ex eo. de pœ. & remiſ. facit. c. quod autē.
& c. noſtro. eo. tit. & omnis Eccleſia ex Germanis, Gallis, Hiſpanis, Ita-
lis, Anglis, Hungaris, Polonis, Dacis, Scotis, & demum omnes Chriſtiani
reuerenter ſuſcipiunt Iubileos in Roma a Romanis Pontificibus cū ple-
narijs indulgentijs celebratos. quorum promulgatio patet in extrauagā
tibus incipientibus, ſcilicet, Antiquorum habet fida relatio. &c. Vnigeni
tus Dei Filius. Et ſi Dominici gregis &c. Quemadmodum operoſi &c. &
Sixtus. 4. in ſua extrauagan. & ſi Dominici gregis ſaluti. in tit. de pœnit.
& remiſſio. & a Gregorio Magno ante. Dcccc. annos conceſſæ fuerunt,
& ita poſtea obſeruatum per omnem Eccleſiam, vt dicunt Hyſtoriogra
43 phi, tangit Archie. Flo. in d. loco. Si vero † dicta aſſertio loquitur de parti
cipatione bonorum ſpiritualium quæ ſunt in Eccleſia, quorum Papa fa-
cit eos participes qui aliquod ſuffragium temporale exhibent Eccleſiis
aut pijs locis, tunc eſt dicendum, ꝙ licet fuerint opiniones aliquorū do
ctorum, an hæc ſpiritualia bona poſſint communicari a Papa; uel ab
alijs prælatis Eccleſiæ, vt Epiſcopis in ſuis diœceſibus, ſeu ab ab-
batibus, & prioribus in ſuis conuentibus. ut dicit Ange. de Claua.
in ſumma ſua. in uerbo Indulgentia. §. quinto. Sanctus Thom. in quar-
to. diſtin. vigeſima. articulo quarto. in corpore. & Dura. in dicta. di-
ſtinctione vigeſima. quæſtione quinta. non vult hoc concedere, niſi de
voluntate perſonarum ſingularium, quia illa bona ſingularium ſunt,
& eſto quòd hoc ſit poſſibile ſecundum eum, talis applicatio non
habet rationem Indulgentiæ proprie loquendo, quia nec in vna
perſona, nec in congregatione aliqua, nec in tota Eccleſia eſt tan-
ta copia meritorum (excepto merito Chriſti) vt ſufficiant ad ſa-
tisfactionem pro pœnis debitis omnibus, quibus applicari poſſunt,
propter quod nunquàm eſt certum, quantum ualeant. ſicut indul-

gentiæ

genetæ. Quia tamen Papa conſueuit concedere hanc participatio nem bonorum, ut generalis diſpenſator bonorum quæ ſiunt in Eccleſia militanti, ut theſauri Eccleſiæ, ut in d.c. quod autem. & in d. extra. Vnigenitus Dei Filius, non eſt diſputandum de eius poteſtate, ut dicit Bal. in l.j. colu. 2. ff. de conſti. princ. l. diſputari. C. de crimi. ſacrilegij, & ideo talis aſſertio iniurioſa eſt & in depreſſionem officij ſummi Apoſtolatus aſſerta. c.j. de maledicis, & de his diſputantibus uel derogãtibus poteſtati ſummi pontificis dici poteſt, ꝙ lingua eorum tranſeũte ſuper terram, os ponunt in cœlum. c. in tantum. 21. diſt. de cuius quadruplici poteſtate ſcribit Domi. de ſancto Gemi. in conſil. 54. incipien. Gregorius nonus. col. j. & quomodo dicatur Papa ut hierarcha Eccleſiæ facere hãc bonorum ſpiritualium participationem ſcribitur late in ſupplemẽto Gabrielis. in 4. diſt. 45. q. 2. articu. 3. uerſi. quartum dubium eſt.

44 Decima quarta aſſertio. ꝙ uirgo Maria non perdiderat filium ſuum in templo in triduo, contradicit Euangelio Lucæ. 2. Et requirentes eum Maria ſcilicet & Ioſeph inter agnatos & notos. & non inuenientes reuerſi ſunt in Hieruſalem requirentes eum, & infra, & dixerunt ad Chriſtum inuentum in templo, ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Vnde qui docet aliud q̃ quod Euangelium dicit anathema ſit. Pau. ad Gala. j. & hæreſis eſt docere alium ſenſum ſcripturarum, q̃ Spiritus Sanctus flagitet a quo ſcripta eſt, nam ſenſus ſcripturarum, non ingenij noſtri uirtute, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere ueritatis oportet. c. relatũ. 37. diſt. ad quid ergo requirebant eum inter agnatos & notos ſi eum nõ perdiderant? ad quid etiam dolebant? perdidiſſe eum pro illo triduo non inconueniẽt dicere eos, q̃uis haberent ſpem ipſum recuperandi, ſicut ſcribitur Lucæ. 15. congratulamini mihi quia inueni dragmam quam perdidi, ut in c. pœnitentem. 26. q. 7. ſi Nabuchdonoſor regnũ accepit, quod perdiderat, Dani. 4. Et ſic Virgo Maria ſpem recuperandi filium ſuũ habuit quia ſicut ipſa ſciuerat uerbi incarnationem per lecturam prophetarum. & ſignanter per illud Eſa. 7. Ecce Virgo concipiet & pariet filium &c. ſic etiam ſciebat alias prophetias, ut declarat Vgo Card. ſuper Lucam. 2. in uerbo conferens in corde ſuo. & conſequenter, ꝙ Chriſtus non erat paſſurus in ætate duodecim annorum, nec teneriori, ut erat prophetatũ Exodi. 23. non coques hædum cum lacte matris, ſed completis. 33. annis, eodem ſcilicet die quo conceptus fuit paſſurus erat feria ſexta octauo Calendas Aprilis, ut ibi exponit Vgo Card. & ultra eum Auguſtinus libr. 18. de ciuitate Dei. cap. 54. Sciebant enim Maria & Ioſeph ꝙ Chriſtus Deus erat, ut ibi dicit Vgo ſuper Lucam in uerbo & uidentes admirati ſunt, & ſic licet pro tunc perdidiſſent eum, non tamen amiſſerunt ſpem recuperãdi

di eum, quia ipſum requirebāt inter cognatos & notos. & nihilominus de eius abſentia dolebant, nam ſicut Abraham, qui iuſſus fuit filium ſuū Iſaac ſacrificare Gene. 22. quis crederet illum ſuſcitandū a mortuis non poterat tamen non dolere de filij ſui pauca abſentia. Sic beata uirgo quæ certiſsime ſciebat filium ſuū Ieſum reſurrecturum a mortuis tertia die, tamen doluit uehementer de illius morte, ut dicit S. Bernardus, refert Vgo. ſ. per Gene. 22. in uerbo reuertemur ad uos, ſtant ergo hæc ſimul, uirgo Maria perdiderat pro tunc filium ſuūm cum ſpe recuperandi, & quòd interim dolebat, ut patet in inſtantia data. facit cap. ſicut uigeri. j. q. j. & l. ſi creditori. ff. de operis no. nuncia. & hoc uerbo perdere utitur Landulphus de Saxonia in lib. de uita Chriſti, prima parte. c. 15. dicēs, quid enim erat perdere Ieſum, & infra, ne ſciebat uirgo quid ageret, quia theſaurū ſibi pie a Deo cōmiſſum perdiderat, & idem Vbertinus de Caſalis de uita Chriſti, & licet in Euangelio non apponatur expreſſe hoc uerbum, nihilominus ſatis colligitur, ꝙ Maria & Ioſeph perdiderant Chriſtum in
45 illo triduo, & ideo dolentes requirebant eum, ut in tex. Et ſi quis in ſacra ſcriptura hoc uerbum perdere accipiatur pro occidere, ut Matth. 22. ibi, perdidit homicidas illos, & Matth 27. Ieſum uero perderēt, ut declarat. S. Thom. ſuper Ioan. x. lectiōne. quinto comento, & Pſal. 108. Me expectauerunt peccatores ut perderent me. & alibi ſæpe, & creditor dicitur perdidiſſe qui poteſt exceptione repelli. l. ſi filius. in prin. ff. ad macedo. & illud dicitur perditum, ſi facta diligenti Inquiſitione res non reperitur, ut
46 dicit Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, §. an uero. ff. de edēdo Et ſi ꝙ in dubio a proprietate uerborum non eſſet recedendū pro ſaluanda mente loquētis. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupellecti. lega. etiam a uerbis loquentis non receditur niſi quando conſtat de mente, & illud quod quis non loquitur uelle non præſumitur. Bal. in l. cum uirum. C. de fideicommi. Bal. in l. j. §. ſin autem de deficientis. C. de cadu. tolle. & quando agitur in materia ſtricta, ut eſt hæc, uerbum enim habens duplicem intellectum, ſtricte & proprie debet intelligi. c. Rodulphus. de reſcriptis. & in potiori & digniori ſignificatu. l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager. uectig. uel emphi. pe. l. j. §. biduum. ff. quando appella. ſit. c. pe. de ſenten. excommunica. c. cum olim. de teſtibus. §. ſed quotiens. inſti. de iure natu. gen. & ciui. tamen, perditur, capitur pro eo quod non habetur, ut dicit gl. in l. omnis. ff. uſufructu. quemadmo. caueat. & perdere, multiplex habet ſignificatū, capitur enim pro amittere, ſicut pro delere, uel deſtruere, unde uerſus, Amitto, perdo, deſtruo, perdo, notat. nec inconuenit dicere aliquem inuenire quod perdiderat, ut Lucæ. 15. ibi quis ex uobis homo qui hēt centū oues, & ſi perdiderit unā ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem

uem in deſerto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniet illam, & infra, congratulamini mihi, quia inueni ouem quæ perierat, & ibi, aut quæ mulier habens dragmas decem ſi perdiderit dragmā unam nonne ac cēdit lucernā, & euertit domū, & quærit diligenter donec inueniatur? & cum inuenerit conuocat amicos & uicinas dicens congratulamini mihi, quia inueni dragmā quā perdideram. Et Leui. 6. ſiue rē p̄ditā inuenerit & Eſa. 27. & erit in die illa clangetur in tuba magna, & uenient qui perditi fuerant de terra aſſiriorum. & alibi in multis authoritatibus ſacræ ſcripturæ inueniri facile eſſet, ut quod perditum eſt inueniri poteſt, & ſic Virgo Maria taliter in illo triduo dicitur filium perdidiſſe, quem poſt triduū cum gaudio inuenit in templo ſedentē in medio doctorū audientem illos, & interrogantē, omnibus qui audiebant ſtupentibus ſuper prudentia & reſponſis eius, nullus enim ſanæ & catholicæ mentis dicet ꝙ Chriſtus in illo triduo fuit perditus, id eſt occiſus, & ꝙ Virgo Maria & Ioſeph Ieſum perdiderunt, id eſt occiderunt, abſit quidē talis a nobis ſenſus abſurditas, unde Diuus Bernardus in homilia, quærens a Chriſto, domine, inquit, quis te in triduo ſuſtentauit, & reſpondet ſibi met dicens, ut te domine Ieſu Chriſte noſtrę paupertati per omnia conformares, quaſi unus in turba pauperū ſtipendia per oſtia mendicans quæſiſti. Quis dabit mihi bucellarū illarū mendicatarum participem fieri, & illius ſacri ædulij reliquijs ſaginari, hæc ſunt Bern. uerba. ergo quæ ſequuntur in Euangelio, ꝙ Maria & Ioſeph inuenerunt Chriſtū in templo declarant mentē dicentium Chriſtum fuiſſe perditū in illo triduo cum ſpe recuperandi, uerba enim ſequentia declarant intellectum præcedentiū & mentē loquentiū, l. qui filiabus. in prin. & l. ſi ſeruus pluriū. in fi. ff. de lega. j. & uerba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam. l. ſi uno. in princ. ff. locati. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſuris. unde negare Chriſtū non fuiſſe perditum a Maria & Ioſeph, eſt contradicere Euangelio, ut eſt dictū, nec excuſat proprietas uerbi, quia illa non eſt præciſa ſed æquiuoca, ut dixi, & ideo non prodeſt, traditur in c. in præſentia. de probatio. maxime quia uſus loquendi communis id habet, qui attenditur. l. nummis. ff. de lega. 3. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. 3. cum alijs, ut ſcribit Soc. libr. conſ. 2. conſi. 247. incipien. circa primum. col. 4.

47 Decima quinta † aſſertio, quę habet ꝙ ſi per poſſibile reſurrectio nō eſſet, Deus eſſe non poſſet. & annichillaretur, eſt hæretica & ſcandaloſa, cum Deus ſit æternus, immenſus, & incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis. ut habetur in c. firmiter. de ſumma Trin. & fide cath. & Malachię. 3. dicit propheta in perſona Dei. Ego enim dominus & non mutor, & Exod. 3. inquit Deus ad Moyſem. Ego ſum qui ſum

Et

Et qui eſt miſit me ad vos. Pau. primo ad Thimo. j. Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli honor & gloria in ſeculorum ſecula. præſupponit enim iſta aſſertio alium eſſe ſuperiorem Deo qui illum annichilare poſſet, & ſic negatur eius omnipotentia, contra totam ſacram ſcripturam, & fidei articulos, ut ſuperius dictum eſt. Et quamuis quis diceret illam poſſe non eſſe, & annichilari, quia poſito impoſſibili, ſequitur impoſsibile, ut hac propoſitione, ſi Deus vult poteſt peccare, antecedens eſt impoſsibile, unde nihil prohibet conditionalem eſſe ueram conſequenti exiſtente impoſſibili, ut dicit. S. Tho. quolibet. quinto. arti. xj. & hoc modo loquendi uiſus eſt uti Paulu. ad Gala. j. inquiens. Et licet nos, aut Angelus de cœlo Euangelizet uobis, præterquam Euangelizauimus vobis, anathema ſit, vbi dicit Lyra, ꝙ aliqua propoſitio conditionalis poteſt eſſe vera cuius tamen utraque pars eſt falſa aut impoſſibilis, ſicut iſta, ſi homo uolat, ergo habet alas, quæ eſt uera, & tamen hominem uolare & habere alias, eſt falſum, ſic in propoſito de verbo Apoſtoli, nam Apoſtoli ueri erant & in gratia confirmati, & adhuc magis Angeli ſancti; propter quod de utriſque falſum eſt & impoſſibile, quòd prædicarent contra ueritatem Euangelij, & conſequenter quòd eſſent anathematizati, & ſic quòd uideatur dicendum in dicta aſſertione, quòd ſicut impoſſibile eſt non eſſe reſurrectionem, quia articulus fidei eſt, ſcilicet carnis reſurrectionem & uitam æternam, conſequenter impoſsibile eſt Deum annichilari. Tamen hæc non conferunt, quia idiotis & parum intelligentibus datur ſcandalum incidendi in hæreſim, nam omnem uim inuentorum ſuorum in dialectica diſputantes ponunt hæretici, quæ philoſophorum ſententia diffinitur, non aſtruendi vim habere ſed ſtudium
48 deſtruendi. Regnum † enim Dei in ſimplicitate fidei eſt non in contentione ſermonis, ut dicit tex. in c. omnem. diſtinct. xxxvij. faciunt. ca. nonne. & c. ſiquis autem. ead. diſtinct. & propter iſtos dicit Pau. 2. ad Thimo. 3. ſtultas contentiones & pugnas deuita. & j. ad Corinthios. nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi. & 2. ad Thimo. 2. inquit, noli uerbis contendere, ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. gloſſ. quia contentio nihil prodeſt niſi ſubuertere audientes, dum uerboſus par, uel ſuperior videtur catholico, & ſophiſticam allegationem damnat iuris conſultus, ut dicit Bal. in l. debitor. §. fi. ff. de lega. 2. & in ambagibus logicalibus non eſt inſiſtendum ex quibus nihil concluditur, ut inquit Bald. in l. prima. colum. 2. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, & dicebat Beatus Hierony. ſuper Eſai. uino inebriantur qui ſcripturas ſacras male intelligunt atque peruertunt, Sicera inebriantur qui abutuntur ſeculari ſapientia, & dialecticorum tendiculis,

lis, quæ non tam tendicula ſunt appellanda, quàm fantaſmata ideſt vmbræ quædam, quæ cito perunt & reſoluuntur, & habetur. in cap. uino. 37. diſt. nec ex eo reprehendendus eſt legiſta ſi aliquando utatur ſermone aliqualiter dialectico, quia generalia principia oportet hominem ſcire, alias eſt ſine intellectu, ut inquit Bal. in l. 1. §. in initio. col. 2. ff. de offi. præfecti urbis, & cum legiſtæ conſiderent realitatem apud eos, dialectica eſt ambages, ut dicit Bald. in l. j. col. 4. uerſic. quia modo uenio. C. ſi plures una ſente.

49 Decimo ſexto † temerarium & blaſfemum eſt aſſerere, ꝙ liber ſapientiæ Salomonis, hoc eſt. ca. 24. Eccleſiaſtici ſecundum ſenſum literalem non poteſt intelligi de ſapientia æterna, ſed de uirgine Maria, nam prout inquit Vgo Cardi. ibi, illius cantici ſunt ſeptem ſolemnes expoſitiones, quæ ſunt ſeptem columnæ domus ſapientiæ, de quibus dicitur prouerbiorum. x. ſapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Prima eſt de ſacra ſcriptura & infuſa uniuerſaliter, hoc de theologia & ancillis eius. Secunda, de ſapientia genita & humana, ideſt de Chriſto, quæ eſt Dei uirtus Dei Sapien. j. Corin. j. Tertia eſt de beata Virgine. Quarta de Eccleſia. Quinta de fideli anima. Sexta de Angelica natura. Septima de Salomone. Sunt qui dixerunt ꝙ dictum capitulum eſt exponendum de lege ueteri & noua quæ dicitur ſapientia diuina, quia non eſt humanitus inuenta, Sed diuinitus reuelata, ad hoc autem allegant quod dicitur in eodem. c. hæc omnia liber uitæ & teſtamentum altiſsimi & agnitio ueritatis. Sed prout Lyra ibi dicit, hoc non uidetur rationabiliter dictum, nam in perſona ſapientiæ de qua fit hic ſermo dicitur. in d. c. Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens, quod factum fuit a principio creationis mundi, lex autem Moyſi poſtea fuit data Exodi. xx. quaſi per duo millia annorum, & poſtea noua per tantum tempus & amplius, præterea de eadem ſapientia de qua fit ibi mentio dicitur, ab initio & ante ſecula creata ſum, quod non poteſt dici de lege ueteri, uel noua. Item hæc expoſitio fauere uidetur errori Iudæorum, qui fingunt legem ueterem creatam fuiſſe ante mundum, pro ut late ergo ſcripſi in Rubric. de hæreti. lib. 6. colum. cccxcj. uerſic. ſeptimus error iudæorum eſt. propter quod dicendum eſt ſecundum Lyr. quòd in d. c. agitur de ſapientia diuina perſonaliter dicta, quæ eſt ſapientia genita, unde in eius perſona dicitur, Ego ex ore altiſsimi prodij primo genita ante omnem creaturam, prodire autem ex ore altiſsimi, & per modum geniti uel nati eſt proprium filij, qui eſt ſapientia genita, propter quod communius dicitur ſecundum Lyram Eccleſi. ca. j. quòd author in d. c. 24. loquitur de ſapientia genita. Non obſtat ſi dicatur ꝙ in d. c. dicitur ab initio & ante

ſecula

ſecula creata ſum,quod non conuenit filio Dei, quia in ſymbolo fidei dicitur,increatus pater,increatus filius &c.& creare eſt de nihilo facere, ut Zacha. 12.Dominus extendens cœlum & fundans terram, & fingens hominis ſpiritum in eo, & Amos. 4. ego formans montes & creans Spiritum.& Gene.j.in prin.creauit Deus cœlum & terram,& Sco.in 2.diſtin. j.q.2.dicit, quòd proprie creare eſt de nihilo.j. de non materia aliquid facere.Et.S.Tho.in 3. ſententiarum,diſtin.6 .arti. j.ad primam. declarans illud,ab initio & ante ſecula creata ſum,dicit quod Intelligitur de ſapientia creata, ſcilicet natura Angelica, quæ eſt ante temporalia ſecula, & ſi non duratione,tamen ordine naturæ. Vel intelligitur de Filio Dei quantum ad naturam aſſumptam, quæ & ſi ante ſecula creata non fuerit, fuit tamen ab æterno præuiſa creari,ut exponit ibi Vgo.Cardi. Ad hæc dicendum eſt,ꝙ propterea catholici doctores exponentes illud canticum, dicunt, creata, ideſt genita, & ſic large loquendo dicitur creatio, ut dicit Lyra Eccleſi.c.j.& ſuper.c.24.exponit, creata ſum, ideſt ab eo accipiens eſſe per generationem,quæ large loquendo dicitur creatio.&.S. Tho. in j.parte.q.41.arti.3.ad 4. uarie exponendo illū tex. intelligit de ſapientia æterna.& in lib.contra gentiles. 4.c.8. Inde etiam eſt, quòd uerba poſita in d.c.j.prior omnium eſt creata ſapientia, exponit Ly.prior.j. per æternam generationem producta,& quòd iſte ſit intellectus authoris uidetur ex hoc probari quod habetur in d. c. 24. antequam in perſona huius ſapientiæ loquens diceret,ab initio & ante ſecula creata ſum, præmiſit dicens in perſona huius ſapientiæ, Ego ex ore altiſsimi prodij primogenita ante omnem creaturam, per hoc inſinuans ꝙ huius ſapientiæ creatio non eſt aliud quàm eius æterna proceſsio.Locutiones iſtæ & conſimiles, non ſunt extendendæ ſed magis cauendæ a fidelibus, quia fauere uidentur errori Arrij,qui dixit Dei filium eſſe puram creaturam, ſi tamen inueniantur iſtæ loqutiones in dictis ſanctorum, uel in libris ſacræ ſcripturæ canonicis uel non canonicis receptis tamen ab Eccleſia ad legendū, qualis eſt ille liber Eccleſiaſtici,ut dicit Hieronymus in prologo galeato,pie ſunt exponendæ, & de hoc dixi ſupra in. 14.q. de multiplici autem expoſitione dicti.ca.j.& 24.ca.tradit.S.Tho.in 1.par.q.41.arti.3. ad quartū.

50 Accedit †ad prædicta, ꝙ qñcunq; propoſitiones ſacrorū doctorū inueniūtur,ſi in ſenſu ꝓprio nō uideant ueræ nō ſunt extendēdæ,nec intelligēdæ tanq̄ ꝓpriæ,ſed pie ſunt exponēdæ,vt hæc ꝓpoſitio,Filius Dei aſſumpſit hominem, quam ſcripſit diuus Auguſt. in libro de agone chriſtiano, & in cantico, Te Deum laudamus,ibi,ſuſcepturus hominem,exponitur ſecundum Magiſtrum ſententiarum in 3.diſt. j. cap. x. hoc eſt naturam humanam aſſumpſit, ſcribit. S. Tho.3. parte ſummæ,quæſt.4. arti. 3.in

ſolutione ad pri.argu. Non obſtat ſi dicatur, quòd liber eccleſiaſtici eſt apochryphus & inter apochrypha computatur, ut dicit Vgo Cardi. ſuper libro ſapien. in prologo, ſecundum Hieronymum in prologo galeato ſuper libris Regum, Quia dico, ꝙ apochryphorum, duo ſunt genera, quædam ſunt quorum author & ueritas ignoratur, ut eſt liber de Infantia Saluatoris, quæ a patribus Eccleſiæ non ſunt approbata, nec ea recipit Eccleſia, & ſunt multa opuſcula talia, quæ enumerantur in c. Sancta Romana
51 Eccleſia. xv. diſtin. Quædam † etiam apochrypha ſunt quorum author ignoratur, ſed de ueritate non dubitatur, ut eſt liber Iudith, & Machabeorum, liber ſapientiæ, & Eccleſiaſticus, liber Thobiæ. & hos libros recipit Eccleſia, non ad fidei dogmatum aſſertionem, ſed ad morum inſtructionem, ut dicit Vgo in prologo ſuper Eccleſiaſticum, & Card. in d. ca. Sancta, & ſic de ueritate dicti libri Eccleſiaſtici non dubitatur, qui quando legitur in Eccleſia, non Eccleſiaſticus, ſed liber ſapientiæ nominatur omnes enim libri de quorum authoribus non eſt certum, aut de quorum ſanctitate non conſtat cum leguntur in Eccleſia nomine ſapientiæ intitulantur, quia omnis ueritas a ſapientia eſt. ut habetur in d. prologo, Et quia aliquando in hoc opuſculo memini de canonicis ſcripturis. Scien-
52 dum † eſt, quòd illę ſcripturæ dicuntur canonicæ, quæ continentur in canone noui uel veteris teſtamenti, quas Auguſtinus commemorat in libr. 2. de doctrina chriſtiana. cap. 8. totus autem inquit canon ſcripturarum in quo hanc conſiderationem uerſandam dicimus his literis continetur. Quinque Moyſeos, ideſt Geneſi, Exodo, Leuitico, Numeri, Deuteronomio, & uno libro Ieſu naue, uno iudicum, uno libello qui appellatur Ruth qui magis ad regnorum principia uidetur continere, Deinde quatuor regnorum, & duobus paralipomenon, non conſequentibus, ſed quaſi a latere adiunctis, ſimulque pergentibus, hæc eſt hyſtoria quæ ſibi met annexa tempora continet, atque ordinem rerum. Sunt aliæ tanquam ex diuerſo ordine, quæ neque huic ordini, neque inter ſe connectuntur, & Iob, & Thobias, & Heſter, & Iudith, & Machabeorum libri duo, & Eſdræ duo, qui magis ſubſequi uidentur ordinatam illam hyſtoriam vſque ad Regnorum, uel paralipomenon terminum. Deinde prophetæ, In quibus Dauid vnus Pſalmorum, & Salomonis tres, prouerbiorum, canticam canticorum, & Eccleſiaſtes, nam illi duo libri, vnus qui ſapientia, & alius qui Eccleſiaſticus ſcribitur de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur, Nam Ieſus Filius Sidrach eos ſcripſiſſe conſtantiſsime perhibetur. Qui tamen quoniam in authoritatem recipi
53 meruerunt, Inter propheticos numerandi ſunt. Reliqui † ſunt eorum

rum libri qui proprie prophetæ appellati ſunt. Duodecim prophetarum libris ſingulis, qui connexi ſibimet, quoniam nunquam ſeiuncti ſunt, pro uno habentur, Quorum nomina prophetarum ſunt hæc, Oſeæ, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuh, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, Deinde quatuor prophetæ ſunt maiorum voluminum, Eſaias, Hieremyas, Daniel, Ezechiel. His quadraginta quatuor libris veteris teſtamenti terminatur Authoritas, Noui autem quatuor libris Euangelij ſecũdum Mathæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem, quatuordecim Epiſtolis Pauli Apoſtoli, ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galatas, ad Philipenſes, ad Theſſaloni. duabus, ad Coloſſenſes, ad Thimotheum duabus, ad Titũ, ad Philemonem, ad Hæbreos, Petri duabus, tribus Ioannis, vna Iudę, una Iacobi, actibus Apoſtolorũ libro uno, & Apocalipſis Ioannis libro uno, hæc Auguſtinus. Verum eſt tamen ꝙ idem Auguſti. li. 2. retractationum. c. 4. Incipien. libros de doctrina chriſtiana, retractat quod dixerat ſcilicet ꝙ Ieſus filius Sidrach ſcripſerit ſapientiã Salomonis & Eccleſiaſticum. Sed dicit ſe probabilius comperiiſſe nõ fuiſſe hunc libri illius authorem, Item quod dixerat his quadraginta quatuor libris ueteris teſtamenti terminatur authoritas, etiam retractat, inquiens ſe appellaſſe uetus teſtamentum ex conſuetudine, qua iam loquitur Eccleſia, cum Apoſtolus non uideatur uetus teſtamentum appellare, niſi qđ datum eſt in monte Syna. Sed hęc retractationes nihil nocent, quo minus ex doctrina diui Auguſtini cognoſcantur quæ ſint canonicæ ſcripturæ,
54 quarum cognitio noſtro congruit propoſito. Decimoſeptimo, † aliqui diffitentur Purgatorium eſſe poſt hanc uitam, quod eſt erroneum & hæreticum, & fuit unus de erroribus græcorum, ut dicit Archi. Floren. in. 3. parte ſuæ cronicæ, tit. 22. c. xj. §. j. ubi refert decretum generalis concilij celebrati in ciuitate Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ. M. cccc xxxix. In quo tres errores græcorum fuerunt damnati, quorum primus erat, ꝙ Spiritus Sanctus procederet a Patre, ſed non a Filio, Secundus ꝙ non erat Purgatorium poſt hanc uitam. Tertius quòd Eccleſia Orientalis & Conſtantinopolitana non eſt ſub Eccleſia Romana, nec Patriarcha Conſtantinopolitanus eſt inferior Romano Pontifici, horum quodlibet erat hæreticum, præterea hæc aſſertio quæ negat purgatorium contradicit canonicæ ſcripturæ in pluribus locis, quorum paucos referam. habetur enim primo. Corinth. 3. ſiquis ſuperædificauerit ſuprà fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides præcioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, uniuſcuiuſque opus manifeſtum erit, dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus

quale ſit ignis probabit, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe
autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, Ex qua authoritate pa-
tet facientem etiam opera cremabilia ſaluum fieri per ignem, non infer-
ni, quia ibi nulla eſt redemptio, ergo per ignem purgatiuum, ubi bea-
tus Ambroſius dicit, Apoſtolum locutum eſſe de purgatorio, idem teſta-
tur glo. interlinearis in uerbo, quia in igne reuelabitur, & ibi etiam gloſa
ordinaria, & Nico. de Lyra. & idem dicit diuus Hierony. libr. 2. contra
Iouinia. & diuus Gregorius de Purgatorio intelligit, & idē inquit ibi. S.
Tho. lectione. 2. in uerbis finalibus. Et ſi quis mihi obijciat. Auguſt. in
Enchiridion. cap. 67. qui & de igne præſentis ſeculi uerba illa poſſe intel
ligi ait, legat completius eundē Aug. q. 2. de octo Dulcitij quæſtionibus.
Et reperies Auguſtinum illa uerba Apoſtoli, ſicut ſunt manifeſtiſsima, ac
cipere quoque de purgatorio. Et idem diuus Auguſtinus in ſermoni-
bus de tempore, in die commemorationis animarum. ſermone. 4. intel-
ligit dictam authoritatem de igne purgatorij, & regiſtratur in cap. v-
55 num orarium. §. alias. eadem. xxv. diſtinct. Quam † authoritatem ad
noſtrum propoſitum ſic declaro, ſiquis ſuperædificauerit ſupra funda-
mentum hoc, aurum, argentum, lapides præcioſos, fundamentum eſt
Chriſtus, ut ibi dicit Paulus, aurum eſt fides quæ facit in nobis ſubſi-
ſtere res ſperandas, eo ꝙ ipſa eſt prima accedentibus ad Deum, argen-
tum eſt ſpes, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam,
& ut inquit Paulus ad Hæbreos. 6. per lapides præcioſos intelligimus o-
pera a charitate informata, cuius effectum late ſcribit Pau. i. ad Corin-
thio. 13. inquiens, ſi linguis hominum loquar & Angelorum charita-
tem autem non habeam factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalum tini-
ens, & infra, charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non emulatur,
non agit perperam &c. & ſubdit, nunc autem manent fides ſpes charitas,
hæc tria, maior autem horum eſt charitas, & de his tribus dicunt, Alber-
tus magnus. S. Bonauen. & S. Thom. in 4. diſtin. xxj. quòd hæc proprie
dicuntur directo ſitu firmari ſupra fundamentum ſcilicet Chriſtum, &
ſic ſolum bona opera ſupra fidem formatam, quæ fundamentum dicitur
ſuperædificantur. per ligna, fœnum, & ſtipulam, ſecundum methapho-
ram intelligitur diuerſitas pœnarum purgatorij, nam in una fit ignis de
lignis, in alia de fœno, in alia de ſtipula ſiue palea, & ignis de lignis plus
durat quàm de fœno, & ignis de fœno pluſquam de palea. Ita in Purga-
torio aliqui ſtant diu, aliqui non tantum, aliqui modicum, primi com-
parantur lignis, ſecundi fœno, tertij paleis, & in ſumma per hanc diuer-
ſitatem pœnarum ſignificatur diuerſitas peccatorum, quia quædam ſunt
grauiſsima peccata in genere venialium, & ſic de difficili purgabilia, &
hæc

hæc per lignum, quædam media quæ per fœnum, quædam vero minima, quæ per ſtipulam ſignificanrur, & ſecundum dictos doctores. Albertum Magnum, & S. Bonau. in expoſitione literali in 4. diſtin. xxj. cremabile quod præſtat pabulum & conſumitur ab igne eſt in triplici differentia, quoddam eſt quod durat diutius, quoddam quod citiſsime conſumitur, quoddam medio modo, Primo modo dicitur lignum, Secundo modo dicitur ſtipula, Tertio fœnum quod tenet medium inter utrumque, Et hæc venialia proprie non dicuntur ædificari ſupra fundamentum, ideſt Criſtum ſeu fidem, ſed dicuntur ædificari iuxta, & ſic ſupra capitur pro iuxta, ut patet in Pſal. cxxxvj. ſuper flumina Babilonis illbic ſedimus & flæuimus, ideſt iuxta, & dicitur vulgo ſic, Roma eſt ſ Tyberim, ideſt iuxta. Maiorica eſt ſupra mare, ideſt iuxta mare. & hoc modo uenialia ędificantur ſupra, ideſt iuxta, quia fundamentum non deſerunt, ſed ſimul cum fundamento ſunt, & non ſolum venialia peccata in Purgatorio purgantur, ut eſt dictum, ut in cap. qualis. xxv. diſtin. ſed ſiquis non peracta pœnitentia pro mortali peccato quod contritus confeſſus eſt moriatur, pro eo purgandus eſt igne purgationis, ex quo in aliud ſeculum diſtulit fructus purgationis, hic etiam ignis, & ſi æternus non ſit, miro tamen modo grauis eſt, excellit enim omnem pœnam, quam unquam aliquis paſſus ſit in hac uita, nunquam in carne tanta inuenta eſt pœna, licet mirabilia martires paſſi ſunt tormenta, & multi nequiter, quanta ſæpe ſuſtinuerint ſupplicia, ut inquit Auguſt. in lib. de pœnit. & ſcribitur in c. nullus expectet, de pœni. diſtin. 7. & in c. qui in aliud. 25. diſtinct. Secus uero eſt dicendum de illo qui criminalia peccata commiſſerit, & nō ſe ipſum digne emendauerit, & ſi habuerit ſpaciū longo tempore pœnitentiam non egerit, & largas elemoſinas non erogauerit, a peccatis ipſis non abſtinuerit, illo tranſitorio igne de quo Apoſtolus ait in hac authoritate purgari non poterit, ſed æterna illum flamma ſine ullo remedio cruciabit, ut eſt tex. in d. cap. unum. §. alias. xxv. diſtin. auditurus illam horribilem ſententiam. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & Angelis eius, Mathe. xxv. quia ut inquit Damaſce. lib. 2. c. 4. ſcire autem oportet, ꝙ hoc eſt in hominibus mors, quod in Angelis caſus, ſubijcitur in dicta authoritate, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit, hoc eſt, quia Deus illuminabit abſcondita tenebrarum. c. multi. 2. q. j. & Naum. 3. reuelabo pudenda tua, dies enim domini in quo ſecreta patent declarabit ſcilicet illud opus, quia in igne reuelabitur, ſcilicet qui abſcondit nunc peccata ſua & vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit, nam ſecundum Gregorium ſicut in eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, & ſic idem ignis purgat electos, & damnat reprobos, ſed

electis eſt temporalis, reprobis autem æternus, ut in d.c. nullus, ſi cuius opus manſerit, ſcilicet aurum, & argentum, & lapides præcioſi, hoc fides ſpes, & charitas, ſic bona opera quæ per peccatum non fuerint mortifica ta, ſed manſerint mercedem accipiet, quaſi dicat, ꝙ non tranſibit per ignem nec detrimentum patietur, cum nihil ſit cremabile, quia ut dicit
56 glo. nihil perdit, quia quod amauit inueniet. Fides † enim noſtra habet ꝙ animę defunctorum ſacro baptiſmo ſuſcepto ſi nihil purgabile habuę rint ante reſurectionem ſuorum corporum & iudicium generale, mox poſt mortem in cœlorum Regno & paradiſo cœleſti cum Chriſto in ſanctorum Angelorũ conſortio congregantur, & contrarium aſſerere eſt hęreticum, ut eſt deciſum in extrauaganti Benedicti. 12. & refertur in ſupplemento Gabrielis in 4. diſtin. 49. q. 2. uerſi. quantum ad articulum tertium, quod a Chriſto in ſuo ſacro Euangelio Lucæ. 16. nobis manifeſtatur dum inquit, factum eſt autem, ut moreretur mendicus & portaretur ab Angelis in ſinũ Abrahæ. Et dũ ſubdit Paulus in dicta authoritate, ſi cu ius opus arſerit. i. ſi aliquod cremabile erit quod purgandum eſt, detrimẽ tum patietur. ſ. pœnam damni in dilatione fruitionis diuinæ, & pœnam ſenſus, quia per ignem purgabitur, ipſe autem ſaluus erit, quia poſt per actam purgationem ſecũdum ordinationem diuinæ iuſticiæ ſaluabitur, hoc eſt in paradiſum cœleſtem portabitur, ut in d. extrauaganti eſt etiam deciſum. Abſit enim ꝙ hæc ultima uerba Apoſtoli, ſi cuius opus arſerit &c. Intelligantur de pœnis infernalibus, quia ibi nulla eſt redemptio, cũ etiam fides catholica habeat, ꝙ ſecundum cõem Dei ordinationem animæ decedentium in actuali mortali peccato mox poſt ſuam mortem ad inferna deſcendunt, ubi pœnis infernalibus cruciantur, ut in d. extrauag. eſt etiam deciſum, & per damnationem diuitis æpulonis patet. Lucæ. 16. intelliguntur ergo de igne purgatorij, vt ſcribit Auguſti. in allegato ſermone de igne purgatorij, & habetur in d.c. unum orarium. §. alias. 25. diſtin. & catholici doctores in id aſſentiunt, & de illius authoritatis expoſitione plura ſingularia ſcribit Beatus Vincentius valentinus in ſermone. 2. dominicæ. xv. poſt Trinitatem. Item ꝙ purgatorium ſit poſt hanc vitã comprobatur Mathei. v. ubi dominus inquit, eſto conſentiens aduerſario tuo cito dũ es in via cum eo, ne forte tradat te aduerſarius iudici & iudex tradat te miniſtro, & in carcerẽ mitaris, amen dico tibi non exies inde do nec redas vltimũ quadrantẽ, ubi per carcerem intelligitur locus purgatorij, ex quo homo non liberatur niſi plene ſatisfecerit, ſicut interpretatur
57 Beatus Ambr. in loco reſpondente ſuper Lucam. Itẽ † ſcribitur Mathei. 12. qui dixerit uerbum contra Spiritum Sanctum non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro, q̃ uerba diuus Gregorius ponderans inquit in c.

in c.qualis hinc quiſque.25.diſt.de quibuſdam culpis ante iudicium purgandis ignis credendus eſt, pro eo quod ueritas dicit qui dixerit uerbum contra Spiritum Sanctum &c. in qua ſententia efficaciter probari conſtat quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdam uero in futuro poſſe relaxari.Quod confirmatur ex his quæ.S.Bernardus ſuper cantica. ſermo. 66. incipiente.capite nobis uulpes.ſub his uerbis inquit,qui non credũt ignẽ purgatorium reſtare poſt mortem,ſed ſtatim animam ſolutam a corpore uel ad requiem tranſire uel ad damnationem, quærant ab eo qui dixit quoddam peccatum eſſe,quod neque in hoc ſeculo, neque in futuro remitteretur, cur hoc dixerit ſi nulla manet in futuro remiſsio purgatione peccati.Item habetur.2.Machabeorum.12.Iudas Machabeus facta collatione duodecim milia dragmas argenti miſit Hyeroſolimam offerri ꝓ peccatis mortuorum ſacrificium,bene,& religioſe de reſurrectione cogitans,niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret ſuperfluum uideretur,& uanum orare pro mortuis,& quia conſiderabat,ꝙ hij qui cũ pietate dormitionem acceperant optimam haberent repoſitam gratiã. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis ſoluantur, quæ authoritas probat purgationem peccatorum eſſe poſt hanc uitam,& pro his purgandis eſſe orandum, ut a peccatis ſoluantur, quod non competit exiſtentibus in inferno,quia ibi nulla eſt redemptio, nam in inferno quis confitebitur tibi.Pſal.v.& pro his non eſt orandum ſicut nec pro diabolo,ut inquit Auguſt.& idem alibi dicit, ut habetur in cap. tempus.13.q.2.non eſt negandum defunctorum animas pietate ſuorũ uiuentium releuari,cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, uel eleemoſinæ fiunt in Eccleſia, ſed eis proſunt, qui cum uiuerent, hæc ſibi, ut poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt, & poſt pauca ſubdit, cum ſacrificia altaris ſiue quarumcunque eleemoſinarum, pro baptizatis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non ualde malis propitiationes ſunt, pro ualde malis, & ſi nullæ ſunt adiutamenta mortuorum, tamen uiuorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, ut pœna ſit remiſsio, aut certe ut
58 tollerabilior ſit ipſa damnatio, ideſt purgatorij cruciatio.Et † per hæc ultima uerba Auguſtini de menſe Aprili Anno Domini M. D. xxij. In Ciuitate Cæſar Auguſtæ coram Adriano Papa ſexto. arguebam contra Ioannem Doria tenentem animas exiſtentes in purgatorio non eſſe certas de ſua ſalute propter acerbitatem & horribilitatem pœnæ, quam ibi ſentiebant, dicebam enim, quòd ſecundum Eccleſiæ uniuerſalis ſententiam ſuffragia quæ fiunt in Eccleſia a fidelibus proſunt animabus exiſtentibus in Purgatorio, uel quo ad

totalem

totalem liberationem a pœnis quas ibi patiuntur, vt 2. Machabeorum. 12. ibi, vt a peccatis ſoluantur, & in capitulo. animæ defunctorum. 13.q.2.vel quo ad abbreuiationem pœnæ ſenſus extenſiue & intenſiue, quod eſt probabilius, vt ſcribit Guilielmus de Robione in 4. diſt. 45.q.3.& rationale videtur & pium credere, ꝙ in Purgatorio exiſtentes ſtatim ſentiāt aliquod beneficium, & remedium propter orationum ſuffragia, & alia bona pro eis facta a uiatoribus in hoc mundo, quod probatur per dictum Auguſtini ſupra allegatum, ibi, ut tollerabilior ſit earum damnatio, nam tollerabilius dicitur onus quando aliquid de eo diminuitur, vt patet ad ſenſum, quia ergo ſentiunt iuuamen, bene ſequitur quòd ſunt certæ de ſua ſalute; quia in inferno nulla talis eſt danda alleuiatio ē̄t pro veniali peccato adiuncto peccato mortali, pro vt tenent. S. Tho. Petrus de Palu. Durandus in 4.di.21. quos ſequitur Card. de Turre Cremata in c.qualis.art.5.25.diſt.quia in inferno nulla eſt redemptio. Scotus tamen aduerſatur, vt refert Gabriel in 4.di.16.q. 5. Addebam ad prædicta conceſſionem indulgentiarum temporalium quā Eccleſia facit, quę pro ſunt ad remisſionē partis pœnarum, vel. 40. dierum, vel anni, prout conceſſio ſonat, vt in c.cum ex eo.& in c.noſtro.de pœni. & remisſio.& dicit Dyoni.c.7.de cœleſti.Hiera.in diuinis ſacerdos orans pro mortuis ꝓ illis orat qui ſancte uixerunt & tamen aliquas maculas habuerunt ex infirmitate humana contractas, & tales in purgatorio detinentur, & plura ſcribit de his Grego. in 4. dialogorum & plura ſcribuntur per Abbatē in cap.cum Martæ.colum. pe. de celebra. miſſa.& alij ante eum, & ſic concludebam per multa, animas exiſtentes in purgatorio certas eſſe de ſua ſalute, cum quotidie fiant in Eccleſia ſuffragia pro eis, per quæ aliquam alleuiationem pœnarum quotidie ſentiunt. Præſertim hæc vera ſunt, qa multi Doctores ſentiunt ꝙ Angeli boni deducunt animas ipſas ad locū pœnarum, ſcilicet purgatorij, ut in d.c.qualis.art.4. Sed quia hunc articulum de certitudine ſalutis animarum in purgatorio exiſtentiū late diſcutit D.Card.de Vio in quæſtionibus ſuis.q.15.incipien. utrū animæ om
59 nes.ideo cum eo trāſeo. Et illi libri Machabeorum licet apud hæbreos non habeantur in canone, vt dicit Hiero.in prologo galeato, tamen ab Eccleſia inter diuinorum uoluminum annotantur hyſtorias, ut idem teſtatur in ſecundo prologo ſuper libris Machabeorum.& Raba.ibi in ſuo primo prologo.& in c.ſancta Romana Eccleſia.15.diſt.permittitur legi in Eccleſia liber Machabeorū. firmat Auguſtinus in 18. de ciuitate Dei. capit.36.inquiens, ſed & in alijs inuenitur in quibus ſunt & Machabeorum libri, quos nō Iudæi, ſed Eccleſia pro canonicis habet, propter quorundam martirum paſſiones uehementes atque mirabiles qui antequàm

Chriſtus

Chriſtus ueniſſet in carnem,uſque ad mortem pro Dei lege certauerũt, & mala grauiſsima atque horribilia pertulerunt.& Augu.in lib.de cura pro mortuis agenda.citat ad hoc illum locum,inquiens, poterat iuquiſitioni meæ ſufficere mea breuis iſta reſponſio,ſed quia alia mouent quibus reſpondendum exiſtimo, parumper attende,in Machabeorum libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificium.Rurſus quoque in ſermo.14. ad hæremitas.defunctis (inquit) cum omni Indulgẽtia miſereri & ſubuenire ſtudeamus,attendentes & quid Iudas Machabeus fecerit,dixit enim quòd ſancta & ſalubris cogitatio eſt pro defunctis exorare ut a peccatis
60 ſoluantur.Ex†quibus certum eſt purgatorium eſſe poſt hanc uitã, quod fuit comprobatum authoritate ſacræ ſcripturæ, ſanctorum doctorum, & determinatione Eccleſiæ,& eſt hæreſis damnata ſentire contrariũ,quã græci in dicto Florentino concilio abiurauerunt,& eam luterani iam ſopitam excitant, ut inde ſacrificium ſanctisſimi ſacramenti Euchariſtiæ, & opera charitatis tollantur ab Eccleſia, memoriaque animarũ pereat, & ſuffragia,& præces uniuerſalis Eccleſiæ ſopiantur. Et horum hæreticorum Agareni crucis Chriſtianæ hoſtes ſunt iudices, nam & hij purgatorium ponũt, dicit enim Machometus in alchorano ſuo in ſuo decimo articulo,crede ꝙ homines tranſibunt per purgatorium, & dicunt quòd animæ defunctorum ſolum in duobus iuuantur, oratione & elemoſina, Sed Beatus Gregorius dicit quatuor modis ſolui animas defunctorũ, ſcilicet,oblationibus ſacerdotum,orationibus ſanctorum,carorum elemoſinis,aut ieiunio cognatorum,ut in c.animę defunctorum.13.q.2.& plura circa hũc articulum de purgatorio ſcribũtur in lib. de cathalogo hæ-
61 reticorum.Et†in loco purgatorij(ut Thomas de Argenti.lib.4.diſt.45. ſcribit)eſt ſimul ſenſus pœna & damni, utraque tamen temporalis & ad hunc locum deſcendunt animæ illorum qui in peccato ueniali ab hac uita decedunt,uel qui de ſuis peccatis mortalibus uere contriti fuerint,non tamen ſatisfecerunt.Et dicit Ricardus de Media uilla in 4.diſt.21.art.1. q.3.ꝙ animæ defunctorum de lege communi purgãtur in loco ad hoc deputato,licet ex aliquibus cauſis ſpecialibus aliquæ alibi purgentur, ut uiuentibus aliquid nuncient,uel ut ſuffragia pro ſe impetrent,& ut patiẽdo ubi peccauerunt Dei iuſtitiã aliquibus ſenſibilibus manifeſtent,Vgo tamen de ſancto uictore libr.2 de ſacramentis parte.xv.capitulo.7. huic opinioni refragatur negans aliquem locum eſſe determinatum purgationi animarum, ſed eſſe probabilius affirmans, ut in his potisſimum locis ſingulæ pœnas ſuſtinere credantur in quibus culpam commiſerint,ſicut multis ſæpe documentis dicit eſſe probatum.Sed ſententia contraria cõmunior uidetur,& de Paſchaſio Card.ſcribit Gregor.in 4. dialogorum.

qui

qui in termis.i.balneis Romæ pœnas purgatorij patiebatur,& plura alia traduntur de Purgatorio per Petrum de Palude.in 4.diſt.21.q.1.art.1.& S.Bona.in eo.lib.diſt.20.art.j.q.2.& in confutatorio aſſertionis luthera
62 næ,ubi poterũt uideri.Et † quis ſuperius dixerim latinos aſſeruiſſe purgatorium eſſe poſt hanc uitam,in quo animæ decedentes in gratia pro peccatis tum uenialibus, cum mortalibus, quorum pœnitentiam ſufficientẽ non egerint in hac uita mortali, torquentur, græcos uero negantes eſſe purgatorij locum, ſed ſolum duos animarum ſtatus ponentes infernum ſcilicet & Paradiſum,nihilominus tamen hanc materiã lõge perſpicatius examinans,inuenio græcos non negaſſe purgatorium ſimpliciter, quinimmo ipſum eſſe confitentur,data ſolum in hoc differentia inter ipſos & latinos, quia latini aſſerunt in purgatorio eſſe ignem quo animæ torquẽtur,græci uero negant ignem purgatorij, ſed locum tantum opacum obſcurum,& tenebroſum ſine igne eſſe contendunt, prout latius ſcriptũ reperio in lib.2.conciliorum generalium fo.756.c. incipiente.nos ignem patres ampliſsimi &c. in quo ponitur diſputatio habita inter latinos ex una & græcos ex altera parte ubi poteris uidere,quia ſuper hoc errore & aliis generale concilium fuit congregatum,& per illud deciſum & determinatum,& hæc de hac quæſtione ſufficere uidentur,& hoc ultimum eſſe uidetur contra ea quæ ſcribit Archiepiſcopus Floren.in loco ſupra al
63 legato. Verum † quia ſupra tractatum fuit de blaſſemantibus Deum & glorioſam uirginem Mariam Deique genitricem, & poſſet dubitari an ad Inquiſitores hęreticæ prauitatis ſpectet punitio huius criminis,ad tollendum hanc hæſitationem ultra prædicta,dico ꝙ ad inquiſitores ſpectat procedere contra illos blaſfemos de quibus dictum eſt, & hoc tenuit Mathæus de afflictis in conſtitutione Regni Siciliæ. incipien. inconſutilem. de hæreti.col.12.licet non conſideret ea quæ dixi diſtinguẽdo inter blaſfemiam hæreticalem & non hæreticalem, poſſet tamen ex eius mente argui dum allegat.c.qui in Eccleſia.24.q.3.quod loquitur in eis qui hæreſim ſentiebant. Et quàmuis ibi ſubijciat dicens ſe prædicta intelligere ſi ſint moniti,ꝙ tunc ut hæretici iudicantur, per d.c. quoniam in Eccleſia. non tamen ex hoc negat ad inquiſitores ſpectare illorum punitionẽ, ſed dicit illos non cenſendos hæreticos niſi prius ſint moniti, quia ſi moniti contumaciter perſeuerant, ut hæretici ſunt cenſendi, & ideo dicit Card. de Turre Crema.per illum tex.ꝙ duo requirunt̃,ut quis ſit hæreticus cenſendus.Primum ut ſapiat errorem contra fidem.Secundum, ꝙ obſtinate defendat errorem emendare nolens, quo caſu ut hæretici pertinaces iudici ſeculari traduntur puniendi.iuxta tex.in c.ad abolendam.§.præſertim.de hæreti.ſi uero uellent ſe emendare non ſunt per hoc tales liberan

di uti

di uti immunes a culpa,& pœna, ſed puniendi, ſi contraxerunt hæreſim reducuntur ad græmium. S. Eccleſiæ cum abiuratione & abſolutione a ſententia excommunicationis,ut in c.ut officium.§.j.de hæreti.lib.6. & damnantur ad carceres perpetuos.iuxta not.in c.penulti.§.fi.de hæret. ſi uero non hæretici fuerint ſed ſuſpecti, tunc arbitrio iudicantis puniuntur,c.Accuſatus.de hær.lib.6.iuncto.c.literas.de præſumptio.ſufficit ergo ꝙ blasfemia habeat in ſe hæreſim explicitam uel implicitam, ut de illa inquiſitores cognoſcant,ut probatur in d.c.Accuſatus.§.ſane.Lapus,& Card.in cle.j.§.ſane.de uſuris, & Gundiſſaluus de Villa Diego in tracta. de hæret.q.j.ubi tractat quando ex ioco uel cū ira aut ſerioſe proferūtur heæ blasfemiæ,And.de Iſernia in § gazaros,in titu.de ſtatu.contra liber. Eccle.& Epiſcopus Squilacen.in tract.de fide catho.c.16. cōcludit ad Inquiſitores ſpectare huius criminis punitionem quando blasfemia continet in ſe hæreſim, antiquitus vero in lege veteri lapidabantur blasfemi, ut Leui.24.procedere enim poſſunt inquiſitores non ſolū contra hæreticos,ſed ēt contra ſuſpectos,vt in d.c.vt officiū.in prin.de hære.lib.6.Ad hanc rurſus materiā blasfemorū plura ſcribit Matthæ. de afflict.in conſtitutione dicti Regni,incip.Blasfemantibus,de blasfema.Deum,circa q̄ aliqua occurrunt mihi dicenda quæ reſeruo in d.c.Accuſatus.in princip. blasfemo blasfemas, pen.producta græcū verbū eſt & ſignificat execro, maledico.& uerbis calumnior.ac dignitati,honoriq; alterius derogo. inde blasfemia maledicentia eſt, ut dicit Calepinus in ſuo dictionario in uerbo blasfemo,& dicitur apud catholiconē, ꝙ proprie & ſtricte loquēdo blasfemare eſt Deo iniuriam irrogare,& ad prædicta faciunt quæ dicam infra.q.36.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores an procedant contra habentes plures uxores eodem tempore, primo arguit quòd non.*
2 *Negotium fidei quod eſt multum priuilegiatum per accuſationes alias impediri non debet.*
3 *Lex extenditur ob rationem generalem.*
4 *Non omnes articuli ſunt comprehenſi in iure, ideo procedendum eſt de ſimilibus ad ſimilia.*
5 *Fauores debent extendi & odia reſtringi.*
6 *Ruſtici & idiotæ excuſantur ab hæreſi.*
7 *Laycis ſufficit implicite credere quæ ſunt fidei.*
8 *Binas nuptias contrahentem Epiſcopus poteſt punire dehoneſtando illā.*

Contrahentes

9 *Contrahentes binas nuptias eodem tempore uidetur quòd iudex laycus puniat.*

10 *Binas nuptias contrahendo non conſideratur an ualeat ſecundum matrimonium.*

11 *Matrimonio non ualente ob impedimentum canonicum ſecundo contrahens non incurrit pœnam binarum nuptiarum.*

12 *Iudicem ſecularem poſſe punire binas nuptias contrahentes argumentatur.*

13 *Inquiſitores non uidentur poſſe cognoſcere de contrahentibus binas nuptias eodem tempore, & ibi quis deliquit plus, qui contraxit clam, aut palam.*

14 *Inquiſitores poſſunt punire contrahentes binas nuptias.*

15 *Vxores habere plures eodem tempore eſt contra legem naturalem, ſecus ſi ſucceßiue.*

16 *Lex naturalis quæ ſit quæ impedit unum habere plures uxores.*

17 *Matrimonij fines quales ſint.*

18 *Pax non poteſt eſſe facile ubi uni uiro plures uxores iunguntur.*

19 *Pluralitas uxorum an ſit contra perfectionem matrimonij, prout eſt in remedium.*

20 *Pacis perturbatio inter plures uxores prouenit ex lege naturali, non per accidens, contra Durandum.*

21 *Authoritas Geneſis.2.c. faciamus adiutorium ſimile ſibi, quomodo intelligatur.*

22 *Philoſophi antiqui in multis errauerunt contra legem naturalem.*

23 *Sodomiæ peccatum quam graue ſit pluribus authoritatibus & rationibus oſtenditur.*

24 *Iure naturali primæuo bigamia eſt prohibita, contra omnes.*

25 *Bigamia fuit diſpenſata a Deo tam in lege naturæ quàm in l. ſcripturæ.*

26 *Reuelatio de qua in c. gaudemus. de diuortiis, quòd antiqui poſſent bigamiam contrahere, quomodo intelligatur.*

27 *Conſenſus primæ uxoris requirebatur, ad hoc ut poſſet habere plures uxores.*

28 *Cauſæ diſpenſationis quæ ſint ut antiqui patres poſſent plures uxores ducere.*

29 *Bigamia ex cauſa poſſet concedi ſecundum Scotum.*

30 *Bigamia uſque ad quod tempus fuit permiſſa.*

31 *Auguſtini authoritas contradicit. c. gaudemus, nec inuenitur ſolutio.*

32 *Papa non poteſt diſpenſare, ut quis habeat duas uxores.*

33 *Conſenſus primæ uxoris non requirebatur quando aliquis uolebat ducere alias uxores, ſecundum aliquos, & reſpondet contrariis.*

34 *Bigamia prohibita eſt utroque iure.*
35 *Papa non poteſt diſpenſare, ut quis habeat duas uxores ex quacunque cauſa.*
36 *Papa non poteſt diſſoluere matrimonium conſumatum.*
37 *Papa diſpenſare poteſt circa matrimonium non conſumatum.*
38 *Sicut Papa ex eo quòd Papa non poteſt miracula facere quod eſt ſupra naturam, ſic non poteſt pluralitatem uxorum permittere, & in ea diſpenſare.*
39 *Papa poteſt diſpenſare circa uotum continentiæ ſolenne, & quòd matrimonium duret ad tempus.*
40 *Papa quare diſpenſat circa uotum ſolemne non autem circa matrimoniũ.*
41 *Papa ex cauſa poteſt diſpenſare quòd exiſtens in ſacris poßit matrimonium contrahere.*
42 *Papa poteſt diſpenſare cum religioſo ut contrahat matrimonium.*
43 *Intellectus ad.c.ad monaſterium.de ſta.regu.*
44 *Verbum, poteſt, non ſemper præcedente negatiua priuat potentiam.*
45 *Voti ſolennitas eſt de iure poſitiuo.*
46 *Voti ſolennis diſpenſatio poteſt fieri propter maius bonum.*
47 *Papa quòd poßit ex cauſa contra ius diuinum diſpenſare quomodo intelligitur.*
48 *Concubinatus nunquam fuit licitus etiam antiquis patribus, & illæ mulieres quas concubinas uocabant, erant uxores legitimæ.*
49 *Vxores plures habentes eodem tempore poſſunt ab inquiſitore puniri.*
50 Sentire male de ſacramentis Eccleſiæ quis dicatur.
51 *Tacitum & expreſſum habent in ſe differentiam.*
52 *Sentiens male de ſacramentis Eccleſiæ, ut incurrat hæreſim, quid debeat dicere.*
53 *Verbum hæreticale non facit quem hæreticum ſi non adſit pertinacia.*
54 *Vxores plures ducens eodem tempore non eſt hæreticus, niſi defendat, idem in religioſo.*
55 *Vxores plures ducere eodem tempore an ſit factum hæreticale.*
56 *Vxores plures habere eodem tempore eſt ritus agarenorum.*
57 *Secta iudæorum an ſit peior quàm ſecta agarenorum.*
58 *Hæreticum non minus eſt tranſitus ſeu redditus ad ſectam agarenorum quàm tranſitus ad ſectam iudæorum.*
59 *Capi. contra Chriſtianos. de hære. lib. 6. habet locum in tranſeuntes uel redeuntes ad ritus paganorum, ſicut iudæorum.*
60 *Vxores plures habens, ſi non conſtat de eius mente, ſuſpectus eſt de hæreſi.*

Suſpectus

61 *Suſpectus eſt de hæreſi qui recedit a communi uita fidelium, & abiurat, & inquiſitor procedit contra hos ſuſpectos.*
62 *Inquiſitor & Epiſcopus debent ſeruare cle. multorum.*
63 *Epiſcopi non habentes carceres ordinarios prout diſponit. §. ſane. cle. multorum. an poßint procedere contra hæreticos.*
64 *Inquiſitores poßunt procedere contra habentes plures uxores.*
65 *Contrahere binas nuptias non ſolũ ſapit hæreſim, ſed eſt factũ hæreticale.*
66 *Matrimonij contractus cum pluribus adminus ſapit hæreſim manifeſtam.*
67 *Quæ dicantur ſapere hæreſim manifeſtam.*
68 *Angelus de Clauaſio reprehenditur ſuper intellectu. §. ſane c. Accuſatus. de hære. lib. 6.*
69 *Intentio accuſati ualde inquirenda eſt qua de cauſa contraxerit ſecundas nuptias.*
70 *Inno. dictum excuſantis idiotas ab hæreſi quomodo intelligatur.*
71 *Ignorare non licet etiam minoribus iura naturalia, nec ſacramenta.*
72 *Ignorantia iuris dubij æquiparatur ignorantiæ facti alieni.*
73 *Crimen hæreſis cum ſit ecclesiaſticum ad inquiſitores pertinet punitio.*
74 *Crimina aliqua mixti fori eſſent niſi qualitas aliqua impediret.*
75 *Papa & Iudices Eccleſiaſtici procedere poſſunt contra peccantes contra naturam, etiam ſi ſint infideles.*
76 *Crimen contrahentis binas nuptias eſt mixti fori. ſ. ſecularis & eccleſiaſtici, ſi tamen non eſt ſuſpectus de hæreſi.*
77 *Palam uel clam quando dicatur aliquid fieri.*
78 *Clam quando dicatur aliquid fieri.*
79 *Palam uel clam peccare quid ſit egrauius.*
80 *Dolus & error quomodo diffiniantur & differunt inter ſe, & quid de fraude.*
81 *Nuptias contrahens cum pluribus uiuentibus palam an uideatur errare.*
82 *Iacobi Butriga. conſequentia ſuſtentari poteſt ex duplici præſumptione.*
83 *Delinquere in dubio quis non præſumitur.*
84 *Error in eo qui contrahit binas nuptias ſimul poteſt dupliciter conſiderari, facti. ſ. & iuris.*
85 *Error facti alicuius uel proprij an totaliter excuſet.*
86 *Comparatiuum & ſuperlatiuum aliquando retinent propriam naturam, aliquando non.*
87 *Errans etiam in facto non excuſatur a pœna omnino.*
88 *Conditio perſonæ cum qua contrahimus eſt inueſtiganda.*
89 *Scientia diſtinguitur inter gradus iure naturali prohibitos & poſitiuo ad oſtenſionem erroris.*

Vxores

90 *Vxores plures tenens eodem tempore punitur ab* Inquiſitore *ut ſuſpectus de fide.*

91 *Palam delinquens grauius punitur quam clam.*

VIGESIMA TERTIA QVAESTIO.

1 Vigeſimo Tertio † Quæro, An Inquiſitores hæreticæ prauitatis authoritate apoſtolica deputati poſsint procedere contra illos qui binas vel plures nuptias cum mulieribus ſimul viuentibus contraxerunt. & idem de mulieribus quæ duos vel plures uiros ſuperſtites habent, & prima facie uidetur dicendum ꝙ Inquiſitores id non poſsint, nam cum huiuſmodi contractus plurimum nuptiarum non ſapiat hæreſim manifeſte, quod patet quia exempla quæ ponunt Doctores de actibus ſapientibus hæreſim manifeſte non conueniunt huic contractui, puta quia in eo non emittuntur nephariæ præces circa aras idolorum, nec dæmones conſuluntur eorum reſponſa ſuſcipiendo, nec aſſociantur hæretici ad ſortes exercendas, nec aliquod nepharium committitur cum corpore uel ſanguine Chriſti, nec pueri rebaptizantur, nec ſimilia perpetrantur, vt dicit glo. in ca. Accuſatus. §. ſane, de hæreti. lib. 6. & ibi Docto. ſequntur, & Domi. de ſancto Geminiano pulchre hæc exponit in conſi. 54. quidam ſacerdos, merito videtur dicēdum, ꝙ de his inquiſitores non ſe debant intromittere, nec punire hos contrahentes, ſed eos debent relinquere ſuis iudicibus puniendos, Ne
2 † negotium fidei quod eſt multum priuilegiatum per occupationes alias impediatur, neque per eas offendiculum negocio fidei præparetur, ut eſt tex. in dictis. §. ſane, & §. de quæſtionibus, eo. cap. Accuſatus. Et licet dicti. §§. loquantur de ſortilegijs, diuinationibus, & quæſtionibus uſurarum, & non de contrahentibus plures nuptias ſimul uiuentium uxorum, tamen ratio illa ſiue cauſa quæ ibi ponitur, ne per alias occupationes negocium fidei impediatur, videtur militare in propoſito, quia dum Inquiſitores occupantur inquirendo contra huiuſmodi contrahentes diſtrahuntur a proſequtione negocij contra hæreticos, inde dicitur, pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, ut dicit gloſſ. in d. §. de quæſtionibus, Bald. in l. j. C. de ſenten. ex peri. recita. glo. in cap. di-
3 uerſis fallacijs, de cleri. coniug. Facit † quia ubicunque ratio ſcripta in l. militat in alio caſu quàm in ſcripto, diſpoſitio legis ad caſum nō ſcripptum extenditur. tex. cū glo. in l. illud. ff. ad leg. aquil. & tacite cautū habetur pro expreſſo ubi eadem eſt rō, vt dicit Bald. in l. his ſolis. per illū tex., C. de reuo. do. & ubi eſt eadē utilitas, idē. ius eſt. l. j. §. hoc edictū, ubi Bar.

not.ff.quod met.cau.& dicebat Oldra.in d.l.illud, ut ibi referunt Bal. & Flo. ꝙ caſus quos continet paritas æquitatis, & idemptitas rationis non ſunt quo ad iuris diſpoſitionem ſeparandi, inde dicebat Barto. in l. metum.§.animaduertendum. ff. quod met. cau. quòdquando ratio ponitur indeterminate comprehendit omnem determinationem, quæ ad eam poteſt adaptari, nam uerba legis ſunt corpus & ſuperficies legis, ratio uero ſeu mens eſt ipſa anima legis, ſicut ergo anima potius debet attendi, quia præſtantior & præcioſior corpore.l.fina. C.de ſacroſan. Eccle. cap.Mathæus, de ſimo. cap.cum infirmitas,de pœniten. & remiſsio. ſic potius ratio & mens ſunt attendendæ & ſeruandæ. l.ſcire leges. ff.de legi. cap. fina.de reg. iuris libr. 6. cap.Marcion.j. quæſt.7. ut late ſcribit. Socyn.in conſi. xxxj. circa prædictam conſultationem. colum.2.libr. 1. unde illa ratione impedimenti attenta quæ in dictis.§§. ſcribitur,dicendum uidetur, quòd inquiſitores non poſſunt ſe intromittere de dicto
4 contractu plurium nuptiarum. Et † ſic quamuis in dictis.§§.non fiat mētio niſi de diuinationibus, ſortilegijs, & quæſtionibus uſurarum, & ex quo non conueniunt uerba non debeat conuenire iuris diſpoſitio. ut. l. 4.§.totiens.ff.de damno infecto. cap.indemnitatibus, de electio. libr. 6.cum alijs,ut ſcribit Decius in cap. nullus, de electio. Tamen ex dicta indemptitate rationis uidetur facienda illa extenſio, ut eſt dictum, cum non omnes articuli ſint comprehenſi in iure. Sed procedendum ſit de ſimilibus ad ſimilia. l. non poſſunt. ff. de legibus.late traditur a Modernioribus in l.inter ſtipulantem. §.ſacram. ff. de verbor. obliga. Ab-
5 bas in cap. quemadmodum de iureiuran. Accedit † quia cum dict. §. ſanè, faueat iuriſdictioni ordinariæ, uidetur extendendus ad alios caſus non ſapientes hæreſim manifeſte. facit cap. P. & G. de offici. delega. & plura quæ traduntur in l. quidam. ff de lib.& poſthu.quia fauores debent extendi, & odia reſtringi, ut ibi.cap.odia. de regu.iur. libr.
6 vj. Secundò † facit, quia plerumque. Immo à communiter accidentibus huiuſmodi contractus ſolent fieri a ruſticis, & ab hominibus idiotis, & fere beſtialibus, qui credunt hoc ipſis licitum eſſe, & Eccleſiam ſic tenere, & hij propter eorum ruſticitatem excuſantur ab hæreſi, ut dicit Innocen. in cap.firmiter, de ſum. Trini. quoniam ut referunt Bald. & Moderni. in Rubric. C. eod. titu. tales non ſunt dicendi, nec cenſendi hæretici, ex quo animo pertinaci ſuum errorem non defenderent, ſed Eccleſiæ ſe ſummitterent. cap. dicit. Apoſtolus. in verbo, pertinaci. 24. quæſt. 4.gloſſ.in cap.hæc eſt fides. in uerbo emendari. 24. quæſt. prima. l. 2. in uerbo leui argumento. C. de hæreti. & inquit Bal. in d. rubri. quòd hoc maxime facit ad defendendum ruſticos

& idiotas perſonas, quæ ſæpe impetuntur de hæreſi ab inquiſitoribus, & refert Alberi. de Roſate in 4. parte ſtatutorum. quæſt. xxxij. incip. Item quærit ipſe Gandinus. ſe ita obſeruaſſe in curia Romana dum deſenderet quoſdam Mediolanenſes de hæreſi, ſequitur Bartho. Cepolla in cautela. clv. incipien. bonum & utile, & illud dictum Innocen. ſequuntur Bald. Anto. de Butrio, Cardi. Abbas & alij in rubri. de ſumma Trinita. Felyn. in cap. j. de hæreti. Ioan. de Ana. in cap. firmiſsime. cod. titu. Cardin. in clemen. 1. §. fin. quæſt. 2. in fi. de uſuris. idem in clement. 1. §. porro. de ſumma Trinita. & idem in effectu dicit ſanctus Thom. in 4. quem refert Palatius rube. in allegatione ſua in cau-
7 ſa hæreſis. colum. v. Pro † quibus facit, quia ſufficit laicis implicite credere quod credit. S. mater Eccleſia. gloſſa. in ca. cum Chriſtus. de hæreti. Abbas in cap 1. eod. titu. vnde quamuis iſte contrahens has nuptias dicat ſibi fuiſſe licitum ſic contrahere, ex quo non ad iungit pertinatiã, ſed credit quod Eccleſia credit, non eſt reputandus hæreticus, & ſic uidetur, quod ad Inquiſitores non ſpectat cognitio huius criminis, quinimmo dicebat Saly. in l. cum qui duas. C. de adulter. quòd mulier ſciens factum, & ignorans ius credens ſibi licere cum habente uxorem contrahere, excuſatur, ut ibi dicit gloſ. & in l. Auunculo. ff. de conditio.
8 ſine cauſa. Tertio † accedat, quod dicit Abbas in cap. cum haberet, de eo qui duxit eam quam poll. per adulter. quòd Eccleſiaſticus iudex poteſt punire contrahentem binas nuptias, ſi eſt uir abſciſis pannis ante & retro, & ſi eſt mulier crinibus inciſis ad maiorem infamiam. iuxta gloſſ. in cap. Benedicta. xxxij. quæſt. 1. & hoc modo poſſunt dehoneſtari, unde in quibuſdam locis mittantur, uel ſcalantur, aut alia ignominia eis irrogatur, ſicut Eccleſia conſueuit diuinatoribus ignominiã irrogare publicam. in ca. Epiſcopi. xxvj. quæſt. j. ut ſcribit Ludo. Roma. in ſuo ſingulari. Dxxxj. tu ſcis quæ pœna. pœnam autem diuinatorum tradit Ludo. Roma. in ſingu. Dclx. Tu ſcis quòd iſti diuinatores. Vnde cum Abbas loquatur de iudice Eccleſiaſtico intelligendus eſt iudex ordinarius, non delegatus. cap. ſi iudex laicus, de ſenten. excom. & ſic inquiſitores non comprehendit, cum ipſi delegati ſint. cap. ne aliqui, de hæreti. libr. 6. & uerba debent intelligi in potiori ſignificatu. l. 1. qui in perpetuum. ff. ſi ager. uecti. uel emphi. pet. & dicens de uno de alio negat. l. prætor. ff. de iudi. cap. nonne. de præſump. Quar-
9 to † facit, quòd punitio dictorum contrahentium ad iudicem ſecularem ſpectare uidetur non ad iudices Eccleſiaſticos, per textum. in l. cum qui duas. C. de adulter. ubi dicitur tales contrahentes teneri pœna infamiæ & ſtupri, quæ eſt in uiris honeſtæ uitæ pœna dimidiæ partis bono-

rum, humiliores cohercitione corporis & relegatione. §. item lex Iulia.
10 inſtitutio. de public. iudi. Nec † ad hoc uenit in conſideratione an ualeat ſecundum matrimonium uel non ualeat, quia certum eſt non ualere ſtante primo, ut in d. cap. cum haberet, & ita non conſideratur iuris effectus, ſed animi deſtinatio cum facto extrinſecus ſequto, ut dicitur in d. l. eum qui. ut non obſtet. l. cogitationis. ff. de pœnis, non enim punitur pœna mortis ſic contrahens, nam uxoratus accedens ad ſolutam non committit adulterium, ut dicit glo. in d. l. eum qui duas, ſed ſtuprum, cuius pœna non eſt capitis, ut ibi dicit dicta gloſſ. & ibi Saly. quem ſequitur Ange. de Areti. in tract. maleficiorum in uerbo che me hai adulterato. colum. 7. uerſ. & aduertas, idem dicit Saly. in l. 2. C. de inceſt. nupt. quamuis Ludo. Roma. in dicto ſingu. Dxxxj. dicat pœnam capitis ſtatutam. per. d. l. eum qui, quod ibi nullatenus probatur. De iure uero canonico non reperitur pœna ſancita in muliere patiente ſtuprum, ſecus in uiro ſi uirginem cognouerit, ut in cap. j. de adulter. ſcribit Saly. in d. l. eum qui duas, quę habet locum ſiue eſſent ſponſæ, ut. l. j. ff. de infami. ſiue una eſſet uxor altera uero ſponſa, ut in d. l. eum qui, dummodo
11 ſecuta fuerit copula carnalis cum utraque. Si † uero primum matrimonium fuerit illicitum, quia conſanguinea uel affinis in gradibus prohibitis, ſecundum uero licitum, non punitur ut contrahens binas nuptias, ut ſuper utroque concludit Bal. in conſi. 118. uerba matrimonij. li. j.
12 Et † adeo uidetur pertinere ad iudicem ſecularem huius punitio criminis, quòd ſi incideret quæſtio de matrimonio, & alias, ut quæſtio ſpiritualis ſpectaret ad iudicem Eccleſiaſticum. cap. tuam, de ordi. cogni. ca. lator. qui filij ſint legiti. nihilominus iudex ſecularis poſſet recipere & inducere probationes ſuper matrimonio, ut tenet. Bal. in l. quotiens. C. de indicijs. Petrus de Ancha. in clem. diſpendioſam. de iudicijs. quia illa capitula loquntur quando ageretur ciuiliter, ſecus ſi criminaliter, quia ſicut in criminali punitio ſpectat ad ſecularem, ita & cognitio. cap. 3. de rapto. ut refert Ange. de Areti. in d. tracta. in dicto uerbo. uerſicu. quid in caſu, inde dicebat. Pau. de Caſtro. in l. Titia. ff. ſolut. matrim. quòd ubi pœna ſanguinis ingeritur, cauſa matrimonialis uentilatur corã layco, & ſic concludẽdum uidetur punitiones binas nuptias contra
13 hentis ad iudicem ſecularem ſpectare. Habes, † vltimo, quod non uidetur iſte caſus aliquo modo ſpectare ad Inquiſitores, cum contrahens non uideatur de fide male ſentire, aut enim iſte contrahit clam, aut palam, ſi clam, præſumitur in dolo, non autem in errore, & ſic nõ præſumitur hæreticus, quia hæreticus non eſt ſine errore, quia hæreſis eſt dogma falſum, vt in cap. hæreſis. 24. quæſt. 3. vt concludit Iacob. Butr.

& alii

& alij poſt eũ in l.nemo.C.de ſumma Trin. ſi palã. tunc excluditur delictum non aũt includitur, vt dicit Bal.in d.l.nemo.vbi ſubdit hunc non eſſe hæreticũ,ſi aliud non eſt in cauſa,hoc eſt niſi velit errorẽ ſuũ defendere pertinaciter,allegãdo, ꝙ ſibi fuit licitũ quod fecit, omnis aũt paratus corrigi non eſt hæreticus.c.dãnamus.in fi.de ſumma Trin.Arch.in c.quicunq;.de hære.lib.6.c.hæc eſt fides.24.q.j.facit, quia qui palã facit actũ ſibi prohibitũ non videtur eſſe in dolo,ſed in bona fide.l. cum ipſe. C.de contrah. empt.& eſt tex.notabilis in l.fi. ff. de ritu nupt. vbi contrahens palã cum conſanguinea mitiori pœna punitur quã qui clam,ſi ergo qui clam contrahit non videtur male ſentire de fide,vt eſt dictũ,& qui magis punitur,ut in proxima.l.fi.multo minus qui palã,qui minus deliquit, & ualet argumentũ a maiori ad minus negatiue.l.relegatorũ.§.poteſt.ff.de interdictis & relega.l.qui indignus.ff.de ſena.Decius ſcribit in l.non debet cum.ff.de regu.iur. Alberi.de Roſate in l.j.C.de nego.geſtis. Bal. in l.conuenticulam.C.de Epiſ.& cleri.

14 HIS † TAMEN NON obſtantibus,ſuffragio diuino repetito,contrariũ eſt uerius, ꝙ punitio hẽtis binas nuptias uel plures uxorũ ſimul uiuentiũ ad inquiſitores ſpectat,ſicut cæteræ cauſæ hæreticales.Et in primis præmittendũ eſt, ꝙ nunq̃ etiã in lege naturæ uni uiro licuit ſimul habere plures uxores,nec de conſenſu uxoris,nec ꝑ ſterilitatem, niſi ex diſpenſatione diuina,& hæc eſt cõis opinio,vt dicit Petrus de Palude in 4. diſt.33.q.j.concluſione.2,& huius dicti prima particula probatur in c. gaudemus.§.quia uero.de diuortiis,ubi dicit tex. nec ulli unq̃ licuit inſimul plures uxores habere,niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum, q mos quandoque interdum ẽt fas cenſetur,per quẽ. ſ. morem ſicut Iacob a mendatio,Iſraelitæ a furto,& Sanſon ab homicidio.ſic & Patriarchæ, & alij iuſti uiri(qui plures leguntur ſimul habuiſſe uxores) ab adulterio excuſantur,& hoc probatur ibi triplici authoritate ſacræ ſcripturæ, nã legitur Gene.2.quod cũ Deus immiſiſſet ſoporẽ in Adã, & obdormiſſet,tulit unã de coſtis eius.& repleuit carnem pro ea,& ex illa formauit Euã primã mulierẽ,tulit enim unã de coſtis non plures, ad deſignãdum ꝙ debet eſſe unus unius,& fuit coſta,non caput,nec pes,ut uideretur nõ domina,nõ ſerua,ſed collateralis.i.ſocia.c.nec illud.33.q.5.& ideo lex ciuilis appellat eã ſociã diuinæ & humanæ domus.l.aduerſus. C. de crimin.expilatæ hæredi.Itẽ in eadẽ ſcriptura Gene.2.dicitur,quamobrẽ relinquet homo patrẽ & matrẽ & adhærebit uxori ſuæ,non dixit in plurali,uxoribus,ſed in ſingulari,uxori,ad deſignandũ ꝙ unus debet adhærere uni uxori,& non pluribus,& una uxor uni uiro,& non pluribus,ut in d.c. gaudemus.Itẽ & erũt duo in carne una, ſunt enim uir & uxor, una caro

ideſt ad unam carnem procreandam coniuncti. cap. debitum. de biga. in princip. Cardi. Alex. in c. j. de coniugio leproſorum. ca. Martinus, de cogna. ſpirituali, ſed quia utrunque iſtorum habent fornicatores, dicendum eſt ſecundum Vgo. Cardi. in carne vna, ideſt uterque habebit poteſtatē corporis alterius. i. Corin. 7. mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed uir, ſimiliter & uir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier, & copulatione coniugij uiri atque mulieris unum corpus efficitur, & ſic non poteſt pro parte eſſe unius, & pro parte alterius uxoris. in c. ex parte. 2. de conuerſione coniugatorum. Et notandum eſt, quòd tex. dicti. cap. gaudemus dicit, ab initio una &c. ubi dicunt Hoſtien. & Ioan. Andre. ab initio. ſ. creationis humanæ, cum qua ius naturale, & naturalis cepit ratio. ca. j. diſtin. 5. & ſic a iure naturali eſt indictum, ut unus uir uni uxori adhæreat, & non pluribus ſimul. Propterea † dicebat Magiſter ſententiarum in 4. diſtin. 33 ca. 3. ꝙ ueniente plenitudine temporis, quo Chriſti gratia ubique eſt dilatata, reducta eſt lex nuptiarum ad priorem honeſtioremque inſtitutionem, ut unus uni in figura Chriſti coniungatur, & eſt concluſio. S. Bona. in d. diſtin. q. 2. quòd contra legem naturalem eſt quòd quis plures ſimul habeat uxores, unde Lamech qui duas habuit contra morem & naturam, adulterium commiſit, ut Geneſi. 4. & ibi glo. interlinearis, & Doctores, & Vgo Cardi. ibi inquit, habuit duas uxores Lamech inſimul contra præceptum domini, uel contra ius naturale, quod dictat ꝙ unus unius ſit uir, & una unius ſit uxor, qđ in idem incidit, & idem concludit Ioan. de Baſſolis. in 4. in d. diſtin. q. unica, dicens, ꝙ nec modo nec alias eſt uel fuit bigamia licita, niſi ex diſpenſatione diuina, & in caſu neceſsitatis, quam ibi ponit, & intellige bigamiam quando quis haberet plures vxores inſimul, non autem quando ſucceſsiue, ut ibi declarant omnes doctores in euidentialibus quæſtionis de qua agitur. nam bigamia ſecundo modo capta licita eſt. Pau. j. ad Corin. 7. dicens, ſi dormierit uir, cū vult, nubat mulier in domino, & aſſertio contraria fuit hæreſis Tertuliani. c. iſte. 32. q. 4. & ad hoc dicit. S. Tho. in 4. diſt. 33. q. j. arti. j. ꝙ de iure naturali homini in ſua inſtitutione humanæ naturæ inditum eſt, quòd ſit una unius, ut Gene. 2. erunt duo in carne una. & obligatio facta ſecundę uxori eſſet impoſsibilis, quia quod uni datum eſt alteri dari non poteſt, nam homo contrahens cum una uxore ſui corporis poteſtatem ei tradidit, ut neceſſe ſit reddere debitum cum petierit, & contra legem naturæ eſt, ſi poſtea alteri poteſtatem ſui corporis tradat, quia non poſſet ſimul utrique reddere debitum, ſi ſimul peterent, & pro hoc facit optimus text. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſe. ubi dicitur ꝙ plures eandem rem in ſolidum poſsidere non poſſunt. contra naturam quippe eſt, ut cum ali-

quid

quid ego teneam, tu quoque idem tenere uidearis, & infra, non enim ma gis eadem poſſeſsio apud duos eſſe poteſt quàm ut tu ſtare uidearis in eodem loco in quo ego ſto, uel in quo ego ſedeo, tu ſedere uidearis, ad idem eſt tex. in l. ſi ut certo. §. ſi duobus. uehiculum, ibi, quia non omnia uehiculi loca teneam. ff. commoda. & Matthæi. 6. nemo poteſt duobus dominus ſeruire, aut enim unum odio habebit & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alium contemnet. Præterea de lege naturæ eſt quod tibi non uis alteri ne feceris, omnia quæcunque uultis, ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. ca. ius naturale. j. diſt. ſed uir nullo modo uellet, ꝙ uxor alium uirum haberet, ſequitur quòd ipſe vir contra legem naturæ faceret, ſi aliam ſuperinduceret uxorem, facit, illud, quod quiſque iuris quis in alium ſtatuit eodem iure ipſe utatur, ut in l. j. ff. qđ quiſq; iuris. Præſertim hæc uera ſunt, q̃a, vt inq̃t. S. Tho. q̃cq̃d eſt ꝯ deſideriũ naturale ẽ ꝯ legẽ naturæ, ſed zelus uiri ad vxorẽ & uxoris ad uirũ naturalis eſt, quia in omnibus inuenitur. Cum ergo zelus ſit amor non patiens conſortium in amato, videtur ꝙ contra legem naturæ ſit, ꝙ plures vxores habeant vnum virum. Et idem dicebat Magiſter hyſtoriæ ſcholaſticæ, ut
16 dicit Bal. in c. ex tranſmiſſa. col. 2. de reſti. ſpoliat. Et † intelligo legem naturæ hic, non eam quæ eſt communis omnibus animantibus, & ſic eſt generis natura, ut inſti. de iure naturali. in princ. & in l. j. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iure. ca. ius naturale. prima diſtin. & ſecundum hanc legem naturalem habere plures uxores non eſt contra legem naturæ, ut dicit Ricar. in d. diſtin. 33. q. j. quia filiorum procreatio, & maris, & fœminæ coniunctio eſt de hac lege naturæ, ut in d. c. ius naturale. & pluralitas uxorũ, neque totaliter tollit, neque totaliter impedit hanc filiorum procreationem, immo extendit, cum vnus vir ſufficiat pluribus uxoribus fœcundãdis & educandis filijs ex eis natis, ut dicit. S. Tho. in d. diſtin. 32. & uidemus ꝙ cætera animantia indiuidua conſuetudine non utuntur, quinimo commiſcent ſe cum pluribus fœminis, nec habent ùnam ſolam, ſed plures. Loquor ergo hic de lege naturæ, quam naturalis ratio in practica obſeruandã in agibilibus conſtituit, & diffinit illam. S. Tho. in d. diſtinct. dicens, lex naturalis nihil aliud eſt quàm conceptio hominis naturaliter indicta, quæ dirigitur ad conuenienter agendum in actionibus proprijs, ſiue competant ex natura generis, ut generare, comedere, & huiuſmodi, ſiue ex natura ſpeciei, ut raciocinari & ſimilia, omne autem illud quod actionem inconuenientem reddit fini quem natura ex opere aliquo intendit contra legem naturæ eſſe dicitur, quia in homine eſt natura generis
17 qua eſt animal, & natura ſpeciei qua eſt homo, ut inquit Ricar. Sic † ergo matrimonium habet pro fine principali prolis procreationem, &

educationem, & hoc eſt ſecundum legem primam naturæ communem omnibus animantibus, & ſic ſecundum naturam generis, & habetur in 8. ethicorum, & in iuribus proxime allegatis, & de hac non loquimur, ut di xi. Habet etiam matrimonium alium finem in hominibus ſolum, ſcilicet communicationem operum, quæ ſunt neceſſaria in uita, & ſecundum hoc coniuges fidem ſibi ad inuicem debent, quæ eſt unum de bonis matri monij. Tertium inſuper finem habet matrimonium, ſcilicet ſignificationem Chriſti, & Eccleſiæ, & ſic bonum matrimonij dicitur ſacramentum, ideſt inſeparabilitas, quia nullum diuortium patitur, ut in ca. omne itaq; 27. q. 2. unde primus finis, ſcilicet proles reſpondet matrimonio hominis in quantum eſt animal, ſecundus, ſcilicet communicatio operum inquã tum eſt homo. Tertius, ſcilicet ſignificatio Chriſti & Eccleſię inquantum eſt fidelis, unde pluralitas uxorum non totaliter tollit neque impedit primum finem, cum unus uir ſufficiat ad impregnandum plures mulieres, ſed finem ſecundum & ſi totaliter non tollat, tamen multum impedit.

18 Eo † ꝙ non facile poteſt eſſe pax in familia ubi uni uiro plures uxores iũ guntur, cum uir vnus non poſsit ſufficere pluribus uxoribus ad uotum, & communicatio plurium in uno officio cauſat litem, ſicut figuli conrixantur ad inuicem, ſic plures uxores, nam una ſuſpicaretur alteram a marito plus ſe diligi, & certarent contra uirum adinuicem, & naturalis ratio dictat æqualem debere eſſe obligationem quantum ad uſum corporum ſuorum inter uirum & uxorem, ad hoc ut ſit ſocietas coniugalis, quia ut dicit Ricar. dictat ipſa naturalis ratio, nullum debere ſe obligare ad aliquid quod poſsit eſſe incompoſsibile alij rei cui obligatur, impoſsibile autem eſt, unum virum ęqualiter eſſe obligatũ pluribus mulieribus, ſicut uni ſoli, & ſic una ex iure etiam matrimoniali tenetur uir uxori petenti debitum reddere, quod obſeruare non poſſet quando plures ſimul hoc peterent, & ſic non eſſet inter plures mulieres pacifica cohabitatio, & quotidie cum marito lites & iurgia haberent, quod patet in exemplis de mulieribus famoſis in bonitate, quid ergo eſſet in alijs habemus quanta fuerit inuidia inter Saram, & Agar poſtquam concepit, Gene. 21. & inter Rachel & Lyam, quia filios non habebat Rachel ſicut Lya. Geneſi. xxx. quanta Anna ſterilis in Fœhennam fœcundam, quanta Mariæ ad Moyſen propter Aethiopiſſam. Nume. 12. patet ergo nono ex præmiſsis quòd contra legem naturæ intellectam ut ſupra eſt bigamia ideſt contractus matrimonialis cum pluribus mulieribus ſimul uiuentibus, & ſic monogamia eſt de lege naturæ, ipſa uero bigamia contra, prout concludunt Ioann. de Baſſo. S. Thom. S. Bona. Scotus, & Petrus de Palude in dict. diſtinction. & hæc eſt communis opinio, & idem Alexand.

19 xand. de Ales concludit. in 4. parte. quæſtio. 2. articulo. 4. Et † pluralitas hæc uxorum eſt contra perfectionem matrimonij prout eſt in remedium, ut ſcribit Gui. de Robio in d. diſt. q. j. Durandus tamen in 4. diſtinct. 32. q. 1. uidetur magis inclinare ꝙ bigamia ſumpta modo de quo ſupra non ſit contra legem naturalem, dum inquit rationes quibus vtuntur doctores ad probandum eſſe contra ius naturale pati calumniam. Et primo quia licet pax impediatur in domo ubi eſſet pluralitas uxorum, hoc non prouenit niſi per accidens, & nõ per ſe, quia procederet hoc ex malicia mulierum, & ſic ꝙ propter hoc non eſt dicendũ ꝙ ſit cõtra ius. naturale. Secundo quia illa communicatio operum quæ ſupra fuit conſiderata non eſt neceſſarius finis ipſius matrimonij ſed per accidens, quia excepta ꝓcreatione prolis & educatione, omnia alia opera domus poſſunt fieri melius per uirum quàm per mulierem, & quod illud Gene. 2. faciamus adiutorium ei ſimile ſibi intelligitur ſecũdum Auguſt. quo ad generationẽ & educationẽ prolis, & nõ quoad alia, quia alia poſſunt melius fieri per uirum quàm per mulierem. Tertio arguit ab inconuenienti, quia cum plures fuerint gentiles qui uixerunt in lege naturali, & habuerunt plures uxores, abſonum uidetur dicere omnes illos peccaſſe contra legem naturalem, & quod adeo fuerit abſoluta ratio naturalis apud illos gentiles & infideles quòd iudicauerint pluralitatem uxorum licitã, Sed
20 retenta præmiſſa concluſione. Dico † ad primum ſecundum Doctorem Pariſien. D. Ioannem a Celaiam Valentinum in d. diſt. ꝙ pacis perturbatio inter plures uxores non prouenit ex malicia mulierum ſeu earũ proteruia, ſed potius ex amore quem naturaliter habet uxor erga uirũ, qui non patitur conſortem in amato, & ſic alteram mulierem iungi cum uiro ſuo, & ſi pluries iũgeretur uir uni quàm alteri inardeſceret Zelus iſte, quod patet Gene. 30. nam Rachel, & Lya ſorores erant, tamen inter ſe rixabantur, ubi dicebat Lya ad Rachel, parum ne tibi uidetur ꝙ præripueris maritum mihi, niſi etiam mandragoras filij mei tuleris, & ait Rachel, dormiat tecũ hac nocte pro mandragoris filij tui, & zelus dicitur amor exceſſiuus, uel dolor de nimio dolore procedens, inde eſt ꝙ zelotipus dicitur ille qui ita forte diligit aliquem, quòd nollet quod ab aliquo amaretur, & ita dilectionẽ eius ſibi appropriat tam actiuam quàm paſſiuã, & dolet quando alium amat, uel quando ab alio adamatur, & zelotipia eſt ægritudo animi ex eo proueniens quòd timeat ne adſit alteri quod cum nemine uelit habere commune, ſecundum Criſippum, qui igitur ita amat, ut ſollicitus ſit ne quis amore ſuo perfruatur, zelotipus eſt, & zelotipia oritur ex amore non patiente conſortem in re amata. ſecundũ Beatum Tho. in 1. 2. q. 28. arti. 4. & inde orta eſt lex zelotipiæ de qua Num.

quinto.

quinto.ubi dicit Vgo Card. ꝙ zelus proprie eſt amor uiri in uxorē, pro quo nō pōt ſubſtinere ut aliis colloquatur,uel munuſcula ei mittantur, & eadem eſt ratio e contra uxoris ad maritum. Inde dicitur ꝙ nihil eſt furore amoris uehementius,ut in auth.quib.mo.mat.efficia.leg.colla.7. §.illud quoque,& notum eſt quid furens fœmina poſſit.ut inquit Virgi. in 4.Eneidos,& uarium & mutabile ſemper fœmina producit.ut in ca. forus de uerb.ſigni.& Ouidius ſexto Methamo.leſaq; quid faciat, quid amens,quid fœmina diſces.& in tertio de arte,inquit, non bene cum ſociis regna,uenuſque manent,& in 2.de remedio.ſecta bipartito cū amēs diſcurrit utroque alterius uires ſubtrahit alter amor,& non eſt ira ſupra iram mulierum.Bal.in l.ſi apud.C.de reuocan.dona.maxime quādo iratur ex zelotipia,nā a tribus timuit cor meum, & a quarto timuit facies mea,& infra dolor cordis & luctus,& mulier zelotipa.Eccleſi.26.& hæc zelotipia uidetur iuſtus dolor quem difficile eſt temperare, ut eſt forte argu.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.Imperatores. ff. de adulteriis facit l.iratus.C.de adulteri,& plura ſcribit Lucas de Penna in l.j.col.26.uerſi. 24.quarto.& uidemus in animalibus brutis ꝙ morſibus,& ungulis defendunt fœminas ſuas in concubitu aliorum animaliū,ut patet in leonibus, ſimiis,& huiuſmodi,ut apud Plinium legitur, & fœmina in omni genere animalium plus concupiſcit quàm maſculus,& ardentius mouetur ad amorem,ut inquit Iſido.lib.7.de animalibus.

21 Ad † ſecundum dico,ꝙ licet uerum ſit, ꝙ mulier fuit data uiro in adiutorium,ſcilicet pro creatione filiorum & educationis,ſecundum.S. Auguſt.& idem firmat.S.Tho.in j.parte. q.92.artic.j.in corpore.inſequens Auguſtinum,tamen non excluditur ab alijs,nam idem Tho.in eadē parte & q. art. 2. quærens an fuerit conueniens in prima rerum inſtitutione ex uiro formari mulierem magis q̄ in alijs animalibus, concludit ꝙ ſic. & inter alias rationes adducit,ꝙ mas & fœmina coniunguntur in hominibus,non ſolum propter neceſſitatem generationis,ut in aliis animātibus ſed etiam propter domeſticam uitam,in qua ſunt aliqua opera uiri & fœminæ,& in qua uir eſt caput mulieris.& pro hoc allegat Ariſto.in 8.Ethicorum,& ideo non uidetur dicendum, ꝙ ad omne opus melius uiro per alium uirum adiutorium præſtatur quàm per fœminam, excepta generatione & æducatione filiorum,quia ut inquit Ariſto.in 3. æconomicorū, alia ſunt opera propria uiri alia uxoris in domo, & conſtat quòd unumquodque opus melius fit per eum cuius eſt proprium,q̄ per alium,& ſic præter generationem alia ſunt quæ per fœminam melius parātur, quàm uirum.iuxta illud,ubi non eſt mulier ingemiſcit æger, & ſic patet ꝙ illa communicatio operum eſt conſideranda pro fine dicti matrimonij, &

quæ

quæ dicit Beatus Auguſt.& Tho.in d.art,j. intelliguntur abſolute loquẽtes de uiro & fœmina.Hæc uero quæ dicimus intelliguntur in comparatione ad maritum,ut diſtinguit.d.Tho. de Vio, nam uerum eſt ꝙ multa ſunt in domeſtica uita quæ non ſolum melius fiunt per uxores, ſed ſimpliciter nõ decent maritum,quin potius nec debet ſcire talia,multa quoque ſunt opera quæ melius ſperantur a muliere q̃ a uiro reſpectu maioris conſuetudinis & inſtructionis,& propter hoc dicitur,ubi non eſt mulier ingemiſcit æger, & ſecundum hoc mas & fœmina in hominibus iunguntur ad opera uitæ domeſticæ,quia maximum uinculum amicabilis & perpetuæ coniunctionis reddet magis idoneam fœminã uxorem ad hæc opera q̃ uirum cum quo non eſt ratio tanti uinculi,ut ibi per eum.

22 Ad † tertium dico ꝙ non eſt mirum ſi illi infideles inciderunt in hunc errorem contra ius naturale ducentes plures uxores inſimul, cum plura alia commiſerint contra ius naturale.fuerunt enim illi idolatræ adorantes idola credentes in illis eſſe aliquod numen, quod erat contra ius naturale,& ideo non excuſantur,nam ut inquit Occham in ſuo dialogo. parte.j.c 77.in fin.Philoſophi aut alij idolatrantes non fuerunt a crimine excuſati,quia aut ſciuerunt idola non eſſe colenda, quemadmodũ plures Philoſophi docuerunt in ſcholis nihil diuinitatis eſſe in idolis, & ꝙ eis non eſſet honor diuinus aliqualiter exhibendus, & tamen cum illis idola coluerunt,& ideo conſtat ꝙ criminoſi fuerunt,quia ſecundum rationem uiuere nullatenus conabantur, aut huiuſmodi idolatrantes ignorauerunt huiuſmodi idola non eſſe colenda,& ꝙ ignorantia inuincibili minime laborabant, quia per rationem naturalem poterant inuenire,ꝙ nihil diuinitatis erat in idolis manufactis, & ꝙ eis honor diuinus non debebat exhiberi,& de multiplici ſpecie idolatriæ traditur per Doctores in 3.diſt. 37.S.Tho.in 2.2.q.94.Archie.Flo.in 2.parte ſummæ tit.12. cap.j.§.ij.

23 Item † dicti infideles ſciebãt peccatum illud ſodomiticum indecibile & contra naturam, & tamen illud committebant, & publice committunt, ut eſt uulgatum apud ſarracenos, quia Deus non ſic formauit homines ut ſe illo uterentur modo, uiolatur quippe ipſa ſocietas, quæ cum Deo nobis eſſe debet,cum eadem natura,cuius ipſe author eſt, libidinis peruerſitate polluitur.in c.flagicia.32.q.7.& peius eſt hoc peccatum quàm cum matre concumbere.ut in c.adulterij.ea.q. & uſus iſte contra naturã damnabilior atque turpior eſt.c.uſus naturalis.ea.q. & propter illud inducit Deus peſtilentias,terręmotus, & alias tempeſtates, in authen.ut non luxuri.homines contra natu.colla.6.& ob difficultatem pœnitendi hij peccatores dicuntur filij diffidentię. in quos diſtenditur ira Dei in c. clerici.de exceſſi.prælа.& hoc peccatum dicitur peſſimum. de quo accu

ſauit

quicquid conſuluerit Petrus de Ancha.in conſi.269.iure diuino, de quo meminit Deci.in conſi.90.pro tenui facultate.col.2.prout de hijs,& alijs plura ego ſcripſi in c.cum ſecundum leges.de hæret.lib.6.& ſic patet q̃ ſit deteſtabile illud peccatum,& contra ius naturale,cuius loquutio ac rem inficit. nihilominus tamen dicti infideles in eo ut ſtercora computruerunt,& de his dicitur Deutero.32. de uinea ſodomorum, uinea eorum,& de ſuburbanis gomorræ,uua eorum uua fellis, & botrus amariſſimus. fel draconum uinum eorum,& uenenum aſpidum inſanabile. unde ſequitur non eſſe inconueniens etiam dicere quòd pluralitate uxorum utantur quæ eſt contra ius naturale ut dixi.inde ſuccedit regula, ꝙ ſemel malus ſemper præſumitur eſſe malus.c.ſemel.de reg.iur.lib.6.de qua ſcribit Bar.in l.ſicuti.§.hijſdem.ff.de accuſatio. Dominus Iaſo. in l.non ſolum.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de ope.noui.nunciatio.Fely.in cap.cum iure peritus.colu.j.de offi.delega. & propterea ualde mirandū eſt ꝙ iura canonica mitiori pœna puniant reos illius criminis q̃ iura ciuilia, ut dicit
24 glo.in d.c.flagicia.Et licet ſecundum.S.Tho.Ricardum & alios pluralitas vxorū non ſit contra ius naturale primæuum genericum,prout eſt cōmune omnibus,ſed contra ius naturale ſpecificū, prout eſt proprium homini,prout eſt modo deductum,mihi tamen uidetur ꝙ hæc pluralitas ſit etiam contra dictum ius naturale cōmune omnibus animantibus, quia eo ipſo ꝙ natura humana fuit condita tempore innocentiæ,fuit contractum matrimoniū in Paradiſo terreſtri,vnionē & indiſſolubilitatem accipiens.c.j.de voto,lib.6.& Gene.2.& in c.debitum.de biga.& c.gaudemus.de diuor.ideo neceſſe eſt dicere iuris eſſe naturæ,duplici cauſa,prima,quia inſtinctu naturali Adam ipſe omniū primus parens ſtatim cum vidit Euā creatam contraxit matrimoniū,ex his verbis, hoc nunc os de oſſibus meis & caro de carne mea, quā obrem relinquet homo patrē & matrem & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna.quæ verba prophetice dixit Adā inſpirante Deo,vt dicit tex.in c.fraternitatis.35. q.x. & eadē verba retulit Deus factus homo illud confirmans Matthæi.19.& in paradiſo terreſtri fuit matrimoniū inſtitutū ad multiplicandū genus humanū.Gene.4.poſt peccatū vero,ad euitandū fornicationē, & ſic in remediū.c.ſicut.§.his ita.32.q.2.cū igitur Adā dicta verba inſtinctu naturæ inſpiratus dixerit & matrimoniū contraxerit,neceſſe eſt id eſſe iuris naturæ.c.ius naturale.j.diſt. Itē matrimoniū fuit contractū in ſtatu naturæ perfectæ,& non corruptæ,non dū enim peccauerat Adā, vt Gene. 4.& idē tenet Bar.in l.j.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.& iure.Bald. hoc magis exprimit in d.l.j.§.ius naturale.col.j. concludens ꝙ matrimoniū conſideratur multipliciter, & ꝙ reſpectu prolis eſt de iure naturali, & ex illo

dictum ius naturale reperitur in pluribus a Deo diſpenſatum, tum in lege naturæ, tum etiam in lege ſcripturæ. legitur enim Gene. 16. ꝙ Abraham habuit duas uxores. Saram & Agar, & Iacob duas uxores habuit Lyã & Rachel. Gene. 29. Immo quatuor. Gene. 30. & Auguſt. in c. obijciuntur. 32. q. 4. & Helcana duas habuit Annam ſterilem & Fœnennam fœcũdam. j. Regum. j. Moyſes etiam duas uxores habuit Mariam ſororẽ Aaron, & Ethiopiſſam. numeri. 12. & dicitur Deutero. 21. ſi habuerit homo uxores duas unam dilectam & alteram odioſam, genueritque ex eis liberos &c. & Deutero. 17. non habebit Rex uxores plurimas quæ alliciant animum eius &c. ergo plures habere poteſt, ut ibi glo. interlinearis, & Dauid plures habuit. 1. reg. 15. & 30. & ideo Salomon peccauit quia non ſolum plures ſed plurimas habuit Reginas ſeptingentas & concubinas trecentas. 3. Regum. 11. quis Ioſephus dicat habuiſſe Salomonem ſeptua

26 ginta, ut ibi refert Vgo Card. Et † hæc diuina diſpenſatio appellatur ab Inno. 4. in d. c. gaudemus. diuina reuelatio, quę diuerſimode ab aliquibus conſideratur, primo ut intelligatur diuina reuelatio non illa, quæ eſt ſpecialis inſpiratio diuina, ſed pro interiori dictamine rationis, quo ſciuerunt ſancti patres, ꝙ pro multiplicatione generis humani licuit habere plures de conſenſu primæ, ſicut enim lex naturalis non eſt ſcripta in codice, ſed impreſſa a Deo in mente, ſic dictamẽ rationis quo ſcitur in quo caſu lex non ſtringit, cum ſit quædam legis interpretatio, & poteſt dici large diſpenſatio, & quia eſt menti impreſſa a Deo ideo dicitur diſpenſa

27 tio diuina. Et † ꝙ conſenſus uxoris requirendus eſſet uidetur probari, q̃a duobus contrahentibus matrimonium inter ſe ſimpliciter, quilibet trãſfert poteſtatem totam corporis ſui in alterum, propter quod ſine cõſenſu eius non poteſt alteri obligare corpus ſuum. teſte Paulo. j. Corinth. 7. mulier non habet poteſtatem corporis ſui ſed uir, ſimiliter & uir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier, propter quod ſine conſenſu uxoris non uidebatur ꝙ poſſit maritus alteri obligare corpus ſuum, & ſic ꝙ eius cõſenſus requirebatur, quia id quod noſtrum eſt ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur. & facto intelligitur. i. uoluntate. quia uoluntas & animus facti eſſe dicuntur. l. bonæ fidei. §. j. ff. de acqui. rerum dom. Bart. in l. pro hærede. ad finem. ff. de acq. hæred. & ſic uir non poterat obligare corpus ſuum alteri mulieri niſi de illius conſenſu, & ex cauſa, quia uxor erat ſterilis, & ad multiplicandum genus humanum quod tunc paucum erat, ſic Geneſi. 16. dixit Sara ad Abraham, Ecce concluſit me dominus ne parerem, ingredere ad ancillam meam, ſi ſaltem ex illa ſuſcipiam filios, & ſcribitur in cap. dixit Sara ad Abraham, 32. q. 3. & ſic patet ꝙ de uoluntate uxoris propter ſterilitatem,

rilitatem, Abraham accepit ſecundam, & ex his cauſis Iacob plures habuit uxores, quia de uoluntate Rachel credit ꝙ Lya ſuppoſuerit ſe ei. Voluit enim parcere Rachel uerecundiæ ſororis ſuæ antiquioris, cum eſſet conſuetudo apud eos ut antiquiores primo traderentur ad nuptias, & de uoluntate harum duarum ingreſſus eſt ad ancillas earum, ad ancillã quidem Rachel propter ſterilitatem eius, ut habetur Gen. 30. & ad ancillam Liæ poſtq̃ Lia credidit ſe deſiiſſe parere, ut ibi, & c, j. 32. q. 4. Et tenentes hanc opinionem exponunt illud ꝙ habetur in d. ca. gaudemus. de diuina reuelatione, hoc eſt. de dictamine rationis quo ſciuerunt illi patriarchæ, ꝙ pro multiplicatione generis humani licuit ipſis habere plures uxores de uoluntate principalis, & hæc expoſitio eſt extorta ſecundum Petr. de Palu. & alios. Secundo conſideratur dicta diuina reuelatio prout eſt quædam ſpecialis inſpiratio abſque traditione alicuius ſcripturæ, & hoc eſt illud quod dicit Innocentius. d. c. gaudemus. quia nihil tam naturale eſt, q̃ unumquodque diſſolui eo genere quo ligatum eſt. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. c. j. eod. tit. unde præceptum quod habuit obligationem ex inſpiratione diuina facta Adæ de adhærendo uni uxori & nõ pluribus, & ſic de non ducendo plures habet diſpenſationem ex ſola inſpiratione ſiue reuelatione diuina, nam ſi princeps terrenus poteſt diſpenſare circa legem a ſe editam ex cauſa vt in c. propoſuit, & ibi ſcribitur. de conceſſi. præben. & c. 2. de filiis presbyterorum. lib. 6. multo magis Deus, cum ab ipſo ſint omnes poteſtates ſpirituales & terrenæ, nam Pau. ad Romanos. 13. inquit, non eſt poteſtas niſi a Deo. facit. c. non debet. de conſangui. & affi. Et ille mos qui apud antiquos deducendo plures uxores tenebatur, fuit inſpiratus diuinitus, ut dicit glo. in c. obijciuntur Iacob. 32. q. 4. & ita non uult dicere glo. relata ad illum tex. ꝙ ratione conſuetudinis p̃ciſe excuſarentur a peccato, ſed quia inſpiratione cum eis diſpenſabatur, & ad hoc allegat dictum cap. gaudemus. & nota, quia non dicit ille text. Ambroſij, quia mos erat, crimen non erat, quia ſi hoc diceret, videretur pagani excuſari, ſed caute dicit, quando mos erat, in quo inſinuat, ꝙ hoc non faciebat conſuetudo, ſed diuina inſpiratio, ut ibi ponderat Card. de Turre Crema. q̃uis glo. ibi aliter ſentiat, dum exponit, quando pro quia, nam non benedicit, ut ibi dicit Arch. facit. c. non ſatis. ad finem. de ſimo.

28 Si†quæras cauſam huius diſpenſationis diuinæ, ea fuit præcipua vt proles propagaretur, non ut cõcupiſcentia carnalis uoluptatibus ſatiaretur, & hæc cauſa colligitur ex Ambroſio in d. c. obijciuntur Iacob. inquiente. ꝙ patriarchæ coniugibus excipientibus ſemen miſcebantur, non concupiſcentia perficiendæ uoluptatis, ſed prouidentia propagandæ ſobolis. Et ante Abraham non fuit cum aliquo diſpenſatum, & ideo non fuit Lamech

mech excuſatus ab adulterio, & etiam quia non habuit duas ob propagationem prolis,ſed ob concupiſcentiam carnis.Gene. 4. & ſic illa diſpenſatio diuina fuit facta in caſu paucitatis fidelium procreantium prolem, & ſic plures mulieres ab uno fœcundarentur, & ita proles ad cultum diuinum multiplicaretur,quia in ſolis ſucceſſoribus talium patrum manebat fides,ut dicit Iaco. de Baſſolis in d.diſtin.32.& idem concedit Scotus in diſtin.33.inquiens,potuit Deus legem ſuam, uel declarare,uel in aliquo caſu reuocare in caſu illo quando maius bonum prouenit ex reuocacione quàm ex obligatione ſeu obſeruatione, tunc autem quando erat neceſsitas multiplicandi genus humanum ad cultum diuinum,puta quia pauci erant cultores Dei,neceſsitas fuit,ut multiplicarentur cultores Dei quantum poſſent, quia in ſola ſucceſsione eorum manſit fides, & cultus diuinus,ergo pro tunc rationabile fuit diſpenſare,ut vnus commutaret corpus ſuum pro pluribus corporibus mulierum ad maiorem multiplicationem cultorum Dei, quæ ſine hoc non fieret,ſic autem fuit diſpenſatum,ut præſumitur,de Abraham, & quibuſdam alijs patribus.

29 Et † hæc cauſa diſpenſationis adeo vera eſt, vt dicit Scotus ibi, & in ſuis reportatis & ante eum Iacobus de Baſſo. & cæteri ſequuntur, ꝙ ſi caſus ſe offerret quem Deus auuertat quòd per bellum, cladem uel peſtem multitudo virorum caderet,& multitudo mulierum remaneret, ad procreandam prolem fidelem ad huc rationabiliter Deo diſpenſante poſſet bigamia introduci, ut. ſ. unus plures uxores haberet eodem tempore.

30 Sic † ergo diſpenſatiue ab Abraham uſque ad Moyſem & a Moyſe uſque ad tempus Iudæ Machabei durauit illa diſpenſatio. Immo ad Chriſtum,ut dicit Petrus de Palude, unde ſequitur quòd nunquam licuit ſimpliciter plures uxores habere, niſi cum diſpenſatio diuina interuenit, ex cauſa.ſ.propter populum in cultu Dei multiplicandū.modo ergo ceſſante cauſa ceſſare debuit illa diſpenſatio, & ideo hodie Iudæi tantum habent vnam vxorem,vt dicit.d. Vgo. deutero. xxj.& Vgo de nouo caſtro dicebat, quòd hæc diſpenſatio decuit vſque ad tempus gratiæ. Sed

31 † contra prædicta facit dictum Auguſti.de bono coniugali.ad finem,& refertur a Magiſtro in 4. diſtin. 32. inquit enim, antiquis patribus non fuit peccatum, quòd pluribus fœminis vtebantur, nec contra naturam hoc faciebant,cum non laſciuiendi cauſa,ſed gignendi hoc facerent,nec contra morem, quia in eo tempore ea fiebant, nec contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum,& ſic hoc dictum Aug.nedum non facit mentionem de diuina diſpenſatione, ſed dicit etiā ꝙ nulla lege erat prohibitum,nec diuina,nec naturali, cum dicat illos non peccaſſe contra naturam, nec contra præceptum, quod in propria veborum forma

contradicit deciſioni.d.c.gaudemus,ubi dicitur nunquam hoc licuiſſet, ſi nunquam licuit,ergo a lege erat prohibitio, & ſi contrariũ erat facien dum requirebatur diuina diſpenſatio, quod utrũq; negat Auguſtinus in quiens nulla lege eſſe prohibitum. Ad hoc dicendum uidetur pro ut aliqui dicunt,quòd Auguſtinus loquitur de lege ſcripta,ut ſcribit Cardi. in c.vrit Sara.32.q.4.arti.1.ſed hoc non ſatisfacit, quia nulla lege ſcripta, erat prohibitio, ſed de lege non ſcripta,ergo erat prohibitio, & ſic contrahentes facerent contra præceptum.nam,ut dicit Pau.ad Roma.3.per legem cognitio peccati. & idem in c. 7.nam concupiſcentiam neſciebã niſi lex diceret non concupiſces, nec ſcriptura eſt de forma ſubſtantiali legis,quia ſine ſcriptura ualet lex, & ligat ſtatim ſi conditor uelit,ut dicit gloſſ. in clemen. 2.de hæreti, ſcribit Decius in rubri. de conſti.colu. fin.& prohibitio de pluralitate uxorum fuit reuelata Adæ, & per ipſum promulgata, dum adducta ad eum Eua inquit Gene. 2. hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem,& adhærebit uxori ſuæ & erunt duo in carne vna, vxori dixit in ſingulari,non vxoribus in plurali,& ita exponit tex.in d.ca.gaudemus. Vel aliter dici poſſet quòd nulla lege eſſet prohibitum ducere plures uxores cauſa gignendi, & non laſciuiendi, ſed hoc non placet, quia diuina reuelatio debebat concurrere ultra illam cauſam quæ qualificabat dictam reuelationem ſeu diſpenſationem, ut ſcribit Alex. de Alex in 3. ſuæ ſummæ.q.27.membro quarto. §.tertio quæritur, & quia pro nunc non occurit optima ſolutio, ideo relinquo cogitandum, ut ſaluentur hæc duo dicta contraria,ſcilicet dictum Auguſtini, & dictum cap. gaudemus, quia nullus Doctorum quem ego uiderim hoc aduertit.
32 Nec † Papa poſſet diſpenſare ut quis habeat duas uxores, quia eſſet contra legem diuinam,ut dicit Abbas in q. ſua. Epiſcopus, colum.
33 iij. Nec † conſenſus primæ vxoris requirendus ſeu neceſſarius erat ut ſentit Sanctus Bona. quando diuina reuelatio dictabat illis ſanctis patribus multiplicare uxores ad gignendum filios qui futuri erant cultores Dei, neceſsitas debebat concurrerere propter quam iuſtum erat contrahere, & authoritas diuina approbans & præcipiens. Et dicit Scotus in dict. diſtinct. quòd ſi aliqui ſine iſtis cauſis contraxiſſent non eſt inconueniens dicere qnòd mortaliter peccauerunt, & licet maritus & uxor æquales iudicenter in actibus coniugalibus, ut. j. ad corinthios. 7. & ideo ſicut biuiria nunquam licuit, ita quòd una mulier duos viros uel plures haberet. Ita bigamia econtra non uidebatur licita, in hoc tamen puto aduertendum de mente Scoti qui in dict. diſtinct. ſubtiliter loquitur, quòd in tali diſpenſatione non eſt conſideranda æqualitas

com-

commutatiuæ iuſticiæ quo ad præiudicium, quod forſan ex tali diſpenſatione poſſet fieri primis uxoribus quo ad redditionem debiti coniugalis, ut ſtatim dicam, ſed authoritas ſuperioris inſtituentis uel approbantis talem commutationem, quia & ſi res aliquæ ſunt inferiorum dominorum, cõmutatio tamen earũ licita, & iuſta, talis determinatur a legiſlatore, & multo magis in propoſito de corporibus in comparatione ad Deũ, cum ipſe ſtatuerit matrimonium in ſtatu innocentiæ in officium & ſic ad multiplicationem generis humani, & pro ſtatu naturæ lapſæ in remediũ pro fornicatione uitanda, & ſic duo ſunt fines matrimonij, ſcilicet procreatio filiorũ, & iſte finis eſt principalior, de quo Gene. 2. alius finis eſt minus principalis. ſ. uitatio fornicationis prout eſt in remediũ, iuxta dictum Apoſtoli. vnuſquiſque (inquit) ſuam habet, propter fornicationem uitandam, ſupple. Et quantum ad primum non fit præiudiciũ ſeu iniuſticia primis uxoribus, quia corpus uiri ad iſtum finem qui principalior eſt plus ualet, quàm corpus mulieris, patet, quia vnus uir poteſt fœcundare plures mulieres quaſi eodem tpe, non ſic una mulier a pluribus uiris fœcundari, q̃a licet mulier poſtq̃ eſt ĩpregnata poſsit ẽt impregnari, & quinque gemelli naſci poſſent, quia tot ſunt receptacula mulieris, vt dicit Ariſtoteles de quadam muliere Alexandrina quæ quinque filios ſimul peperit, teſte iuriſconſulto in l. ſi pater. ff. de ſolutio. & l. antiqui. ff. ſi pars hære. pe. ſcribunt plura moder. in l. cum quidam. §. ſi unum. ff. de acqui. hæred. tamen quando a pluribus una mulier cognoſcitur frequẽtius cauſatur aborſus, inde eſt ꝙ meretrices raro pariunt, vt dicit Petrus de Palude in d. diſt. & propterea dicebat Scotus quo ad iſtum finẽ pro tempore naturæ lapſæ de ſtricta iuſtitia videtur bigamia licita, ut uir cum tot corporibus mulierum corpus ſuum commutet, quod poſsibile eſt ipſum fœcundare, quæ non erat in ſtatu innocentiæ licita quando matrimonium fuit præciſe inſtitutum in officium, quia tunc non fuiſſet neceſsitas, ꝙ vir plures habuiſſet vxores ad filios vel filias procreãdas, quia per contractum matrimonij cum vna fuiſſet ſufficiens procreatio, & nec vir vel mulier fuiſſet ſterilis prout in ſtatu lapſæ naturæ plerunque contingit. Quo vero ad ſecundum finem minus principalem puta fornicationis vitationem æqualiter ſe habent corpus viri & mulieris, vnus enim tantum vir ſufficit ad vitandum fornicationem, & licet quo ad hunc finẽ concurrente diſpenſatione diuina, & attento principaliori fine matrimonij, qui eſt multiplicatio prolis, videtur fieri iniuſtitia mulieri, tamen ipſi mulieri in hoc caſu non fit iniuſtitia, quia corpus viri ad iſtum finem qui eſt principalior plus ualet, q̃ corpus mulieris, & mulier debuit uelle ꝙ uir in tali caſu neceſsitatis prolis multiplicandæ ab ipſa aliquotiens

ſepararetur, ut posſit cum altera cubare pro illo fine principaliori prolis ſcilicet multiplicandæ,& hoc patuit ſupra in Sara,& in alijs mulieribus de quibus ſupra,quæ cum non poſſent habere filios a ſuis maritis voluerunt vt ad alias ingrederentur,& ſic de illis ſuſciperent filios,& eo modo conſenſus primæ uxoris interuenit, nam ſecundum rectam rationē utraque pars debet uelle aliquid de ſuo iure dimittere in commutādo & recipiendo permutationem ad finem minus principalē,vt recipiat æquiualens in comparatione ad finem magis principalem, quem plus debet eligere licet debeat commutari aliquid de illo quod eſſet ſibi debitū determinatum remittere,quod quandoque eſt neceſſe in aliquo caſu, quando ſcilicet ad talem remisſionem tenetur & complere licet,& debet,quādo a ſuperiori eſt ordinatum,vt patet in dictis mulieribus quarum mentio ſupra habita eſt.Et ſic patet lege naturali fuiſſe prohibitam bigamiā, diſpenſante tamen diuina prouidentia, ob cauſam iam dictam licuit Abrahæ & aliquibus patribus plures habere uxores,& non ſolum licuit ſed
34 etiam meritorium fuit,vt dicit Ioan.de Baſſolis in d.di.Prohibetur† ēt. l.canonica pluribus matrimonijs copulari eodem tempore,vt in d. cap. gaudemus,& lege ciuili, ut in l. eum qui duas.C. de adulte.non obſtante ꝙ Imperator Valentinianus ſenior ſectæ Arrianæ amator legem tulerit ut qui uellet poſſet duas vxores habere,ut legitur apud hyſtoriam tripartitam lib.8.ut ipſe cum Seuera uxore haberet Iuſtinam, quā mox duxit, de qua Valentinianus iunior natus fuit,quia lex illa contra legem naturalem Dei,& canonicam lata nullius erat momenti,inferior enim nō poteſt tollere legem ſuperioris.c.cum inferior.de maiori.& obedien.c.inferior.21.diſt,ſcribunt late moderni in c.quæ in Eccleſiarum.de conſti. vltimo prohibitio ne quis duas uel plures uxores habeat eodem tempo-
35 re ſancita eſt in lege Euangelica.Et † nulli hoc licet, etiam uxore ſterili conſentiente,& Papa diſpenſante,quod patet ſecundum Petrum de Palude primo Mathæi.9.quicunque dimiſerit uxorem,& aliā duxerit, mœchatur,ſi ergo dimiſſa uxore non licet aliam ducere,multo magis illa retenta,ut dicit tex.in d.c.gaudemus, quia magis licet habere unam uxorē poſt aliam q̃ duas ſimul.Pau.j.ad Corint.7. mortuo uiro cui uult nubat tantum in domino,& Hieronymus inquit.c.aperiant.31.q.1.non damno bigamos,nec trigamos,& ſi poſſet dici octogamos,& Aug.in c. Deus maſculum.ea.cau.& quæſtione.dicebat tamen Valerius de inſtitutionibus antiquis quòd eſt quædam ſpecies impudicitiæ plura matrimonia appetere, quem refert Baldus. in l. his ſolis. C. de reuocand. donatio. & mulier quæ unico matrimonio eſt contenta, eſt exemplar honeſtatis & pudicitiæ, ut dicit Baldus. in authen. cui relatum. C. de in-

dicta

dicti vidui. tollenda, colum.j. Secundo, Chriſtus in eodem capitulo reduxit matrimonium ad primæuam inſtitutionem, quando dixit, ab initio autem non fuit ſic, ſed tunc dictum eſt, erunt duo in carne una, non dixit tres uel quatuor, & adhærebit uxori ſuæ, non uxoribus, & ideo contra hoc non poſſet ualere conſenſus priuatorum.l.priuatorum. C.de iuriſdi.omni. iudi.l.contra & l.paciſci ff.de pactis, ſcribitur late per mo-
36 der.in l.pacta quæ contra.C.de pactis. Et † ſicut in ſacramentis alijs Eccleſiæ ut baptiſmo, confirmatione & ordine imprimitur caracter indelebilis, ut ſcribitur in ca.degradatio, de pœnis lib.6.& S.Tho.in 3.parte.q.63.arti.v.& vj.ſic & hoc uinculum matrimonij durat vſque ad mortem naturalem, & hoc ligamen manens impedit cum alia contractum, & Papa qui hoc ligamen amouere non poteſt, diſpenſare non poteſt, quia quos Deus coniunxit homo non ſeparet.c.de iudæ.36.diſtin. cap.
37 ex parte.de conuerſi. coniug. Quod † intelligo in matrimonio carnali copula conſumato, quia alias Papa circa matrimonium non conſumatum diſpenſare poteſt ex cauſa.glo.in c.ex publico.de conuerſi.coniugato.& in conſumato ſcribit late Socy.in conſi.28. circa quæſitum.lib. 1. & D. Decius in conſi.cxij. in præſenti conſultatione,& in c. quæ in Eccleſiarum.col.4.de conſti.D. Cardi. de Vio in quolibeto ſuo. xiij. inci-
38 piente quæritur utrum matrimonium. Ex † quibus infero ꝙ Papa ex quacunque cauſa, uel propter quancunque neceſsitatem etiam ultra marinam, ut Chriſtiani habitatores multiplicentur, uel Rege habente uxorem ſterilem, & ſic regnum eſſet futurum ſine hærede de ſanguine Regio deſcenſuro, uel ſi Regina ſarracenorum uellet cum ſua gente conuerti, ſi quis chriſtianus iam cum altera coniugatus eam duceret, non poſſet diſpenſare, nec illud uinculum tollere, hæc eſt concluſio Petri de palude in 4.diſtin. 33 quæſt. j.uerſic. ſed dicendum, dicentis, ꝙ ſicut Papa ex eo quòd Papa non poteſt miracula facere, quod eſt ſupra naturam, ſic non poteſt pluralitatem uxorum permittere, & in ea diſpenſare, cum ſit contra legem naturalem, & ius diuinum Euangelicum illius legis naturalis confirmatiuum, ut Mathæi. 19. & non poſſet contrarium fieri, niſi Deo diſpenſante qui in lege naturæ & ueteri diſpenſauit, non propter ſolam multiplicationem ſobolis, alias ante diluuium,& ſtatim poſt fuiſſet conceſſum, cum nec filijs Noe hoc licuerit, ſed propter augmentum cultus diuini, quod non erat in alijs gentibus incircunciſis, cum eſſent dedite idololatriæ.ſequitur Archie. Floren. in 3. parte ſummæ, tit. 14 §.2.
39 Et † dicit Scotus quòd cauſa diſpenſationis diuinæ hodie non militat, quia multi uacant generationi fidelium, quia fides multiplicata eſt, & ſic ille finis magis principalis prolis procreandæ non eſt neceſſarius,

P 3 & ita

copula non ſequuta, profitendo religionẽ ſolutus fuit, tunc poſſet diſpẽſare, ut contrahat, ſed quando cõſumato matrimonio intrauit, illo mortuo ciuiliter, nec naturaliter, q̃uis ſit mortua uulua uxoris, non poſſet Papa diſpenſare ut cum altera contrahat, quia non poteſt ligamen tollere, hæc ſunt de mente & litera dicti Petri de Palude, ad quorum declarationem ponendæ ſunt duæ propoſitiones.

41 Prima †eſt, ꝙ Papa poteſt ex cauſa publice utilitatis, & etiam ſine cauſa tali diſpenſare cum ſacerdote occidentali ut contrahat matrimoniũ, ut concludit. d. Card. de Vio in ſuo quolibeto 12. incipiente. quæritur utrum ſummus Pontifex, & Bal. in l. reſcripta. col. 2. C. de preci. impera. offer. ſolus fuit auſus dicere ꝙ Papa diſpenſat ꝙ ſubdiaconus uxoretur, pro quo allegatur. c. de illo. 32. diſt. ubi hoc glo. tenet, quia non eſt contra articulos fidei, & ipſe Papa habeat poteſtatis plenitudinem, ut in cap. decreto. 2. q. 6. & noſtris temporibus uidimus Alexandrum Papam ſextum diſpenſaſſe cum filio ſuo Cęſare diacono Cardinali, ut depoſito Galero Cardineo contraheret matrimonium, prout contraxit in Gallia cũ filia Ducis Valentiniani, & ipſe appellitatus eſt Dux Valentinianus, quę autem cauſa fuerit publicæ utilitatis iuſtificandi dictam diſpenſationẽ, me pœnitus latet. Continentia enim in clericis ſecularibus nõ eſt de ſubſtantia ordinis. Inno. in c. placet. de conuerſi. coniuga. nec de iure diuino. ut ſcribit Abbas in c. cum olim. de cleri. coniuga.

42 Secunda †propoſitio eſt, ꝙ Papa poteſt diſpenſare circa uotum ſolẽne continentiæ, ut profeſſus religionem aliquam approbatam poſsit matrimonium contrahere, ubi communis utilitas totius Eccleſiæ, aut unius Regni uel Prouinciæ expoſceret, prout fuit in illo monacho de ſanguine Reginæ Aragonum, & ultra prædicta poſt longam diſputationem, ita concludit D. Cardin. de Turre Crema. in d. c. de illo clerico, & ſic poteſt facere de monacho non monachum, & de religioſo non religioſum. Nec obſtat cap. cum ad monaſterium. in fi. de ſta. monacho. ubi dicitur quòd abdicatio proprietatis ſicut & cuſtodia caſtitatis adeo eſt annexa regulæ monachali, ut contra eam, nec etiam ſummus Pontifex poſsit licentiam indulgere, & ſic ꝙ uerbum poteſt, præcedente negatiua inducat neceſsitatem diſpenſandi, ut per glo. in c. j. de reg. iur. lib. 6. cum alijs, ut ſcribunt moderni in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & poſthu. Quia ad hoc reſpõdetur ſecundum Henri. de Gandauo, ꝙ ſecundum communem uſum loquendi cenſetur impoſsibile, ad quod homo nõ debet inclinari, ut faciat niſi in ſumma neceſsitate & cum ſumma difficultate, quemadmodum de aſſuetis ad mala dicitur, quòd bene agere non poſſunt, & ideo nõ poteſt, exponitur ideſt non conſueuit, unde tales diſpenſationes debent ratiſſime

me fieri & cum difficultate, nec in conſuetudinem deduci, & Durandus in 4.diſt.37.q.2. ad fi.inquit, ꝙ ideo dicitur ibi ꝙ Papa non poteſt diſpenſare cum talibus, aut quia non poteſt paſſim & pro libito uolũtatis, ſed ſolũ pro magnis cauſis, & arduis recõpenſationibus uotũ cõtinentię ſolennis, aut quia non poteſt diſpenſare in iſtis, ſuppoſito quòd religioſus maneat religioſus, quia hoc implicaret contradictionem, ſed ipſe poteſt facere de religioſo non religioſum, & per conſequẽs in uotis religionis diſpenſare quando hoc exigit neceſsitas, ut ſi Rex infidelis uellet redire ad fidem cum toto ſuo regno ſi poſſet ducere monialem in uxorẽ, quæ forte eſſet filia alicuius Regis, nam credendum eſt hoc eſſe Deo carius, q̃ continentia unius mulieris, & pro his facit, quia tex. in d.c. cum ad monaſterium, non dicit ꝙ Papa non poſsit diſpenſare, ſed dicit ꝙ nõ po
44 teſt licentiam indulgere, ut ibi ponderant Inno. & Abbas. Et † non in omni caſu uerbum poteſt, præcedente negatione importat neceſsitatẽ, prout ſcribunt late moderni in d.l.Gallus. in princ. & in l.ſtipulatio.§.alteri. ff.de uerbo. obliga. nec ſemper negat potentiam, & exponitur, non poſſum, ideſt non uolo. ut patet Gene. 19. dixit enim Angelus ibi ad Loth. non potero facere quicq̃ donec ingrediaris illhuc, & Ioan. 12. non poterant credere, quia dixit Eſaias, excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum ut non uideant, immo bene poterant, ſed nolebant, & ideo exponitur. non poterant, ideſt nolebant, & in illa uoluntate pertinaces erant. ad idem facit. c. literas. de reſti. ſpolia. in uerbo non poteſt. de quo plura ſcripſi in dicto conſilio Anglicano. ad idem accedit, quia monachus poteſt fieri Epiſcopus & rector Eccleſiæ curatæ. capit. quod Dei timorem. de ſtatu monachorum. c. nullus religioſus. de electio. lib. 6.
45 Ex † quibus ergo patet, ꝙ illa quæ faciunt uotum continentiæ ſimplex eſſe ſolemne ſunt de iure poſitiuo ſecũdum Petrum de Palude, & eſt tex. in c. unico. de uoto. li. vj. ubi formaliter dicitur. uoti ſolennitas ex ſola inſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta. Et ideo merito eſt dicendum Papam poſſe diſpenſare, cum ipſe ſit ſupra ius. c. propoſuit. de conceſſi. præbẽ. text. in §. fi. inſt. de iure natura. cum alijs, ut ſcribit Dec. in dicto capitulo. quæ
46 in Eccleſiarum. col. 16. uerſi. ſupereſt. de conſt. Et † hæc diſpenſatio poteſt fieri non ſolum cum cauſa rationabili, quando adeſt ſcilicet publica utilitas ciuilis aut Eccleſiaſtica, ſed etiam quando aliquod maius bonum poſſet ſequi, quàm ſit ſeruata caſtitas, & ideo conſequens eſt ſecundum quod ſcribit dictus. d. Card. de Vio in dicto quolibeto, ꝙ Papa non ſolũ poteſt diſpenſare, ſed etiam ſalua conſcientia poteſt cum ſacerdote occidentali, ꝙ contrahat, etiam ceſſante cauſa publicæ utilitatis. Secus uero eſt dicendum in pluralitate uxorum in caſu propoſito, quia eſt prohibita

de

de iure naturali,& de iure diuino Euangelico ut ſupra eſt probatum,nec poſt promulgationem Euangelij reperitur aliquando fuiſſe a Deo diſpẽſatum,ut quis duas poſſet habere uxores,etiam propter ſterilitatem primæ,& de eius conſenſu merito dicendum eſt (ſalua ſemper determinatione Eccleſiæ)Papam diſpenſare non poſſe.

47 Et licet ſummus pontifex ex cã poſſit contra ius diuinum diſpẽſare, ut per glo.in capitulo.a nobis.in uerbo exemptis,de decimis, & Innocẽ. ſcribit in capitulo.poſt tranſlationem. de renunciatio. & Petrus de Ancha.in capitulo.primo.in ſecunda oppoſiti.de conſt. ut late ſcribunt moder.in dicto capitulo.quæ in Eccleſiarum.tamen hæc concluſio Doctorum procedit quando illud ius diuinum reperitur limitatum,ſecus ſi limitatum non reperitur,ut eſt iſte caſus,quia tunc Papa diſpenſare non poteſt, ita concludit Abbas poſt alios in dicto capitu. quæ in Eccleſiarum, & Bald.in l.fin.C.ſi contra ius uel utilita.publi. & ponit exemplum in illo præcepto,non mœchaberis,quod nunquam cenſetur diſpenſatum , & ideo lex in contrarium lata non teneret,nec diſpenſatio Papæ, quia cum pluralitas uxorum de ſe ſit mala,quia abſonum eſt & inimicum fidei chriſtianæ plures uxores habere eodem tempore,ut in dicto capitulo.gaudemus,Papa non poteſt diſpenſare,ut formaliter dicit glo.in capitulo.literas.de reſtitu.ſpolia.inde eſt quòd licet Rex haberet uxorem ſterilẽ non poſſet aliam ſuperinducere,nec concubinam habere,ut dicit Bald.in di-
48 cto capitulo.lator.de re iudic.Nec intelligas,ꝙ illis Patriarchis & Prophetis unquàm licitum fuerit habere concubinas,quia illæ mulieres quæ in ſacra ſcriptura concubinæ nuncupantur uxores erant, & ideo dicebantur concubinæ,quia non erant principales uxores,ſicut Agar,licet ſecundum rei ueritatem eſſet uxor Abrahæ, & ei coniuncta uinculo indiſſolubili, quia tamen non habebat authoritatem matris familias in regimine domus & familiæ,nec ꝓles ſuccedere debebat in hæreditate , quo ad hoc erat ancilla,nec licitum fuit Abrahæ eam a ſe eijcere ad inſtantiam Sarę, niſi ſuper hoc diuinum habuiſſet mandatum, uoluit autem Deus eos ſeparari non quantum ad uinculum,ſed quantum ad habitationem & thorum,ad ſignificandum illud myſterium quod explicat Apoſtolus in Epiſtola ad Galatas.4.dum dicit.Abraham duos filios habuit. hæc Ricar. in 4.diſt.33.articu.2.q.2.ſic Bala & zelpha ancillæ Rachel.dictæ ſunt concubinæ Iacob,q̃uis eſſent legitimæ uxores,& ſic non erat eis licitum cõcubinas habere , quia omnis fornicatio , ſiue uaga , ſiue concubinalis peccatum mortale eſt de ſe, excluſa omni lege ſcripta , & eſt prohibita lege ueteri & noua Deuteronomio. xxiij. non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filijs Iſrael , in nouo etiam te-

ſtamento

ſtamento patet, cum nihil excludat a regno Dei niſi peccatum mortale, ſed fornicatio excludit ut ad The.4. inquit Pau.ſcitiſque præcepta dederim vobis per dominum, hæc eſt enim uoluntas Dei ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis a fornicatione.& Ephe.v.omnis fornicator,aut immundus non habebit partem in regno Dei,& habetur in c.vnum.§.alias.25.diſt. & actuum. 15. & ſic patet ꝙ illæ mulieres quæ concubinæ ex illa cã ſunt nuncupatæ vxores legitimę erant,& in hoc reſidet Pet.de Palude in d.diſtin.& omnis fere ſchola theologorum, & in æquiuocatione huius nominis concubinæ deceptus fuit diuinus Bonauen.in d.diſt.q.3.

49 HIS † IGITVR Prælibatis venio ad punctum propoſitæ quæſtionis,&dico cognitionem huius criminis ad inquiſitores ſpectare ſicut cæteræ cauſæ hæreticales ſeu fidei ſpectare ſolent, nam per huiuſmodi contractum plurium ſeu binarum nuptiarum videtur contrahens male ſentire de ſacramento matrimonij, tum quia inimicum fidei Chriſtianæ eſt quem multas vxores inſimul habere,ut dicit tex.in d.c.gaudemus.qđ eſt vnum de ſeptem ſacramentis Eccleſię,vt late ſcribit glo.& Doctores in c.veniens. de tranſ. tum etiam quia facit directe contra inſtitutionem matrimonij in paradiſo terreſtri inſtituti, quæ eſt coniunctio unius maris cum vnica fœmina,non vnius cum pluribus fœminis,vt habetur Gene.2.ibi,adhærebit vxori,non vxoribus,& ibi,erunt duo in carne vna,nõ in pluribus, & vna coſta fuit in vnam, non in plures mulieres conuerſa, prout ſic exponit tex.in d.c.gaudemus de diuortijs,& c.debitum. de bi-

50 gamis.iuncto.c.j.de voto.lib.6.Et † ille dicitur male ſentire de aliquo ſacramento Eccleſiæ qui de eo aliter ſentit aut docet q̃ ſancta Romana Eccleſia prædicat & obſeruat,& iſte ſententiam excommunicationis incurrit,& vt hæreticus cenſetur.c.ad abolendam.in prin.de hæret.& idẽ probatur in c.accuſatus.§.cum uero.ibi, ſeu in Eccleſiæ ſacramento errauerit.de hæret.libr. 6. & idem puto dicendum de eo qui aliter vtitur ſacramentis Eccleſiæ q̃ Eccleſia vtatur,cum plus ſit factis demoſtrare, q̃ verbis dicere.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de ædilit.ædi.cap.dilecti.de appellatio.& non tantum aliquid ratum habetur verbis,ſed etiam actu.l.Paulus. ff.rẽ

51 ratam haberi.Eſt † tamen aduertendum, ꝙ illud quod ex facto inſurgit tacitum videtur,& ad qualitatem facti limitatur, quod vero verbis fit expreſſum dicitur & magis extenditur.glo.notabilis in cle.ſæpe.in verbo, partibus,circa fi.de verbo.ſign.Paulus de Caſtro in l.ſi conuenerit.ad finem.ff.de iuriſd.omnium iudicum.cum aliis,vt tradit Decius in d.c.dilecti,& licet iſte non doceat,tamen male ſentit,quia aliter ſeruat, & aliter facit,q̃ præcipiant mandata Eccleſiæ,ergo videtur hæreticus,conſequentia patet,quia ex facto animus declaratur. l. 2. ff. de hijs qui no. inſa. l.

Fulcinius.

52 Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex qui.cau.in poſſe.eat.Puto† tamen,ꝙ ad hoc vt ſentiens ſeu docens vel vtens ſacramentis Eccleſiæ aliter q̃ Sancta Romana Eccleſia ſentiat aut doceat ſeu utatur incurrat hæreſim, ſeu ſit hæreticus requiratur ut explicite,& pertinaciter hoc teneat,& dicat ſe non erraſſe,ſed ſic credere,quia ad conſtitutionem hæretici requiritur error in intellectu,& pertinacia in voluntate,ut late dixi s̃ in q.2.& 3. ſed ad hoc ut illud ſentire docens,ſeu facere ſit hæreſis uel hæreticum,ſufficit ut ſit dogma falſum fidei orthodoxæ contrarium,ut dixi in diffinitione, & ad hoc ut ſit hæreſis requiritur in male ſentiente pertinacia,ſecus uero ad conſtituẽdum hæreticum,inde ſequitur, ꝙ quis poteſt dicere uerba hæreticalia & non erit hæreticus, ut inquit Auguſt. errare potero ſed
53 hæreticus non ero.Inde† eſt ꝙ negans baptiſmum poſſe exhiberi pueris quia non habent uſum liberi arbitrij, ꝫ dicit miſericordiæ Dei, & hæreticum eſt hoc aſſerere,ut dicit.S.Tho.in 4.diſt.4.q.3.articulo primo.quæſtiuncula.3.& aſſerens hoc pertinaciter eſſet ut hæreticus iudicandus, & ſic poſſet exemplificari in omnibus aſſertionibus hæreticis & damnatis ab Eccleſia,in quibus aliquis poſſet aliter ſentire q̃ Eccleſia Romana ſentiat,& non hæreticus erit niſi adſit pertinacia interior uel exterior,ut late dixi ſupra in q.3.& ſic eſt in ſeptem ſacramentis Eccleſiæ,ut aliter ſentientes q̃ dicta Eccleſia,hæretici cenſeantur,ſi adſit pertinacia & ita intel
54 ligitur.d.c.ad abolendam.Et† hinc etiam dicendum eſſet,ꝙ quamuis aliquis duceret duas uel plures uxores eodem tempore, ex quo tamen non defendit ſibi hoc licuiſſe,& ſic ꝙ nõ habuit errorẽ in mente, nec pertinaciam in uoluntate, non eſt cenſendus hæreticus, & idem eſt de profeſſo aliquam religionem approbatam,qui cum contrahere matrimoniũ non poſſit.c.meminimus.qui cler.uel uo.ma.cont.unde ex quo errorem ſuũ pertinaciter non defendit, non eſt ut hæreticus iudicandus, omnis enim paratus corrigi non eſt hæreticus.c.damnamus.in fi.de ſumma Trin. ſequuntur Ioan.de Ana.& Fely.in c. ad abolendam, & Abbas refert Iaco. Butr.in c.cum quidam.de iureiuran.colum.2.

55 Sed† altius hæc inquirendo,eſt uidendum,an contrahere plura matrimonia cum mulieribus ſimul ſuperſtitibus ſit factũ hæreticale, quod ſuadetur ex tribus,primo,quia directe iſte contractus contrariatur ſacramẽto matrimonij,quod eſt unius cum una legitima coniunctio,ut Mathæi. 19.merito dici poteſt factũ hæreticale,ſicut ſentire,& docere, iſte enim contrahit matrimoniũ aliter q̃ Deus & Eccleſia inſtituerunt, merito factum hæreticale dici poteſt,ut in d.c.ad abolendam.Secundo,cui competit diffinitio,competit diffinitum,ut dixi ſupra in præludijs huius tractatus,ſed diffinitio hæreſis competit huic contractui.Ergo talis cõtractus eſt

nec eorum ſaluatorẽ admiſſerunt,& ſic nimia malicia excecati,nec ſcripturis,nec miraculorum operationibus(quæ eis teſtimoniũ perhibeant) crediderũt,in quo eorum culpa nimium aggrauatur. Vnde Chriſtus culpam eorum exagerans Ioan. 15. Inquit, ſi non ueniſſem,& loquutus eis non fuiſſem peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato.Sarraceni autem illorum notitiam non habuerunt ſicut illi,& ideo peiores ſunt iudæi ipſis ſarracenis,item iudæi peiores ſunt ſodomitis,quia ſodomitæ peccabant fornicatione carnali,iudæi uero ſpirituali per infidelitatem, peius autem peccatum eſt ſpiritualis fornicationis q̃ carnalis,& peccatum infidelitatis grauius eſt omni peccato carnali,ut in d.c.gaudemus.unde Ezechiel propheta inquit,ꝙ ſodoma minor eſt in culpa,quàm iuda qui malicias ſodomę ſuperauit ſceleribus ſuis,& ideo ibi concludit Propheta,Ergo tu confundere, & porta ignominiam tuam quæ iuſtificaſti ſorores tuas ſcilicet ſodomam & ſamariã,grauius
58 peccando q̃ ſodoma.Dico tamen,ꝙ non propter hoc minus eſt hæreticus religionem chriſtianam profeſſus qui tranſit ad ritus ſarracenorum ſicut tranſiens ad ritus iudæorum,nam uterq; iudæus, & ſarracenus negant Chriſtũ eſſe Deum & Filiũ Dei, & alios fidei articulos, & demum non credunt in Eccleſiam ſanctam, & ideo Eccleſia in die ueneris ſancti orat pro paganis ut idolis dimiſsis conuertãtur ad Deum uiuum,& uerũ & vnicũ filium eius Ieſum Chriſtum Deũ & dominum noſtrum, & ideo Chriſtianus ſectator horũ errorum hæreticus cenſetur. Et hoc probatur efficaciſsime per Augu.in c.firmiſsime. de hæret. & Chriſtus teſtatus eſt hoc Ioan.x.Amen dico uobis qui non intrat per hoſtium,ſcilicet credendo in Chriſtũ,ſed aſcendere nititur aliunde,per alias ſcilicet ſectas quaſcunque,ille fur eſt,& latro,& ideo non ſaluãtur,quia Ioan.3.inquit.Ego ſum hoſtiũ,per me ſi quis introierit ſaluabitur,& Pet.atteſtatur actuũ.4. non eſt in aliquo alio ſalus,neq; enim aliud nomen eſt ſub cœlo datũ hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri, & Ioan. 8. ſi non credideritis quia Ego ſum,in peccato veſtro moriemini.

Et ideo eſt error pernicioſiſsimus eorũ qui credũt iudæos,ſarracenos, & paganos poſſe ſaluari in ſuis ſectis,non ſolũ eſt error,ſed hæreſis,ut late ſcribit Card.de Turre Crem.in tit.de ptãte Eccleſiæ.lib.j.c.21.Et ex his dicendũ eſt,ꝙ ſicut chriſtianus tranſiens ad ritus iudæorũ ſeu rediẽs, ut hæreticus damnari põt,ſi eſt confeſſus uel conuictus,ut in d. c. contra chriſtianos. ſic eadẽ rõne eſt cenſendũ de chriſtiano tranſeũte uel redeũte ad ſectã ſarracenorũ,ſeu gẽtiliũ,uel alterius ſectæ, q̃a nõ poſſum pro nunc conſiderare rõnem drĩæ inter unã & alteram.V terq; enim apoſtata eſt.i.recedens in totũ a fide chriſtiana, & ſanctũ baptiſmum prophanat.l.

nat.l.2.& l.ij.qui ſanctam. C.de apoſtatis, & quicquid a fide chriſtiana diſcrepat,legi Chriſtianæ eſt contrarium.l.cœlicolarum.C.de iudæis.facit.l.iudæi.2.C.de iudæis & l.2.C.ne ſanctum baptiſma iteretur, & appellatione apoſtatarum continentur, qui chriſtianitatis nomine inſigniti ſacrificia fecerint uel facienda mandauerint,ut iudæi, & pagani, ut dicit tex.iuncta glo.in l.apoſtatarum.§.ſed ne huiuſmodi.C.de apoſta.ſi ergo errantes in læui articulo & pertinaciter aſſerentes,ut hæretici iudicātur, ut in l.1.C.de hæret.multo magis in apoſtaſiam incidentes, quia ſi id de quo minus uidetur ineſſe & ineſt,& id de quo magis.gloſ. in capitu.cum in cunctis.de electio.cum alijs,& in aut.multo magis,C.de ſacroſ.Eccl.

59 Vnde,† ſaluo meliori iudicio,putarem.d.c.contra chriſtianos.debere intelligi etiam in tranſeunte ſeu redeunte ad ritus paganorum,gentilium ſiue ſarracenorum,ex ueriſimili mente ſtatuentis, nam non uidetur dubium ꝙ ſi conditor illius.c. de hoc caſu cogitaſſet ſeu interrogatus fuiſſet,idem ſtatuiſſet, faciunt tradita per glo. & modernos in l. tale pactū. §.fi.in glo.fi.ff.de pactis.quæ eſt ſingularis ſecundum Ange.Aret.in inſtitu.de legi.patro.tutela.in prin.quam notabilem dicit ibi Bal.ſiue aliquid ſtatuatur per modum conuentionis,ſiue per modum legis municipalis,ſiue per modum reſcripti,Bal.in l.j.C.quæ res pign.obliga.poſſunt.& pro hac glo.uidetur tex.in l.Lutius.§.Titius.ff. de libe. & poſthu. & ibi Dominus Iaſo.colu.j.poſt Pau.de Caſtro, ubi notatur ꝙ ſtatutum extenditur ad caſum in quo ueriſimiliter idem ſtatuiſſent uel prouidiſſent ſtatuētes ſi interrogati,aut recordati fuiſſent,talis debet fieri interpretatio ut notat illa glo.Ange.ibi & Ludo.Ro.in conſi.392.circa primum. col. fi. cū alijs,ut ſcribit Decius in conſi.64.Et diligēter pro uiribus. colu. fi. cum alijs,ut ſcribit D.Iaſon in d.§.fi.& ſuper præmiſsis dicunt aliqui eſſe extrauagantem Nicolai Papæ.4.quam ego non uidi.

60 Quid† ergo dicendum in propoſito,an contrahēs binas uel plures nuptias cum mulieribus ſimul uiuentibus ſit ipſo facto cēſendus hæreticus, aut uero ſuſpectus de hæreſi. dico ꝙ ſi aliter non conſtat de eius mēte erronea,nec de pertinacia,quæ duo ſunt formalia hæretici.ꝙ taliter contrahens non eſt iudicandus ut hęreticus,nec pœnis hæreticorum puniendus, per proxime allegata,eſt tamen ſuſpectus de hæreſi, & contra eum ut ſuſpectum de hæreſi poteſt procedi,pro quo in ſimili allego Ioan. Calderi.in conſi.quinto.in tit.de hæreti.incipien.diaconus eſt profeſſus.ubi conſuluit in caſu cuiuſdam diaconi religioſi qui depoſito habitu religionis in mero habitu laycali exercuit ſecularia negocia,abſtinēdo ſe a ſumptione euchariſtiæ.23.annis,& a diuinis officiis, non in contemptū Eccleſiæ,ſed ut palliaret uicium ſuum, & fuit dubitatum an Inquiſitor hæreticæ

reticæ prauitatis potuerit contra eum ut hæreticum procedere,& de hæreſi condemnare,& concludit ꝙ non,ſed tanquàm contra ſuſpectum poterat procedere, quia læui argumento poteſt quis deprehendi in hæreſi. l.2.C.de hæret.& glo.in uerbo uehementer.in c.literas.de præſumptio. quam omnes ſcribentes ſequuntur ibi, & ſi non eſſet ſuſpicio uiolentisſima,non poſſet de hæreſi damnari,ut in d.c.literas.& facit ad hoc. c. contumacia.de hære.lib.6.ſic in propoſito eſt dicendum de contrahēte plures nuptias,ut ſuſpectus de hæreſi ſit cenſendus,ſi non pertinaciter defendat errorem ſuum,quia obſeruat ritum paganorum, & male uidetur ſentire de ſacramentis Eccleſiæ, tum etiam quia factum illud eſt inimicum
61 fidei Chriſtianę.& conſequenter hæreticale,ut dixi.Accedit,† quia cum iſte contrahens recedat a communi uita fidelium,uita & moribus ſuſpectus eſt de hæreſi.c.excommunicamus.§.adiicimus.de hæreti. ubi dicit illum tex.procedere in deuiantibus a communi conuerſatione in pertinentibus ad fidem,& contra quemcunque ducentem uitam ſingularem, niſi conſtet de illius perfectione,inquiri poteſt, & ſecundum qualitatem ſuſpitionis poſſet illi ſic contrahenti indici purgatio canonica,puta ſi ſuſpicio eſſet uehemens.ut in c.inter.de purgatio.cano. uel probabilis, ut in cap.excommunicamus.in princip.de hæret. & etiam teneretur omnē hæreſim abiurare, ut in c. Accuſatus.in princip.de hæret.lib.6.& in hoc errauit dictus Calde.in d.conſilio,inquiens,ſuſpectos de hæreſi tantum nō abiurare,ſed hæreticos,ut in c.Ego Berengarius.de conſecra.diſt.2.nam hoc falſum eſt,& contra tex.in d. c. Accuſatus. quia non ſolum hæretici redeuntes ad fidem abiurant,Sed etiam ſuſpecti tantum,ut in d.c.Accuſatus.in princ.& Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt procedere non ſolum contra hæreticos ſed etiam contra ſuſpectus de hæreſi, ut eſt text. in c.ut officium inquiſitionis.in prin.ibi,uel ſuſpectos,de hære.libr.6.& in clem.multorum.§.uerum.ibi,contra ſuſpectos de hæreſi, & in clemē. unica.§.ſane.ibi contra diffamatos uel ſuſpectos.de uſuris,facit.ca. cum contumacia.de hæret.lib. 6. ſuſpectus enim in fide ab Eccleſia Dei abo-
62 lendus & auuellendus eſt.in clemen.j.de religio.domi.Dummodo † Inquiſitor ad ſententiam non procedat ſine Epiſcopo, nec Epiſcopus ſine Inquiſitore,ſed ꝙ in omnibus ſeruetur diſpoſitio.cle.multorum.de hæret. & non aliter dico competere Inquiſitoribus cognitionem huius criminis, ꝙ excludant Epiſcopos ſeu eorum uicarios habentes ſpeciale mādatum in cauſis fidei ab Epiſcopis, ſicut a cognitione aliarum cauſarum fidei non excluduntur,quia deputatio Inquiſitorum cōtra apoſtatas,hæreticos,infamatos de hæreſi,ſeu ſuſpectos,in prouincijs, ciuitatibus uel diœceſibus non uenit priuatiue ad iuriſdictionem ordinariam,ſed accumulatiue,

mulatiue, prout eſt deciſum in c. per hoc. de hæret. lib. 6. Et licet ibi text. velit ꝙ tunc demum debent communicari proceſſus quando Ambo. ſc i licet Epiſcopus & Inquiſitor proceſſerint ſeparatim, & non quãdo vnus proceſſerit, & non alter, & tunc per vtroſque ſimul ſentẽtia proferatur; vt ibi declarant Ioan. Andre. Domi. & alij, & ſic quando vnus ſolus proceſſerit, non tenebatur alteri communicare proceſſum. & ita ſolus ad ſententiam procedere poterat, ut patet in extrauaganti Benedicti. 11. incipiente. Ex eo quod quædam nouella conſtitut. Tamen hodie clarius eſt deciſum, ꝙ ſiue alter ex eis ſolus proceſſerit contra hæreticum, ſiue ambo proceſſerint, ꝙ debent ad inuicem communicari proceſſus & ſententia ſimul ab ambobus proferri, & ſentẽtia aliter lata nulla eſt, vt in d. cle. multorum quærela. in prin. & per d. clem. eſt derogatum tantum quo ad hoc. d. c. per hoc.

63 Et †circa prædicta aliquando dubitaui, an hodie Epiſcopi non habentes carceres ſic ordinatos ſicut diſponit. d. clem. multorum. in §. ſane. debeant, & ſit conueniens procedere contra hæreticos, deputatis præſertim àpoſtolicis Inquiſitoribus in ſuis Epiſcopatibus, cum ſine debita carcerum cuſtodia periculoſum ſit contra illos procedere, cum ipſi ſub ſpecie ouis lupum gerant, immo ſe ipſos fallentes, vt habetur in c. vt officium. §. ſi vero. de hæret. lib. 6. & alibi appellantur vulpeculæ, propter eorum aſtucias. in c. inter. de purga. cano. hæretici enim uulpes dicuntur; quaſi uolupes, propter inuolutionem doloſitatis, vulpes quidem nõ rectis ſed tortuoſis anfractibus & itineribus currunt, de quibus dicitur canticorũ. 2. capite, nobis uulpeculas deprehendite, & in lucem proferte, ideſt doloſas hæreticorum uerſutias capite paruulas, ne maiores effectæ plus noceant, & capi non poſſint, & ideo contra hæreticos cum maxima prouidentia eſt procedendum ne alijs noceant neue iudices decipiant, cenſuras pœnarum contra eos ſtatutas euadentes, de hac tamen dubitatione alibi Deo duce diſſeremus,

64 Ex †prædictis ergo infertur concluſio, ꝙ Inquiſitores poſſunt procedere contra illos qui binas uel plures nuptias contrahũt cum mulieribus ſimul ſuperſtitibus vti de hæreſi ſuſpectos, maxime contra mulieres plures uiros habentes, cum nullibi nec in iure naturæ, ſcripturæ, vel gratiæ reperiatur diſpenſatum, ꝙ vna mulier poſſit plures habere coniuges, ſicut aliquando fuit diſpenſatum in viris, vt dixi, hoc forſam fuit propter incertitudinem prolis, & perturbationem ſanguinis, ac impedimentum prolis procreandæ. argumento tex. & eorum quæ ibi ſcribuntur in l. j. C. de ſecundis nuptijs, & hæc concluſio modo prædicto declarata tenetur per Lapum, Domi. & Phili. Francum & alios in d. c. Accuſatus. §. ſane. de

hæreti.

hæreti.libr. 6. per Petrum. Iaco. Butri. Bald. & alios in l. nemo. C. de ſumma Trini. & fide catho. Abbas.Pano.in ca.cum quidam.de iure iur. 65 & in c.de homine,de celebra.miſſa.Non † obſtat primo ꝙ illud contrahere binas uel plures nuptias cum pluribus uxoribus vel viris non ſapit hæreſim manifeſte, ergo non ſpectat cognitio ad inquiſitores, ut in d. §.ſane.nam ad hoc multipliciter reſpondetur,primo negando aſſumptū, quinimo illud factum non ſolum ſapit hæreſim manifeſte, ſed etiam eſt factum hæreticale, patet, quia repugnat inſtitutioni ſacramenti matrimonij, quod eſt, vt vnus vni vxori iungatur, non pluribus, innuentes hij contrahentes ꝙ matrimonium non contineat indiuiduam unitatem ſiue conſuetudinem,ſed ꝙ poteſt dirimi, & contrahentes poſſint ad alias uxores conuolare, contra illud, quos Deus coniunxit homo non ſeparet.c.2.de transla.prælato.cum alijs,ut ſcribit Deci. in conſ. in præſenti conſultatione.facit inſti. de patria poteſtate. §.j.cum alijs. Item quia factum illud eſt inimicum fidei Chriſtianæ, inſuper quia eſt unus de ritibus ſarracenorum, quo eſt cautum ut quis quatuor poſſit habere uxores,vt ſupra dixi, & hæreticus eſt qui peccat in uno ex ſacramentis Eccleſiæ aliter ſentiendo ſeu contrafaciendo quàm Eccleſia ſentiat, ſeu ſtatuat,ut in d.ca.accuſatus. §.cum uero,& in d.cap.ad abolendam.in prin. & iſte contrahens facit contra ſacramentum matrimonii, quod de ſui ſubſtantia habet,ut contrahens retineat vitam indiuiduam cum illa cum qua contraxit.c.fi. de condi. appoſitis. contrahens ergo cum duabus uel pluribus uiuentibus committit in illud ſacramentum, ut dicit Domi. in 66 d.§. ſane. Et † ſi hoc tibi videatur nimis rigoroſum, vt illud contrahere ſit factum mere hæreticale, ut eſt ſupra comprobatum,adminus procedendo mitius, non poteſt negari quin cenſendum ſit illud factum ſapiens hæreſim manifeſte ſeu manifeſtam, quia doctores non videntur facere in hoc differentiam ſiue dicatur manifeſte, uel manifeſtam, nam Domi.in ſummario.d.§.ſane.dicit,manifeſtas,& Phi.Fran.ibi,& Abbas in c.1. de ſacrile. exponens illum.§.ſanè.loquitur de ſapientibus hæreſim manifeſtam,& licet Doctores ponant aliqua exempla, quando aliquod factum ſapit hæreſim manifeſtam, ut circa aras idolorum nepharias præces emittere,ſacrificia offerre,dæmones conſulere,eorumque reſponſa ſuſcipere.c.ij qui.26. q.2. vel ſi aſſociant ſibi pp ſordes exercendas hæreticos,uel faciūt ꝓdicta cū corpore & ſáguine Chriſti,vel in fontibus,vt poſſint a dęmonibus hr̄e reſpóſa puerū baptizát,vel his ſimilia, ut ſcribit̄ ꝑ gl.& alios ĩ d.§.ſane.& Oldr.ĩ cō.ccx.regularis hēt traditio, plura ſcribit,nō tñ tradit̄ theorica cognoſcēdi ꝑ modū doctrinæ qñ q̄d 67 dicat̄ ſapere hęreſim manifeſte,vł manifeſtá.dic † ergo ſic ex mēte docto

Q rum,

rum, ꝙ illa ſapiunt hæreſim manifeſtam, quando ex natura ſua præſeferunt aliquid quod eſt hæreſis manifeſta; uel quando ex illis bene, & neceſſario ſequitur hæreſis manifeſte, puta baptizare imaginem, præſeferret quòd illa eſt capax illius ſacramenti, quod eſt hæreticum, rebaptizare puerum, Infert quòd baptiſmus poteſt bis conferri, contra legem diuinam & ciuilem. C. ne ſanctum baptiſma iteretur, & intellige manifeſtam hæreſim, nam cum manifeſtum capiatur dupliciter, vno modo dicitur manifeſtum, id quod eſt per teſtes probabile, uel alios modos a iure diſpoſitos, & ita ſumitur. xj. q. 3. c. eorum. & glo. in c. manifeſta. 2. q. 1. & tunc manifeſtum differt a notorio uel publico. Secundo modo dicicitur manifeſtum quod non eget probatione teſtium, & quod nulla poteſt tergiuerſatione celari, ut dicit tex. in c. tua, & c. ueſtra, de cohabita. cleric. & mulie. & de accuſa. euidentia, & c. quoniam, de filiis præsbyte. & iſto ſecundo modo ſumitur illud manifeſte poſitum in d. §. ſanc. & ita tenet Domi. de ſancto Gemi. in conſi. 54. incipien. quidam ſacerdos, quod patet ex notatis per glo. in d. §. ſanc. in uerbo manifeſte, quæ uult ꝙ ubi eſſet dubium an ſaperent manifeſte, uel non, ꝙ niſi manifeſte appareant, non ſe intromittit Inquiſitor. q. d. ꝙ ſi probationes exigerentur, Inquiſitor non cognoſceret. Sumitur ergo manifeſtũ pro notorio, in quo probationes non requirerentur, ſed eſſet tale quod ex ſui apparẽtia nõ poſſet aliqua tergiuerſatione celari quin manifeſta ſequatur hæreſis ex illo facto, vel uerbo, & dicitur manifeſtum, quod per ſacram ſcripturam probatur. in clemen. ne Romani. in prin. in verbo, manifeſtant, & ibi Bonifacius notat, de iure iurando, & ſic reſeruatio eſt manifeſta, de qua conſtat per literas Apoſtolicas ſuper hoc confectas. c. ſi beneficia, de præben. lib. 6. & illa qualitas dicitur notoria quæ prima facie de iure communi eſt talis, licet ſubeſſet cauſa propter quam redderetur falſa, ut dicit Areti. in l. illa. col. 7. de uerbo. obliga. & ſufficit ꝙ aliquid ſit notorium ſecundum ragularem curſum, licet aliquo caſu accidentali excuſari poſsit, ſecundum Anto. de Butr. in c. fi. de libelli. obla. col. fi. cum alijs,
68 ut ſcribit Fely. in c. i. colum. 4. de re iud. Aduerte † tamen ne erres per ea quæ dicit Ange. de claua. in uerbo. Inquiſitor. §. 3. & 4. dum ibi clare ſentit, quòd illud, manifeſte, poſitum in d. §. ſanc. intelligitur ꝙ illud factum ſit manifeſtum, dum inquit, faciunt manifeſtas inuocationes dæmonum, attribuendo dæmonibus aliquod diuinum, quaſi velit dicere, quòd inquiſitor poteſt ſe intromittere de ſapientibus hæreſim, ſi ſunt notoria, uel dubia de notorietate, non autem ſi ſint occulta, licet ſit manifeſtum ꝙ hæreſim ſapiant, pro quo videtur facere glo. iuncto tex. in c. j. de offi. delega. libr. 6. quia ad hæc dicendum eſt, ꝙ iſte intellectus ad d. §. ſanc.

§. ſane. non conuenit, quia tex. non dicit manifeſtis ſapientibus hæreſim, ſed de manifeſte ſapientibus hæreſim, quod cum aduerbium ſit non refertur ad ipſum factum, ſeu crimen, hoc eſt ſi eſt occultum uel manifeſtum, ſed ad ipſum ſapere, non ergo dicit de ſortilegijs uel diuinationibus manifeſtis hæreſim ſapientibus, ſed de diuinationibus & ſortilegijs hęreſim ſapientibus manifeſte, ſecus eſt autē in d.c. quia ibi tex. dicit ꝙ illi conſeruatores defendunt a manifeſtis iniurijs, & uiolentijs, & ideo oportet ꝙ factum ſit notorium, & ſic iniuria & uiolentia notoria, ut ibi dicit gl. quam doctores ſcribentes ſequūtur, & ſi dictum Angeli eſſet uerum eſſet contra iura dicentia, ꝙ inquiſitores poſſunt procedere non ſolum ꝯ hæreticos, ſed & ſuſpectos de hæreſi. & ſic ſiue illa verba ſeu facta hæreticalia ſint manifeſta ſiue occulta, ut eſt tex. in clem. prima. de 69 hæreti. Aduerte † etiam ſi forſam dici poſſet, quod ex nullo dicto, uel facto hæreſim ſapiente manifeſte poteſt quis ut hęreticus damnari, cum aliquando hæc poſſunt procedere, uel ex concupiſcentia, & non ex infidelitate, ut eſt contractus duarum, uel plurium nuptiarum, aliquando ex cupiditate aſſequendi aliquid a dæmone, puta inuenire theſauros in terra abſconditos, pacto tacito, uel expreſſo inito cum dæmone, vel ex alia ſimili cauſa quæ adaptari poſſet ſecundum occurrentiam caſuum, prout ſapientia iudicis poterit conſiderare. Et ideo valde inquirendum eſt de cauſa & intentione Rei accuſati, & ſi ex errore uel fidei peruerſitate hoc feciſſe, uel dixiſſe conuincatur ex confeſſione propria, uel conuictus ſit euidentia facti, prout talia ſic probantur in c. ad abolendam. in prin. & ibi glo. in verbo depræhenſus, de hæreti. tunc talis ut hæreticus eſt iudicandus, ſi uero ex alia cauſa, puta concupiſcentia ſeu cupiditate, ut uiliſsimus peccator, & ideo talis non inuentus hæreticus, nec de hæreſi ſuſpectus ab ordinarijs dehoneſtari ſolet, puta ſi ꝯxit binas uel plures nuptias uxorum ſimul viuentium, uiro ſcinduntur panni ante & retro, etiam ſi ſit mulier crinibus inciſis ad maiorem ignominiam, ut dicit gloſſ. in cap. De Benedicto. 32. q. j. Abbas in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimoninm quam polluit per adulte. Aliquando poteſt iſte, ut ſuſpectus de hæreſi iudicari, ſi ſuſpitio talis contra eum inſurgat, & ut ſuſpecto abiuratio indici poſſet iuxta qualitatem ſuſpitionis, ut in c. Accuſatus. in prin. de hæreti. lib. 6. c. literas. de præſumptio. Sic ergo inferendo ex præmiſsis in propoſito, nam ex hoc contractu pluriū nuptiarum hæreſim manifeſte ſapiente, Sequitur malus aut prauus ſenſus de ſacramentis Eccleſiæ, quod male ſeu praue ſentire de dictis ſacramentis eſt hæreſis manifeſta. c. ad abolendam. in prin. de hæreti. & d. ca. Accuſatus. §. cum uero, & ſacra ſcriptura clare decidat matrimonium

eſſe coniunctionem indiuiduam unius cum una, & non plurium, cuius contrarium ſentire eſt hæreſis manifeſta, vt late ſupra fuit comprobatum. Ex quo ſequitur quòd ſumus in terminis.d.§.ſane. quia ſicut Inquiſitor ſe intromittit de ſortilegijs, & diuinationibus ſapientibus hæreſim manifeſte,ut in d.§. ſic pari ratione de hoc crimine quod contrahitur cõtrahendo cum pluribus uxoribus ſimul viuentibus, & contra huiuſmodi nuptias contrahentes poteſt procedi,ut contra ſuſpectos de hæreſi, vt
70 proxime dixi. Secundo † non obſtat, quòd hij contrahentes, vt plurimum ſunt idiotæ & ruſtici, & excuſantur ab hæreſi, iuxta illud Innocentij in d.c. firmiter,cum alijs.quia dico ꝙ dictum Innocentij non ſic ſimpliciter eſt intelligendum,ut uulgus allegat,ſed cum grano ſalis legendũ, & allegandum, primo quidem loquitur in his quæ ſunt de apicibus fidei ſcilicet de tribus perſonis in Trinitate(quæ Deus eſt) atteſtante Auguſt. lib.x.de Trinitate.ca.3.ꝙ in ijs nihil periculoſius alicubi erratur,nec laborioſius aliquid quæritur,nec fructuoſius aliquid inuenitur. Secundo loquitur quando quis errat motus aliqua ratione naturali, puta quòd in Diuinis Pater maior uel prior ſit Filio, uel ꝙ tres perſonæ in Trinitate ſunt tres res a ſe inuicem diſtantes, quod non eſt in propoſito,nam error iſte ꝙ quis poſſit duas vxores ſimul ſuperſtites habere eſt ſupinus,tũ quia notum eſt chriſtianum non poſſe habere plures vxores, ſed vnam tantum,tùm etiam, quia hoc peccatum ſiue hic error eſt in his quæ ſunt de iure naturali, vt ſupra eſt probatum, & ideo non cadit ignorantia, quo caſu non habet locum dictum Inno. prout euidenter hoc ſentit Car di.Zaba.in clem. I.§.porro.col. fi.de ſumma Trini.& fide.catho. Adeo
71 † ꝙ licet minoribus licitum ſit ignorare iura poſitiua, non tamen iura diuina,nec naturalia.l. 2.C. de in ius uocando.c.qui in ea.38.diſtinct.& ſic minor ætas non excuſatur in ſacramentis, & articulis fidei, in his enim par uicium eſt decipere,& decipi poſſe, ut ſcribit Ioan. de Ana. in c.ex literarum.de apoſta. hinc dicit Specu.in titu. de ſumma Trini.& fide catho.ꝙ ignorantia iuris naturalis neminem excuſat. Immo ignorãs id ignorabitur etiam ſi ſit paganus,uel homo ſilueſter ſemper in montanis nutritus, ita ꝙ nunquam ad eum prædicatio perueneritt, idem dicit Car. in clem.j.de conſangui.& affini.q.6.

Ex quibus infero, quòd dictum Salyc.in dict. l. eum qui duas. loquitur quo ad repetitionem dotis, & ſic loquitur gloſſ. in dict. l. auunculo, non autem quo ad pœnam criminis, quia quo ad hoc remittit ſe ad gloſſ. & doctores in l.qui contra. C. de inceſtis nuptijs, & ideo quo ad pęnam criminis quæ eſt farrago noſtra dicendum eſt, ignorantia iuris naturalis præſertim non excuſat, ſicut ignorantia iuris non

excuſat

excuſat ab inceſtus pœna, l. ſi adulterium cum inceſtu. in princip. ubi Bar. ff. de adulterijs, nec a pœna nullitatis matrimonij. l. j. C. de interdicto matrimo. ut inquit Bart. quem doctores ſequuntur in l. auunculo. ff. de conditio ſine cauſa, nec præſumitur ignorantia huius iuris quod omnes ſciunt. l. pignus ff. de pigno. actio. & Saly. ſcribit in d. l. eum qui
72 duas. col. 2. Secus† eſſet ſi ius in hoc eſſet dubium, quia ignorantia iuris dubij æquiparatur ignorantiæ facti alieni, ut dicit glo. Ioan. Andre. & doctor. in capitulo. primo. de poſtula. præla. lib. 6. ut ſcribit Phi. Corneus in conſi. 181. incipien. uiſa copia. col. penu. lib. 3. facit gloſſ. & quæ ibi dicit Abbas in capitulo. caſtellanus. col. pe. de ferijs. D. Iaſon in l. admonendi.
73 in lectu. in 13. col. uerſi. conſidera. de iureiuran. Tertio† non obſtat quod dicit Abbas in d. c. cum haberet, & quòd appellatione iudicis ſimpliciter intelligitur de ordinario, quia dico quòd Abbas non exprimit an ad ordinarium, uel ad Inquiſitorem ſpectet punitio, & ideo argui non poteſt ꝙ ad ſolum ordinarium ſpectet, cum crimen hæreſis ſit Eccleſiaſticũ, & ad inquiſitorẽ ſpectat de eo cognoſcere, ut in capitu. ut inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. præterea uerba debent intelligi ſecundum materiam de qua habetur ſermo. l. ſi uno. ff. loca. in prin. l. inſulam. ff. de præſcriptis uerbis. capitulo. conſtitutus. de religio. domi. & ſicut appellatione iuriſdictionis ſimpliciter intelligitur etiam de delegata, ut ſcribit Alexan. poſt glo. in rubr. de iuriſd. omnium iud. & Decius ſequitur, ſic & appellatione iudicis ſimpliciter, etiam delegatus comprehenditur, & facit titulus de iuriſd. omnium iudicum, nam in proſecutione tractatur ibi de iudicibus delegatis ſicut de ordinarijs, ꝙ autem materia conueniat ut inquiſitor etiam comprehendatur appellatione iudicis Eccleſiaſtici, hoc ſatis eſt ſupra deductum, & ideo Abbas loquens de iudice Eccleſiaſtico non excludit inquiſitorem hæreticæ prauitatis, ex quo materia eſt conueniens utrique, inquiſitori. ſ. & ordinario. arg. in c. j. de conſt. facit. c. nullus iudicum, & quæ ibi ſcribunt moderni & Marian. Soc. de foro competen-
74 ti. Quarto† non obſtat ꝙ punitio huiuſmodi contrahẽtium uideatur ſpectare ad ſecularem iudicem, ut in l. eum qui duas. C. de adulterijs. quia reſpondeo ꝙ forſam non eſſet inconueniens dicere hoc crimen eſſe mixti fori, ſi non eſſet annexa illi aliqua qualitas quæ faceret illud eſſe fori Eccleſiaſtici, puta, quia ille contractus saperet hæreſim, uel contrahens uideretur male ſentire de ſacramentis, quia talis qualitas faceret illud crimen eſſe mere Eccleſiaſticum, & ſic ſpectaret ad iudices Eccleſiaſticos, ut in d. §. prohibemus. ſecus ergo ſi illa qualitas nõ eſſet, ut patet in crimine ſortilegij & diuinationis, quod ſi non ſapit manifeſtã hęreſim, eſt crimen mixti fori, nam licet Eccleſia de hoc crimine cognoſcat, ut eſt tex. iuncta

glo.in c.contra idolorum.21.q. v.& in c. Epiſcopi.ea. cau.& quæſt.ca.
j.& c.ex tuarum. de ſortilegijs, nihilominus etiam leges ciuiles contra
tales grauiores pœnas imponunt, ut toto tit. C.de maleficis,& Mathæ.
ut concludit Marian. Soci. in ca.cum ſit generale.colum. penul. de foro
competen. & propterea tex. in c. Accuſatus,§.ſane,de hæreti.lib. vj.non
dicit,quòd inquiſitores remittant ſortilegos & diuinatores,quando eo-
rum delicta non ſaperent hæreſim manifeſtam, Epiſcopis ſeu diœceſa-
nis, ſed ſuis iudicibus puniendos, ſatis innuens, ꝙ præter Epiſcopos iu-
dices ſeculares ſunt iudices horum ſortilegorum, & diuinatorum, ſecu-
laris enim iudex poteſt imponere ſuam pœnam ciuilem contra tales, fa
cit.c. Rex.23.q.v.& proprie in propoſito dici poteſt,voluntas & propo
ſitum diſtingunt maleficia. ca.cum uoluntate,de ſententia excommuni-
ca.l. Diuus.ff.ad legem Corne. de ſicca. ut dicit Ioan. Andre. in titu. de
ſortilegijs.in addi. ad Specul. Oldra.in conſi.ccx. Regularis habet tradi-
75 tio. Nec † impedit mixturam fori, quòd peccatum ſit contra ius natu-
rale,ut patet in crimine contra naturam de quo cognoſcit Papa, ut eſt
tex.in c. clerici.de exceſsi. prælatorum,per quem tex. dicit ibi Abbas, ꝙ
qualitercunque homines peccent contra naturam, uel in actu uenereo,
uel adorando idola, uel alio modo contra naturam,ſemper Eccleſia po
teſt iuriſdictionem exercere in laycos, itaque erit crimen mixti fori, ut
ſentit Inno. in c. quod ſuper his, de uoto,ubi dicit, ꝙ etiam contra infi-
deles hoc peccato peccantes Eccleſia iuriſdictionem exercet, nam &
Deus illos homines peſsimos puniuit. Gene.19. & eodem modo poteſt
eius uicarius, nam ex tali peccato læditur ipſe Deus ipſius naturæ au-
thor,& ideo Eccleſia punit uſurarios, & non fures, ſeu latrones,quia v-
ſurarij peccant contra naturam facientes germinare pecuniam, quæ na-
turaliter non germinat,ut dicit Ioan. Monachi.in cap.1. de uſuris.lib.6.
cognoſcit etiam de hoc crimine iudex ſecularis, ut leges ciuiles grauius
hoc crimen puniunt,vt in l.cum uir.C.de adult.& in §. Item lex Iulia. in-
ſtitu.de publi.iudi.& in authen. ut non luxu. homines contra naturam.
coll.6.& non immerito, quia,ut dicit Ariſto. in 7. Ethicorum, luxuria
contra naturam non eſt humana ſed beſtialis.refert. S. Tho.in 4. diſtin.
41.q.j.arti.4. quæſtiuncula. 2. quòd crimen impedit ordinis exequtio-
nem poſt peractam pœnitentiam, ut dicit Anto.de Butri.in ca.niſi cum
pridem.in prin.col.fi. de renuncia. & latius ſcribit Franſ.de Aretio.in c.
cum non ab homine.col.xj. de iudicijs, propter quod uenit ira in filios
diffidentiæ.c.clerici,de exceſsi.prælato.c.ut clericorum. de uita & hone-
ſta. cleri. & ſicut in ſpeculatiuis error circa ea quorum cognitio eſt ho-
mini naturaliter indita,eſt grauiſsimus, & turpiſsimus. Ita in agendis,

agere

agere contra ea quæ ſunt ſecundum naturam determinata, eſt grauiſſimum,& turpiſſimum, ut dicit. S. Tho. loquens de hoc crimine in 2. 2. q.154.arti.12.& ſic patet dictum crimen eſſe mixti fori, quia iudex Eccleſiaſticus poteſt contra tales etiam laycos procedere & caſtigare, ut patet in d. c. clerici, & idem poteſt iudex ſecularis, ſicut enim Deus illos peſſimos ſodomitas puniuit Gene. 19. ſic eius uicarius poteſt, ut dixi, per conſequens etiam prælati qui ſunt aſſumpti in partem ſollicitudinis, & ideo erit locus præuentioni, ut dicit Abbas in c.in Archiepiſcopatu. de raptoribus, & licet ibi recepiſſent illi plati delegationẽ a Rege ſuper hoc crimine,hoc ideo erat, quia de facto contra tales non exercebãt iuriſdictionem,poterat tamen hoc facere iure proprio,ut ibi per eũ. facit quod habetur in c.poſtulaſti,de iudæis.ſequitur Ioan.de Ana. in d. c.in Archiepiſcopatu.col.fi. & ex prædictis ſatis iuſtificatur breue Clementis.7. Moderni Pontificis, in quo committit inquiſitoribus hæreticæ prauitatis Regnorum Aragoniæ,Valentiæ,& Principatus Cathaloniæ facultatem, & iuriſdictionem procedendi contra infamatos de hoc crimine indicibile,per viam inquiſitionis,denunciationis, uel accuſatio-
76 nis, ut in eo latius continetur. Et † per hæc dici poſſet delictum horum contrahentium binas uel plures nuptias vxorum ſimul viuentium eſſe mixti fori.ſ.eccleſiaſtici & ſecularis, & conſequenter eſſe locum præuentioni,& ideo dicta in quarto contrario locum ſibi uendicare, & quia inſtante horum temporum malignitate morbus iſte multum inualeſcit, ſi uera foret opinio Ludo. Roma. quam ſupra retuli, quòd ij contrahentes pœna capitis poſſent puniri. Multum conduceret reipublicæ, ut ij ſub prætextu ſacramenti matrimonij deceptores mulierũ, & forſam puellarum & uirginum capite punirentur,cum multis craſſantibus exemplo opus ſit.l. Aut facta.§.nonnunquam. ff. de pœ. ut alij eorum exemplo perterriti a finibus arceantur.c.clericos.de coha.cleric.uel mulie. & uindicta de crimine cederet in aliorum exemplum.l.moueor. C.ſi ſeruus export.uene.l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœn. Specu. in titu.de accuſatio.§.2.uerſ. extraordinarium, & ne huius facti peruerſitas tranſeat præſumptoribus in exemplũ. c. tanta,de exceſſib. prælato. pœna enim quæ ab eccleſiaſtico iudice ijs infertur, carceris, puta aut verberum,uel exilij,ſeu dehoneſtationis ſcalæ,uel mitræ,cedit in deriſum, nam nullus metu huius pœnæ abſtinet ſe ab huiuſmodi flagicio, vt docet experientia, nam dum eſſem inquiſitor in Regno Maioricarum & ſucceſſiue in regno Valentiæ, fuerunt recepti plures, qui quatuor & quinque uxores ſuperſtites habebant,& pœna quæ ijs inferebatur ob hoc delictum contemptibilis erat apud eos, & nulli cedebat in exemplum,& cum contra

iſtos de iure canonico certa pœna non eſt ſtatuta, deberet infligi pœna quæ magis timetur ad reprimendam hominum audaciam, & ne talia cõ mittantur a multiſperſonis ad hoc aptis, deberet pœna exacerbari, ut eſt tex.ad hoc, & ibi notat Bart.in d.§. nonnunquam, & ſi fuiſſem iudex Eccleſiaſticus nunquam huiuſmodi malefactores repeterem in meum forum a iudice ſeculari,niſi mihi euidenter cõſtaret, illos male de ſacramentis Eccleſiæ ſenſiſſe,aut clericali priuilegio inſignitos eſſe. committuntur enim hijs, ut plurimum,adulteria, ſtrupa, & raptus, contra quos leges ciuiles, ſeu ſtatuta terrarum grauiores pœnas imponunt, quàm à iudicibus eccleſiaſticis imponi canonice poſſent, ſecundum leges vero Caſtellæ contrahentes binas nuptias uxorum ſimul viuentium, & econtra ſignantur in fronte cum ferro ignito cum ſigno, quod fuit ordinatum a Ioanne primo Rege Caſtellæ, ut ab omnibus cognoſcantur,contra legem quæ prohibet quem in facie bullari, quæ ad ſimilitudinem pulcritudinis cœli eſt figurata.l.ſi quis in metallum.C.de pœnis.quia frons non eſt de facie,vt ibi dicit Ange.& Areti.in tracta.malefi. in verbo, in facie,& Bal.in Rubri.C.de vindicta liber.cõcludendo igitur dico, quòd ſi in hoc delicto non ſubeſt notorie aliqua qualitas quæ tribuat iuriſdictionem Eccleſiæ,puta ſuſpitio hæreſis, layci a ſeculari,clerici uero ab eccleſiaſtico iudice puniri poſſunt. facit.c.2. de iure iu.lib.6. & ca.cauſam,qui filij ſint legi.Abbas.& alij in d.c.cum ſit generale.col.fi. de foro compe. & hæc dicta cenſeantur ſub præuia proteſtatione. Quinto
77 † & vltimo,Nõ obſtat ꝙ iſte caſus non videatur ſpectare aliquo modo ad inquiſitores, cum contrahens non videatur male de fide ſentire &c. dico ad ſolutionem eſſe præmittendum,quando dicatur contractus palam fieri,& quando clam, contractus palam fieri dicitur qui fit præſentibus conſanguineis,vel amicis,vel præſente iudice.ut dicit Bart. in l. frater a fratre.col.15.uerſ.quæro.ff.de condictio.indebi. ſequitur Alex. in l.tranſactionem.in fi.C. de tranſactio. & de conſanguineis facit gloſ. & quod ibi Bal.in l.Polla.C. de his qui.ut indig.quæ uoluit quòd factum a tutore præſentibus coniunctis pupilli uidetur bona fide factum, idem Bal.in c.j.in prin.col.2.qui.feu.& de authoritate iudicis facit quod uot. Bal.in c.ſicut.circa finem.uerſ.Item quæro, de re iudi.dum inquit, quòd interueniente decreto iudicis actus utiliter factus præſumitur.idem Bal. in d.c.j.uerſi.quærit Iacobus.cum alijs,ut ſcribit Alexan.in conſi. lxxix. circa primum,col.6.lib.1. cum ſimilibus.ut tradit Decius in c.quoniam contra.col.26.de probatio.Et palam dicitur factum aliquid in teſtamento, quando ex uerbis appoſitis in eo uel in codicillis legentes poſſunt certificari, ut dicit Barto.in l.non intelligitur. §. 1. ff.ſi certum peta.&

quod

quod ſit coram pluribus palam dicitur factum.l.palam.ff.de ritu nup.l. hæredes palã.in prin.ff.de teſta.l.ſed & ſi.§.proſcribere.ff.de inſti.actio. glo.in c.biduum.§.palam.2.q.6.glo.in l.j.C.de in integ.reſt.Saly.in l.ea quidem.21.col.uerſi.6.quæro.C.de accuſa.Bal.in l.de minore.§.tormẽ ta.ff.de quæſtio.& quod ſit palam præſumitur iuſte fieri.l. cum ipſe. C. de contrahen.emptio.& alia circa dictionem palam,uide Alberi.de Roſate in ſuo dictionario,in uerbo,palam,& demum,palam, multis modis dicitur,ſcribitur per aliquos moderniores in l. palã.ff.de uerbo.ſigni. & palam dicitur fieri quod ſit coram pluribus,uel duobus,publice uero coram populo,ut traditur per Saly.in d.l.ea quidem.car.pen.& in d. §. tor-
78 menta.Clam † vero dicitur quod taliter ſit, ꝙ non poſſit uenire in notitiam eius cuius interſit,ut notat Bart. in l.2.C.de ijs qui. ex publi.ratio. l.3.§.ſin.ff.quod ui aut clam.fieri dicitur clam, quod ſit ſine authoritate principis uel iudicis,quæ requiritur,ut dicit Bar.in d.l.ij.& l.j.C.de præ. curia.lib.x.glo.in uerbo clandeſtina.in c.ſi.de clande.deſpo. & clam dicitur fieri quando iniungitur teſtibus & notario ꝙ rem teneant ſecretã, ut no.Bar.in l.in fraudem.in prin.C.de ijs. qui.ut indig. & quando quis facit actum per interpoſitam perſonam,clam facere dicitur.Bar.in l.pupilla.§.ſi.ff.de aut.tutorum,& clandeſtinum dicitur delictum,ſi de nocte committatur,notat Bal.in l.cum fratrem.C.de ijs,quibus ut indi.Ange. in l.j.§.occiſorum.ff. ad ſilla.Fely.in c.conſului.de offi. deleg. plura tradit,& in c.cum quidam.de iureiur.& demum clã dicitur multis alijs modis fieri,ut ſcribit Alex.& poſt eum moderni in l.clam poſſidere.ff.de ac qui.poſſe.

79 HIS † PRAEMISSIS,ſubintrat dubiũ,An peius ſit peccare palam, q̃ clam,& quid inferatur ex parte peccantis,an dolus,uel error,ut ad ſolutionem contrarij pergamus.Iacobus Butri.in l.nemo.C. de ſumma Trini.diſtinguit,dicens,aut tractamus de cauſa delicti,aut de effectu,hoc eſt dicere,aut de animo delinquentis, aut uero de eo quod efficit delictum, Si de animo,& ſumus in his quæ ſunt de genere prohibitorum, tunc dicẽ dum eſt, ꝙ ſi de eo conſtat quòd doloſo animo fecerit ideſt ſciens quòd ipſe faciebat contra legem hoc prohibentem, & non obſtante hac ſcientia ipſe perpetrauit illud maleficium, & tunc ſiue commiſerit delictum clam ſiue palam non eſt differentia, ut patet in homicidio clam commiſſo, in furto, & in alijs delictis, quæ clam committi poſſunt, nam tales puniuntur pœna naturali ipſius delicti, ſicut ſi palam commiſſum fuiſſet. capitulo. primo. de præſumptio. immo aliquando grauius,quia atrocius eſt uenenare hominem quàm gladio occidere. l. j. C. de maleficis & mathema. & non eſt ideo maius delictum quia ſit clam,

ſed

ſed quia habet in ſe proditionem, ut ibi, & licet rapina magis puniatur, q̃ furtum, non eſt ideo quia palam fit, ſed quia habet in ſe uiolentiam. l. j. ff. de ui. bono. rapto. & l. ſi quis in tantam. C. unde ui, & idem ius eſt quã do dubitamus de animo, an fuerit doloſus uel culpoſus, quando ſumus in delictis, tunc in dubio animus doloſus præſumitur, niſi abſentia doli probetur, & ideo non eſt differentia ſiue clam, ſiue palam delictum com mittatur. l. j. C. de ſicca. & l. ſi quis fumo. ff. ad leg. acqui. Si uero ſumus in hijs quæ ſunt de genere permiſſorum, in ſpecie tamen ſunt prohibita, ut matrimonium, & tunc aut fiunt clam, & præſumitur dolus, aut palam, & tunc non præſumitur dolus, ſed error. l. non exiſtimo. ff. de admin. tutorũ & l. qui ſine. ff. de nego. geſtis. l. ſi. ff. de ritu nup. & hinc ſequitur, ꝙ ſi fra ter profeſſus exiuit ordinem, & accepit uxorem palam, ꝙ præſumitur er rare, & ideo Inquiſitor poteſt contra eum procedere, ſi uero clam, præſu mitur in dolo eſſe, & ideo ad Inquiſitores non ſpectat cognitio. Si uero tractamus de effectu delicti, tunc ratione mali exempli quod ex delicto ſequitur peius eſt peccare palam, q̃ clam, & hanc theoricam Iaco. Butri. ſequuntur Cy. Alberi. de Roſate, Saly. & Pau. de Caſt. in d. l. nemo. Abbas in ca. cum quidam. de iureiurando, ubi quis punitur magis ratione mali exempli, & in c. de homine. de cele. miſſa. Et licet Doctores communiter tranſeant cum dicto Iacobo Butriga. tamen quo ad propoſitum noſtrum dicendum eſt non referre quo ad delicti pœnam, vel ſuſpitionem hære ſis, loquendo de cauſa delicti, id eſt de animo delinquentis, an iſte qui plu res ducit vxores ſuperſtites, contraxit nuptias clã, uel palam, & pro elu cidatione huius propoſitionis facio tres concluſiones. Prima eſt, ꝙ palã contrahens binas uel plures nuptias uxorum ſimul uiuentium uidetur eſ ſe in errore, & ſic male ſentire de ſacramento matrimonij. Secunda eſt, ꝙ idem eſt cenſendum de eo qui clam contraxit. Tertia eſt, ꝙ pœna ma gis eſt exaſperanda in palam contrahente, q̃ in clam, ratione maioris con temptus & ſcandali, & maior ſuſpitio hæreſis generabitur ex manifeſto contractu, quàm ex clanculario, & quo ad ſuſpitionem hæreſis reſultan tem ex dicto contractu, non facio differentiam quo ad primas duas con-
80 cluſiones inter dolum & errorem. Et †præmittendo quid ſit dolus & ꝗd ſit error, dico dolum eſſe falſam aſſeuerationem cum intentione fallen di. l. j. §. dolũ. ff. de dolo, & Cy. in l. præſcriptione. C. ſi contra. ius. uel uti li. publi. Soc. in conſi. 159. in præſenti. col. 4. lib. j. Vel ſecundum Labeo nem, dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circunue niendum, fallendum & decipiendum alterum adhibita, & approbat Vul pianus hanc diffinitionem in d. §. dolum, & dolus eſt malicia prorumpẽs in damnum alterius. ut dicit Bal. in l. quæ fortuitis caſibus col. 3. C. de pi-

gno.

gno.actio.& dolus committitur clam,& palam,fraus vero palam.l.iuris gentium.§.dolo.ff.de pactis.& l.1.ff.de in litem iura.ut tradit Alberi. de Roſate in ſuo dictionario.in verbo.dolus.& ſecũdum.S.Tho.2.2.q.55. art.4.Dolus eſt exequutio aſtutiæ,qua excogitatæ fuerunt viæ non bonæ ad exequendum aliquem finem bonum vel malum. Error autem eſt applicatio animi ad falſum,vt dicit Bal.in l.quidam.colu.v.C.de iure delibe.& errare eſt aliquid pro alio putare,uel falſum pro uero putare,ſecũdum Auguſt.& colligitur ex.c.j.lib.j.de Trinit.& c.quis.38.diſt.cap. in quibus.22.q.2.&qui errat dolo caret,vt probatur in l.2.§.ſi publicanus. ff.vi.bono.rapto.ut notat Bal.in l.etiam.C.de furtis.

81 HIS † PRAEMISSIS, Quo ad primam concluſionem dico, ꝙ palam contrahens nuptias cum pluribus ſimul uiuentibus cenſetur eſſe in errore,hoc eſt quia præſumitur,quòd putat ſibi licere, ut eſt tex.in l.fi. ff.de ritu nup. vbi dicitur quòd ſiquis duxerit uxorem conſanguineã uel collateralem affinem in gradu vetito palam.ut errans punitur. nõ autem ut contumax.i.vt doloſus,& quia palam fecit leuius punitur, quàm ſi clam,nam ſi clam dolo uideretur feciſſe,& ideo grauius puniretur. Et aduerte,quia.d.l.fundatur quando dubitatur, an contraxerit ſciens, uel ignorans,nam ſi ſciens contraxerit,non eſt differentia an clam contraxerit uel palam,quia æqualiter punietur,ut ibi dicit gl.& bene.quam ibi tenet Saly.& ſic in his quæ ſunt de genere permiſſorũ, ſi in ſpecie ſunt prohibita plus punitur faciens delictum clam, q̃ palam, quia in eo eſt præſumptio maioris doli,& pro hoc facit tex.in l.non exiſtimo. ff. de admi. tuto.l.pupillus.§.ſane ſiquidem.ff.de authori. tuto.l.uxor. C.de repu.l. non intelligitur.in prin.& §.ſi quis palam.ff.de iure fiſci, & hanc concluſionem tenet Iaco.Bu.in d.l.nemo.quem ſequuntur Cy.Alberi. de Roſa.& Saly.& Abbas in d.c.cum quidam,& in d.c.de homine. Aduerte tamen,ꝙ Bal.ſubtiliter in d.l.nemo.dicit,ꝙ conſequentia quam facit Iac. ibi ſibi non placet,facit palam concluſionem errare,& ideo dicit ꝙ illud errare eſt ad excluſionem delicti,non autem ad incluſionem,Bal.nõ pro

82 bat qualiter illa conſequentia non teneat.Et † ideo dicendum eſt, ꝙ illa conſequentia Iacob. Butrigarij ſubſtineri poteſt ex duplici præſumptione,prima, quia cum exiſtentes in ciuitate præſumantur ſcire ea quæ palam fiunt in loco ut dixit Abbas in c.cum in tua.qui matri.accuſa. poſſ. l.ſi tutor petitus.ubi Bar.notat.C.de peri.tuto.cle.unica.§.fi.de conceſſi. præben.& quilibet de prouincia præſumitur ſcire illud quod publice factũ eſt in parte prouinciæ,ut ſcribit Abbas in c.j.col.3.de poſtu.præla. & receptans bannitum non excuſatur propter ignorantiam quando erat notorium in ciuitate ꝙ erat bannitus. ſecundum Bart. in l. omnes.C.de

agri.

agri & cenſi.lib. 11.præſertim illi qui habent purgare prouinciam malis, in quibus non præſumitur ignorantia,vt dicit Bal.in l.j.C. ad macedo. niſi probetur diligens inquiſitio, vt dicit idem Bal.in l.fi. C. de teſtibus. ideo non præſumitur, ꝙ palam contrahens vellet delinquere & ſe exponere periculo ut deprehendatur in delicto,& ſit immemor propriæ ſalu-
83 tis.l.ſancimus.C.ad.l.iuliam repet.Secunda ſeſt,quia in dubijs non præſumitur quis uelle delinquere.l.merito.ff.pro ſocio.Bar.in l.non ſolum. §.ſed ut probari.ff.de operi.no.nuncia.Abbas in c.cõſtitutus.col.j.de reſcrip.Bal.in l.j.col.2.verſi.circa ordinem.ff.ſolu.matri.cum alijs, ut ſcribit Decius in c.in præſentia.col.7.de probatio.Vnde extante hac duplici iuris præſumptione potius præſumendus eſt error q̃ dolus,quia errantes mitius puniuntur,quàm doloſi,ut in d.l.fi.& ſic conſequentia Iaco.But. ſubſtineri poteſt.Et in eo quod Bal.dicit ꝙ illud errare eſt ad excluſionẽ delicti non autem ad incluſionem. Dico ꝙ ſi dictum Baldi referatur ẽt ad caſum dictæ legis ſi.uerſ.ſi uero.ff.de ritu nup.eſt dubitabile,quia ibi mitius punitur errãs q̃ doloſus,ſed in caſu ſuſpitionis hæreſis de qua agitur,ex eo ꝙ palam contrahit,illud errare includit omnino delictũ & non excludit,quia in his quæ fidei ſunt non multum diſtant a vicio, vel decipere poſſe,vel decipi.c.ſi cupis.iuncta glo. 16.q.j. & hæreſis non eſt ſine errore,ut dicit Bal.in d.l.nemo.

84 Et ideo reſolutorie dic,ꝙ error poteſt capi dupliciter, aut eſt error facti,aut error iuris,ſi eſt error facti, puta quia contrahens ignorabat illam mulierem,cum qua contrahit eſſe ſibi affinem, uel conſanguineam. uel illam alium virum habere,& contrahit cum illa palam, iſte eſt in errore facti, & talis error excludit delictum a ſic contrahente, & proprie eſt ſine aliquo ſcrupulo,procedit d.l.fi.in verſi.ſi vero.quia errans non cõſentit.l. ſi per errorẽ.ff.de iuriſd. omnium iud. & error facti dicitur eſſe iuſtus,ut probatur in §.ſi quis agens.inſt. de actio.& propterea dicimus uulgo,ꝙ factum prudentiſsimos fallit,ut in l.2.ff.de iur.& facti igno.& intelligo hoc de errore facti alieni, prout eſt conſideranda conſanguinitas,uel affinitas ab alio cauſata, licet facta coniunctorum præſumamur ſcire quando noſcimus illos.l.octaui.ff.unde.cogna.& l. de tutela. C.de in integr.reſti.ut ſcribunt omnes in l.Titius.§.Lucius.ff.de libe.& poſth. ut dicit Card.in c.& ſi neceſſe.de dona.inter uirum & uxorem.

85 Secus uero eſſet ſi allegaretur error facti proprij,quia forſan diceretur,ꝙ ipſe ignorabat, uel non recordabatur ſe alias nuptias contraxiſſe, quia talis error in facto proprio non eſſet tollerabilis.l.quamquàm.ff.ad uelle.l.plurimũm.ff.de iur.& fa.igno.iuncta.l.fi.ff.pro ſocio.& glo.2.in l.ſi quis delegauerit.ff.de noua.cõtractus enim matrimonij eſt notabile

factum

factum & graue,& ignorantia non cadit.c.cum illorũ de ſent.excom. no tant Ant.de Bu.& alij in c.ab excõicato,de reſcri. & talis error facti alie ni ideo forſam aliqualiter punitur in d.l.fi. quia debuit contrahens inueſtigare conditionẽ illius cũ qua contrahebat.l.qui cũ alio.ff. de reg.iuris. Bal.in l.inciuile.C.de fur.Rapha.Cuma.in conſi.26.cũ ſtatutũ.col. j. cũ alijs,ut tradit Decius in d.l.qui cũ alio,& Card.in cle.j.q.v.de cõſang. & affi.& propter hoc contrahens ẽt palã,ut errans punitur leuius,q̃ contra
86 hens clã.Et † hoc inquit illud comparatiuũ,leuius,quod pręſupponit ſuũ poſitiuũ,& participat de utroq;,ſed de uno magis q̃ de alio.facit.l.ubi au tem non apparet.in prin.ff.de uerb.oblig.Bar.in l.cũ filius.§. pater. ff. de leg.2.Bal.in l.2.C.de proba.& ibi põt ẽt poni pro ſuo poſitiuo,ut leuius, i.leuiter,grauius,i.grauiter,ut benignius.i.benigne.in l.benignus.ff.de le gib.Alberi.de Roſate ſcribit in l.j.C.de dolo,&ſic comparatiuũ & ſuper latiuũ aliquando non retinent uim comparatiui,nec ſuperlatiui,ſed poſi tiui,ut tradit Alber.in l.cũ pater.§.rogo.ff.de leg.2.& moderni aliq̃d di
87 cunt in l.iubere cauere.ff.de iuriſd.omniũ iud.Et † ſic patet, ꝙ errans ẽt in facto non excuſatur omnino a pœna in caſu dictæ legis fi. & dictũ Bal di in d.l.nemo, non eſt uerũ ſimpliciter ꝙ omnino excludatur delictu m, quia puniendus eſt dictus ꝯhens,licet leuiter,minuitur.n.delictũ,non au tem omnino excluditur,& ſic excuſatur a tanto non autẽ a tõto,ut in ſimi li dicit Bal.in l.ſeruos.C.ad l.Iuliam de ui publ.ꝓ metus in atrocioribus non excuſat,ſed mitigat,unde non excuſatur ille, qui metu tyrãni occidit aliquẽ,ſed pœna mitigatur, quia non dẽt mori, defenſor enim propriæ ſalutis in nullo peccaſſe uidetur,ut.l.3.C.ad leg.corne. de ſicca. de cuius dicti ueritate plura ſcripſi in meo conſi.22.incipiente quia maximi ponderis eſt.uerſi.quo ad ſecundum dubium.

88 Et † an delinquens in perſona cuius conditionẽ non inueſtigauit puniatur,&ſic eſt attendẽdũ factum,uel opinio delinquentis,ultra tradita in d. l.qui cum alio Fely.plura ſcribit in c.ſi uero,& capitulo. a nobis. de ſenten.excommuni.& hæc quæ dixi in habente errorem facti militant etiam in habente errorem iuris poſitiui,& ſic poteſt intelligi.d.l.fin, uerſic.ſi uero,ut dicit Card.in clemen.j.quæſtio.j.cum ſequen. de conſangui. & affi.Secus uero eſt in errante in iure diuino ſeu naturali,ut quia contraheret cum muliere quæ duci prohibetur iure diuino,ſeu naturali, nam talis ſiue contrahat palam ſiue clam,non eſt differentia,quo ad pœnam,ut eſt text.in dicta.l.fin.in princip.& huiuſmodi ignorantia non excuſat, ut di
89 cit Cardina. in dicta. clementi. 1.quæſtione. 6. In † qua.l. fin. in eius principio,ſi aduertas, fit differentia inter gradus prohibitos iure natura li, & inter prohibitos iure poſitiuo, ut in primo præſumatur ſcien-

tia.l.

tia l.octaui.ff.unde cogna.& l.de tutela.C.de in integrum reſtitu.mino.
cum allegatis in glo. in alijs uero ignorantia ſiue error,qui eo ipſo præſu
mitur,ꝙ palā fecit,& ſtatim cū fuit ſibi dictū,dimiſit,uel erat minor, &
ex his præſumitur iuris error,q̃ allegari debet,& articulari,ut in l.ſi adul-
terium cum inceſtu.§.fratres.& §.inceſtum,ubi notat Bar.ff.de adulte.&
in l.non fatetur,col.4.uerſi.quæro qualiter.ff.de conſe.Bal.in l.uendi. C.
pro empto.& in l.2. C.ſi quis rē mino. & in primo non ſit differentia u-
90 trum palā uel clā fuerit factus contractus ſicut in ſecundo.Ex † quo infe-
ro ad ſecundæ concluſionis deciſionem, quoniam cum cōtractus pluriū
uxorū ſit iure diuino & naturali prohibitus,ut ſupra dixi, ſequitur ꝙ nō
eſt conſtituenda differentia ſiue clā ſiue palā quis binas uel plures nuptias
contrahat ad incurrendā hæreſis ſuſpitionē,quia hæreſes non ſolum palā
committuntur ut probatur in c.hæreticus.ibi,principatus.c.dicit Apoſto
lus.ibi,pertinaci animoſitate defendunt.c.qui in Eccleſia.& c.qui aliorū.
24.q.3.c.fi.in uerbo manifeſte,de hæret.ſed etiam occulte , inde dantur
aliqui,qui ſunt hæretici occulti.glo.in cle.j.de hæret.& in his quæ occul-
te fiunt,minores probationes requiruntur, ut dicit Petrus de Ancha. in c.
in fidei fauorem.in fi.de hæret.lib.6.Abbas in c.præterea.colum.2.uer-
ſi.adde prædictis.de teſtib.Alex.in conſi.53.uiſo themate.lib.2. maxime
noſtris temporibus hæreſes occulte committuntur in his partibus Hyſpa
niæ,cum uideant hæretici emendationē eorum in foribus eſſe,& merito,
quia ſcintilla ignis dum parua eſt extingui debet, ne creſcens totum orbē
incendat.c.reſecandæ.24.q.3.& ideo cognitio huius criminis ad inquiſi
tores ſpectat,ſiue contractus iſte factus fuerit clandeſtine,ſiue manifeſte
quia in utroque caſu contrahens ſuſpitionem hæreſis incurrit ut uideatur
male ſentire de ſacram.Eccleſiæ,iuxta d.ca.ad abolendā.in princ.de hæ-
ret.ut ſupra in diſcurſu huius quæſtionis latiſſime fuit dictū,& hanc deci
ſionē intellige iuxta ea quæ ſupra dixi in reſponſione ad contraria, & er-
ror de quo in d.l.fi.uerſi. ſi uero.erat excuſabilis ; & ſi non in toto tamen
in tanto,Sed error illorum qui contrahunt plures nuptias non eſt excuſa-
bilis,quia eſt eorū,quæ ab omnibus ſciuntur,prout eſt in prin.d.l.fi. & li
cet error excuſabilis excuſet a dolo,ut dicit Bal.in d.l.etiam. C.de fur. ut
in d.l.fi.uerſi.ſi uero.facit.l.j.& ibi glo.ff.de condi.indeb.tamē error inex
cuſabilis ut eſt in ijs quæ ſunt prohibita de iure naturali non excuſat a do
lo uero.Dy.in c.ignorantia.de regu.iuris.in 6.Anto.de But.in c.2. de cō
ſti.Alex.de Imo.ſcribit in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd. omnium iud. Vn-
de clā contrahens plures nuptias, & ſi dolo faciat decipiēdo illam cū qua
contrahit ab errore non excuſatur.gl.nota.in l.j.C.de inter. mat.quā ſe-
quuntur ibi Bal.& alij,& moderni in d.l.ſiquis id quod,& Bal.in l. quicū

quę.col.pe.C.de ſer.fugi.cũ alijs,ut ſcribit Fely.in c.cũ quidam.de iure-
91 iur.col.v.Quo ad tertiã uero concluſionẽ dico grauius eſſe puniendos q. contrahunt palam,eo quia magis offendunt rempublicã, tribuentes alijs ſcandalũ,contemnenteſque iudicialem authoritatem, & correctionem paruipendentes,exhibenteſque alijs exemplum,ut dicit glo. in d.l.nemo. in uerbo publicæ,ut ibi ponderat Iaco.But. C.de ſumma Trin. Sequuntur Alberi.de Roſate,& Pau.de Caſtro ibi.Fely.in d.c.cum quidã. Et generaliter de hoc brocardo, an grauius puniatur qui delinquit palã quàm clam.ſcribunt Dy.& Bar.in l.j.§. generaliter.ff. ui bonorum rapto.cum alijs,& Dominus Iaſo.in §.ex maleficiis.col 4.inſtitut. de actionibus.ad quos me refero.

SVMMARIVM.

1 *An mulieres ſtriges uocatæ uadant per uaria loca corporaliter an uero ſpiritualiter.*
2 *Striges unde dicantur.*
3 *Profeßio quam faciunt bruxiæ dæmoni eſt duplex.*
4 *Mulieres faciliores ſunt ad maleficia perpetranda quàm homines.*
5 *Hæreticum an ſit credere quòd mulieres portentur de nocte per uaria terrarum loca.*
6 *Quod mulieres ſtriges moueantur a dæmone de loco ad locum conſiſtit in facto.*
7 *Opinio quæ fauet animæ in dubio tenenda eſt.*
8 *Harum mulierum tranſlatio de loco ad locum uidetur longe a uerisimili,ſi modus transferendi aduertatur.*
9 *Argumentum a ſimili quando habeat locum.*
10 *Fœminæ quare potius inuoluuntur hoc crimine maleficiorum quàm homines.*
11 *Fœminis facilius iura ſubueniunt propter eorum fragilitatem.*
12 *Iura loquentia in aliquibus expreßis habent etiam locum in non expreßis in quibus militat eadem ratio.*
13 *Hæreticum non eſt credere quòd mulieres portentur de nocte a dæmone per uaria terrarum ſpatia.*
14 *Mulieri uetulæ dicenti ſe faſcinaſſe aliquos pueros eſt credendum.*
15 *Mulieri bruxiæ dicenti ſe occidiſſe infantes de nocte credendum eſt.*
16 *Dæmones Deo permittente poſſunt mouere grandines & tempeſtates in aere.*
17 *Mulier malefica in multis poteſt lædere homines etiam ſanctos.*

Maleficiari

18 *Maleficiari poſſunt homines ut non poſſint facere aliquos actus carnales quos alias poſſent facere.*
19 *Maleficiorum pacta cum dæmonibus appoſitis ſignis.*
20 *Occaſionem damni dans punitur.*
21 *Malefica punitur licet dæmon operetur.*
22 *Incubi & ſuccubi quomodo inducunt homines ad peccandum.*
23 *Incubi & ſuccubi quare exercent illos actus circa homines & mulieres.*
24 *Maleficas portari a dæmone corporaliter uel illudi mentaliter, utrumque poſsibile eſt, & eſt concluſio quæſtionis.*
25 *Verba cui non conueniunt, nec eius diſpoſitio conuenit.*
26 *Ars magica continet opera fallacia.*
27 *Confeſsioni accuſati ſi teſtibus comprobatur ſtandum eſt.*
28 *Præſumptio iuris & de iure tollitur per confeſsionem partis dicentis factum aliter ſe habere.*
29 *Confeſsio eſt probatio probata, ſicut inſtrumentum.*
30 *Præſumptio non facti tollitur cum apparet de ueritate facti in contrarium.*
31 *Opinio quæ fauet animæ in dubio tenenda uidetur.*
32 *Opinio fauens animæ, & ſi dura ſit, illa eſt tenenda in pœnis imponendis, ſecus eſt in decidendis, quia a ueritate non eſt diſcedendum.*
33 *Veriſimilitudinis præſumptio tollitur ſi in contrarium ueritas apparet.*
34 *Verbum ſimilitudinem ſignificans non ſemper ſimilitudinem inducit quando ſequitur abſurditas intellectus.*
35 *Mulieres faciles ſunt ad recipiendum illuſiones diabolicas.*
36 *Qualitates non entium nullæ ſunt.*

VIGESIMA QVARTA QVAESTIO.

1 VIgeſimo Quarto † Quæro, An ſit hæreticum dicere, homines uel mulieres ſtrigios, ſtrigiaſue, lamios ſeu lamias, bruxios aut bruxias nũcupatos rapi a dæmone corporaliter & trahi per uaria terrarum ſpacia ad locum ludi. & introduci in domos alienas, ut ibi aliquod malum operentur, an uero hæc ſpiritualiter ſeu mentaliter in eis contingant, & quia ſcio apud excellentes iuris peritos de hac quæſtione aliquando dubitatum, ideo eam late pertractabo, præmitto tamen quare ſic nominentur, & quæ ſit eorum earumue profeſsio, prout experientia didici, quia de eis in iure nullam reperio factam eſſe mentionẽ.
2 Dicuntur † ergo ſtriges ſiue ſtrigones denominationẽ capiẽtes ab animali quod dicitur ſtrix, ſtrigis, eſt enim nocturna auis de ſono uocis dicta,

nam

nam quando clamat ſtridet, ſic eæ mulieres ambulantes de nocte uerſantur & clamant in maleficijs ſuis. Dicuntur etiam lamiæ ab animali ſic dicto, lamia eſt beſtia monſtruoſa habens pedes æquinos, & cætera membra vt fœmina, ut dicit glo. Eſai. 34. & Grego. ſuper Iob. 34. Inquit lamiam habere humanam ſpeciem, corpus uero beſtiale, & dicitur lamia quaſi lania a laniando pueros, quia fabulantur vetulæ, lamias clauſis ianuis domos intrare, infantes corrumpere, & laniare, poſtea viuos reſtituere, & ſuper illud trenorum. 4. ſed & lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos ſuos, dicit gloſſ. lamia crudelior contra ſuos fœtus q̃ cæteræ beſtiæ dicitur, & ideo lamia quaſi lania dicitur, quia catulos ſuos laniare fertur, de hoc genere animalium plura ſcribit Aluarus pelagius in tracta. de planctu Eccleſiæ. lib. 2. arti. 7. col. x. Vnde quia eæ mulieres de quibus in hac quæſtione eſt agendum, ambulant de nocte, & dicuntur intrare domos & pueros occidere, ideo lamiæ dicuntur. Et vulgo nuncupantur broxæ in regione vaſconia ad ſeptentrionalem partem montium pireneorum, ubi plurimum uigent. Earum † profeſsio ſecundum malleum maleficarum in 2. parte. cap. 2. eſt duplex, quædam ſolennis, quædam priuata, quæ ſeorſum dæmoni, quacunque hora fieri poteſt, Solennis fit, hoc modo, maleficæ in certam contionem ſtatuto die ueniunt, & dæmonem in aſſumpta hominis effigie vident, qui dum ſuper ſeruanda ſibi fidelitate eas cum temporalium proſperitate, & longitudine uitæ hortatur, aliȩ mulieres maleficæ quæ adſunt illam nouiciam ſibi commendant. Et ſi dæmon viderit illam nouiciam eſſe cõtentã in abnegare fidem Chriſtianam, & cultum diuinum, & beatiſſimã Virginem Mariam, & ſacramenta Eccleſiæ, tunc ipſe dæmon manum extendit, & uice uerſa illa nouicia ſtipulata manu, illa ſeruare promittit, & inde homagium petit, quod continet, vt in anima & corpore ſibi æternaliter adhæreat, & pro poſſe alios quoſcunque vtriuſque ſexus ſibi aſſociare uelit, hortatur, adiungit etiam ut certa unguenta ex oſſibus, & membris puerorum præcipue non renatorum fonte baptiſmatis ſibi conficiat, per quæ cunctas ſuas uoluntates explere cum ſua aſſiſtentia poterit. Et hic modus proferendi communis eſt utrique ſexui. Sed † ideo poſui in mulieribus modum profeſsionis, quia ipſæ ſunt faciliores ad hæc maleficia perpretanda quàm homines, cũ propter fragilitatẽ ſexus, tũ etiã ob carnalẽ concupiſcentiã, & inſatiabilẽ quæ in eis fortius regnat, q̃ in uiris, ut patet prouerb. pen. ideo dicitur hæreſis maleficarum non maleficorũ, ut a frequentiori fiat denominatio. l. nã ad ea. ff. de legi. l. neque natales. ubi Bal. & alij. C. de proba. c. coram, ubi Abbas, in 2. no. de offic. deleg. Vetulæ præſertim hoc crimine inuoluuntur, & deformes,

R nam

nam cum non reperiant amatores, Sed ab eis contemnantur tanto illius carnalis concupiſcentie ardore feruent, ꝙ faciunt ſe ſtrigas, & hinc plura nephanda committere audent, quæ potius ſunt prætermittenda ſilentio, quàm dicenda.

5 HIS † IGITVR præmiſſis, Videtur prima facie dicendum ꝙ hæreticum ſit aſſerere has mulieres corporaliter duci a dæmone per diuerſa terrarum loca. Primo per tex. in c. Epiſcopi. 26. q. 5. cuius uerba formalia hanc materiam tangentia ſunt hæc. illud non eſt omittendũ, ꝙ quædam ſceleratæ mulieres retro poſt Sathanam conuerſæ, dæmonũ illuſionibus, & fantaſmatibus ſeductæ credunt ſe, & profitentur cum Diana nocturnis horis Dea paganorum, uel cum Herodiade, uel cum innumera multitudine mulierum æquitare ſuper quaſdam beſtias, & multarum terrarum ſpacia intempeſtę noctis ſilentio pertranſire, eiuſque iuſſionibus obedire uelut dominæ, & certis noctibus ad eius ſeruicium euocari, Sed utinam eæ ſolæ in perfidia ſua periiſſent, & non multos ſecum ad infidelitatis interitum pertraxiſſent, nam & innumera multitudo hac falſa opinione decepta, hæc uera eſſe credunt, & credendo a recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra unum Deum arbitrantur, quapropter ſacerdotes per Eccleſias ſibi commiſſas populo Dei omni inſtantia prædicare debent, ut nouerint, hæc omnia falſa eſſe, & non a diuino, ſed a maligno ſpiritu talia fantaſmata mentibus fidelium irrogari arbitrentur, ſiquidem ipſe ſathanas qui transfigurat ſe in Angelum lucis, cum mentem cuiuſquam mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit, illico trãsformat ſe in diuerſarum ſpecies perſonarum, atque ſimilitudines, & mentem quam captiuam tenet, in ſomnijs deludens modo læta, modo triſtia, modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtendens, per quæcunque deuia deducit, & cum ſolus ſpiritus hoc patitur, infidelis hoc nõ in animo ſed in corpore euenire arbitratur. Quis enim in ſomnijs & nocturnis uiſionibus non extra ipſum educitur, & multa uidet dormiendo quæ nunquam uigilando uiderat. Quis uero tam ſtultus & hæbes ſit, qui hæc omnia quæ in ſolo ſpiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur, cum Ezechiel Propheta, viſiones domini in ſpiritu, non in corpore uidit, & audiuit, ſicut ipſe ſtatim inquit, fui in ſpiritu, & Paulus non audet dicere ſe raptum in corpore. omnibus itaque publice annunciandum eſt, quòd qui talia credit & ijs ſimilia fidem perdit, & qui rectam fidem non habet hic non eſt eius, ſed illius in quem credit, ideſt diaboli, nam de domino noſtro ſcriptũ eſt, oĩa per ipſum facta ſunt. quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquã creaturã, aut in melius, aut in deterius immutari,

tari, aut träſformari in aliam ſpeciē, uel in aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt, proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior. hæc ibi. Et pondera uerba dicti. ca. per quæ uidentur hæc falſa, & hæreticum eſſe ijs fidem dari. primo ibi dum dicitur, mulieres ſeduci illuſionibus dæmonum, & ſic non eſt verū, ꝙ per noctē dicende ſint ambulare. Secundo, ibi, nam & innumera multitudo hac falſa opinione decepta hæc vera eſſe credunt. Tertio, ibi, & credendo a recta fide deuiant. Quarto, ibi, vt nouerint hæc omnia falſa eſſe. Quinto ibi, cum ſolus ſpiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo, ſed in corpore euenire arbitratur, & ibi, qui hæc omnia quæ in ſolo ſpiritu fiunt etiam in corpore accidere arbitrantur. Sexto ibi, qui talia credit & ijs ſimilia fidem perdit &c. Septimo ibi, proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior. Secundo principaliter, pro hoc facit quoddam vulgare exemplum quod refertur de vetula, quam cum conuertere non poſſet quidam religioſus, ipſa dixit ſe tranſituram ad dominam Hærodiadem, uel Venerē, & tunc ipſa uetula poſuit ſe in cubella, & cum ſomniaret uerſus Hærodiadem uehi, & manus læta proijceret, uas illud in quo iacebat ex motu ſui corporis uerſum eſt, & uetula cum confuſione in terram cecidit, nec moueri quis debet, ꝙ pedes harum uetularum pro tunc aduſti non ſentiant ignem, quia dæmon fantaſmata in imaginatione illarum mulierum tantum intendere poteſt, ut anima extra nihil ſentiat, ut patet in habentibus morbum caducum, quia ēt aduſtionem non ſentiūt in infirmitate ſua, quia anima in interioribus paſſionibus uel doloribus præſſa non ſentit ignem, & naturaliter quidem (ſpecialiter mulieres quædam) faciliter ex imaginatione poſſunt rapi ad intra, adeo ut non ſentiant exteriora, ut ponit exemplum. d. Auguſt. lib. 4. de ciuitate Dei ca. 24. de quodam præsbytero nomine Reſtituto in parrochia calamen. Eccleſiæ. quando ei placebat (rogabatur autem, ut hoc faceret ab eis qui rem mirabilem coram ſcire cupiebant ad imitandans quaſi lamē tantis cuiuslibet hominis uoces) ita ſe aufferebat a ſenſibus, & iacebat ſimilimus mortuo, ut non ſolum uellicantes, atq; pungentes minime ſentiret, ſed aliquando & ſi igne ureretur admoto ſine ullo doloris ſenſu, niſi poſtmodum ex uulnere, non autē obnitendo, ſed non ſentiendo nō mouebatur corpus, eo ꝙ tanquam in defuncto nullus inueniebatur anhelitus, hominum tamen uoces ſi clarius loquerētur, tanq̄ de longinquo ſe audiſſe poſtea referebat, & ego cognoui quandam mulierem cui hæc cōtingebant, quod ſiue miraculo, ſiue adiutorio dęmonis hæc accidere poſſe aſſerebam, ex dicto Auguſ. proxime adducto. Tertio principaliter pro hac parte adducitur tex. in c. quicunq; ſacerdotum. in fi. 26. q. 5. ubi di-

citur,in Aquilegienſi.ca.contineri, ꝙ ea quæ fiunt per incantatores non in corpore ſed in ſpiritu fieri dicũtur,& probatur authoritate Auguſtini in c.nec mirum.ea.cauſ.& q. ubi in uerſi.iis ergo portentis.Inquit,ijs ergo portentis,per diaboli fallaciam illuditur curioſitas hominum, quando appetunt ſcire quod nulla ratione conuenit eis inueſtigare, & ſubiungitur in uerſic.ſemper,ergo diabolus ſub uelamine latens prodit ſe,dum ea confingit quæ inherent perſonis, per quas fallere nititur, & ibidem ẽt dicitur,ꝙ hæc omnia magicis præſtigijs potius fingebantur q̃ rei ueritate complerentur,unde in d.c. concluditur,ꝙ ea quæ fiunt arte dæmonis ſiue fiant arte magica,ſiue nigromantica,ſiue hydromantica, uel alia ſimili arte dicuntur falſa & fantaſtica ac imaginaria. Quarto † principaliter uidetur, quia cum hæc conſiſtant in facto, hoc eſt, ꝓ moueantur a dæmone de loco ad locum,& ducantur per multa terrarum ſpacia non præſumuntur niſi probentur, nam facta non præſumuntur. c. licet Romanus,de conſti.lib.6.& uulgo allegatur.l.in bello.§.factæ.ff.de capti.q̃ lex hoc nullatenus probat,ſed melius probatur in l.quæcunque.§.ſi a pupillo.ff.de publicia.& ad hoc allegat Bal.in conſi.198. ſtatutũ ciuitatis. lib.2.Inno.c.ſuper litteris,de reſcriptis,& eſt tex.in l.conſilio. §.fi. ff. de cura.furi.quem Areti.ad hoc allegat in conſi.68.in præſenti conſultatione.poſt medium.facit.l.j.C.de proba.& l.aſſeueratio.C.de non nu. pec. quas ad hoc adducit Soc.in conſi. 27. pro deciſione.col.3.lib. j. ubi etiã

6

7 allegat.d.§.factæ.qui hoc mihi nunquam probauit.libr.3.Quinto † hæc res uidetur magis pia & fauorabilis animabus chriſtianis, nam remouet animas ab ijs prauis deſiderijs, quia multi credentes hæc falſa imaginaria & fantaſtica abſtinebunt ſe a conſortio harum mulierum huiuſmodi ſectæ ſequacium, & ex aduerſo arbitrantes hæc uera, faciliter prolabentur in hæc praua deſideria, deſiderabunt enim fieri conſortes harum ueitularum, & in dubio tenenda eſt illa opinio per quam euitatur peccatum,& ſic illa quæ fauet animę cap.ad audientiam.de homicidio.c.Iuuenis.de ſponſa. clemen.exiui.de uerb.ſi.l.ſemper.ff.de reg.iu.facit cap.ulti.19.diſt.& alibi dicitur,ꝙ fauore animarum fit extenſio iuris etiã pœnalis,ut no.gl.in c.ſciant cuncti,& c. fi.de electio.lib. 6.ſcribit Abbas in conſi. 114.in quæſtione mouenda inter Antonium.in fi.lib.2. Moderni. in Auth.quas actiones colum.6.C.de ſacro. Eccleſi.Ioan.de Ana.in capitu. in ciuitate. colum. 3. de uſuris, ſumma enim res eſt quæ pro religione facit. leg. ſunt perſonę.ff. de religio. & ſumpti. func. Sexto

8 † principaliter uidetur harum mulierum translatio de loco ad locum eſſe longe à ueriſimili, ſi modus transferendi aduertatur, nam prout dictum eſt, parant ſibi unguentum ex membris puerorum,

præſertim

præſertim interemptorum ab eis ante baptiſmum, & conficiunt ad dæmonis inſtructionem ſedile, aut lignum, & ſe & illud inungunt, quo facto ſtatim (ut inquiunt) in aera feruntur, & hoc fit ſiue de die ſiue de nocte uiſibiliter, ſed etiam ſi id uolunt inuiſibiliter, ſecundum quod dæmō facere poteſt, ac ſubito pertranſeunt per multa terrarum ſpacia, & talia faciūt in ludo ſeu coreis a dæmone paratis in eundo, & redeundo, ut a ueriſimili remota, vnde quod remotum eſt a ueriſimili imaginem habet falſitatis. l. milites. §. oportet. C. de quæſtio. l. ſi ita quis. in fin. ff. de euictio. cap. quia ueriſimile. de præſumptio. l. non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa, hinc dicebat Bald. in l. 1. col. 3. C. de ſeruis fugi. fuiſſe caſſatam quandam inquiſitionem, in qua continebatur ꝙ familiaris mandauit domino, & idem ſi diceretur ꝙ filius mandauit patri, ſequitur Fely. in d. ca. quia ueriſimile, & ſi dicta teſtium repugnant ueriſimili non probant, ut dicit Abbas in d. c. quia ueriſimile, & teſtis dictum non veriſimile eſſe ſuſpectum de falſo, vt late ſcribit Hyppo. de Marſil. in l. j. in principio. colum. 15. ff. de quæſti. & in conſil. 31. incip. bonorum omnium. lib. j. hinc eſt, ꝙ ſi iudex videt inſtrumentum non continere veriſimile, licet contineat poſsibile, non debet ei fidem dare. Soc. in conſil. 28. viſis teſtamento. colu. 4. libr. 3. Fely. plura ſcribit in cap. Auditis. colum. x. de præſcriptio. Et ea ſequenda ſunt quæ vero ſunt proximiora, ſicut ſunt ea quæ ſine veritate non conſueuerunt eſſe, vt dormire in lecto cū iuuencula ſine pollutione, unde obſtetricibus dicentibus cognitam magis credendum eſt, quàm dicentibus uirginem, quia experimentum uerorum ſermonum eſt, ut concordet cum rebus ſenſatis, ſecundum Auerroim, ut dicit Bal. in l. teſtium. col. fi. C. de teſtibus, & l. j. C. de ſeruis fugi. Septimo principaliter pro his facit tex. iam allegatus in d. cap. Epiſcopi. ibi in uerſi. omnibus itaque annunciandum eſt, ꝙ qui talia credit, & his ſimilia fidem perdit &c. quia licet omnia quæ dicuntur in illo textu, quæ illæ mulieres faciebant non conueniant profeſsioni, & geſtis harum mulierum de quibus agitur, ſimilia tamen hæc illis ſunt, & ſignanter, quia illæ dicebant ſe portari de nocte per multa terrarum ſpacia, hoc idem hæ mulieres fatentur, illæ credebant illud contingere eis corporaliter, & non ſpiritualiter, ſic etiam iſtæ hoc credunt, unde ſicut illi qui illa ſic euenire credunt ſunt hæretici, ſic pari ratione dicendum eſt in propoſito, & ſufficit nobis ſimile eſſe in propoſito, licet non in oībus. Nam
9 † ad hoc ut argūm ualeat a ſimili, ſufficit ꝙ detur ſimilitudo eo reſpectu quo inducit̄ argumētū, licet ī alijs ſit diſsimile, ut dicit Io. And. ī c. nō pt. §. j. & ibi Domi. col. pe. de pbē. li. 6. Iaſ. ſcribit in l. inter ſtipulantē. §. ſacram. col. 4. ff. de uerb. obli. l. ſi creditori. ff. de opę. no. nun. l. clam poſsi-

dere.in prin.col.j.& l.naturaliter.§.nihil commune. colu.j. ff. de acqui. poſſeſ.cap.conſtitutus.ubi Abbas notat.de appella. idem Abbas in cap. quemadmodum.de iureiura. Decius, & alij moderni in c. translato.de conſti.a ſimilibus ergo ad ſimilia tenet argumentum.l.nõ poſſunt. ff.de legib. ubi Claudius nota. Alberi. in l.ideo.ff.eo. Decius in cap.cum uenerabilis.colum. 4. ſuper gloſſ. 1.de exceptio.Corneus in conſi. 54.uidetur.libr.ſecundo. Iaſo. in l.pen. colum. j. C. de collatio. & ualet argumentum a ſimili etiam in exceptis a regula . Decius in conſi.clj. colum. 4. & etiam in exorbitantibus quando agitur de fauore. Iaſon. in l.ſi ex toto. ff. de legat. j. & maxime tunc hoc efficax argumentum procedit quando in lege eſt ſcriptum q́ ſua diſpoſitio habeat locum in ſimilibus, ut in dict. cap. Epiſcopi , dicitur, qui credit contenta in dicto capitulo & his ſimilia , fidem perdit , unde ſicut credens eſſe uera , quæ illę mulieres faciebant , quod in eorum corporibus contingebant , cum fierent res uere fantaſticæ, & in ſpiritu fidem perdit, ſic pariter videtur dicendum de ijs mulieribus de quibus agitur , ut fidem perdat qui credit ea quæ eis contingunt geri in corpore, cum ſit credendum geri in ſpiritu & imaginarie,& fantaſtice, ex quo ergo in iſtis duobus caſibus eſt eadem ratio, per eandem rationem deciditur uterque caſus , non per extenſionem , immo ſicut genus comprahendit ſpecies , ſic generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium complectitur, & eſto quod eſſent rationes ſpecie differentes, ſimiles tamen, tunc eſſet proprie extenſio , quæ eſt quædam progreſsio de termino ad terminum per adæquationem ſeu paritatem, hæc fuerunt verba Petri, & Cyn. in l. iura non per ſingulas.ff. de legi.ſequitur Paul. de Caſtro.in conſi.83.incipient. præſens caſus modicam dubitationem habere uidetur. libr. 2 . Alexand. ſcribit in conſilio. 85. uidetur in præſenti conſultatione. columna pri-
10 ma. Octauo † & ultimo principaliter, facit , quia ut plurimum, qui hoc crimine inuoluũtur ſunt fœminæ, & eſt ratio, quia iuxta Alexan. de Ales in 2.ſententiarum (prout refert Cardin. de Turre Crema.in d.cap. Epiſcopi. ad quintam quæſtionem) doctrinæ Dei talis fuit ordo, ut a Deo in Chriſtum hominem deſcenderet , & a Chriſto in uirum, & a uiro in mulierem, caput enim mulieris eſt vir, caput uero uiri Chriſtus, caput verò Chriſti Deus. 1.ad Corin. 11. e contra fuit de doctrina diabolica , quia ipſe diabolus primo transfudit eam in mulierem, quæ minorem diſcretionem habebat. & per mulierem in virum , vt Gene. 3. ſicut ergo primo tranſtulit doctrinam peccati, ita fallacem doctrina ſortilegij transfundit frequentius in mulieribus, quàm in viris. Vnde contra huiuſmodi genera errorum eſt, quòd nunquam audiuimus ſapientem virum,

uel fœminam, qui ſe vidiſſe ſupradictas dicat ſtulticias, plerumque enim ſunt quædam vetulæ ſtultæ, & homines infirmi, vt melancholici, phrenetici, maniaci, timidi, pueri, & huiuſmodi ruſtici, & craſsi ingenij, & pauperes. quia ſub ſpe diuitiarum de facili, & a dæmonibus hominibuſque decipiuntur, idem dicit Alex. de Ales in 2. parte ſuæ ſummæ. q. 185. membro ſexto. Et de his poteſt intelligi pſalmiſta, Pſalm. 85, dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis, mulieres ergo faciles ſunt ad huiuſmodi crimina, quia in eis vt plurimum regnat infidelitas, ambitio, & luxuria, & illę mulieres præ cæteris his maleficijs intendunt quæ illis uicijs maxime deditæ ſunt, prout late traditur in malleo malleficarum, parte. j. q. 6. cum ſequenti. Alias
11 † uero cauſas ponit Ioan. maior. in 4. ſententiarum. diſt. in. 33. q. 2. & Ioan. Vider. in ſuo prę. cap. xj. q. 21. & ideo facillime decipi poſſunt credentes hæc contingere in corpore & non in ſola mente, mulieres enim propter fragillitatem ſexus faciliter decipiuntur, & ideo iura illis magis ſubueniunt, quàm uiris. l. cum multæ. C. de dona. ante nuptias, & ex illa cauſa a multis prohibentur prout late ſcribitur in l. fœminæ. ff. de reg. iuris. ca. forus. de uerbo. ſigni. inde eſt ꝙ non poſſunt ſe pro alio obligare. l. I. ff. ad ſena. conſ. velle. & plures caſus traduntur in quibus fœminæ iuuantur propter earum fragillitatem ultra mares. in l. fin. C. de iuris & facti igno. cum igitur in d. cap. Epiſcopi. illæ de quibus ibi agitur ſunt mulieres, & in eis deciditur illa illis contingere mentaliter non autem corporaliter, licet illæ contrarium arbitrentur, non uidetur abſurdum dicere
12 diſpoſitionem illius decreti extendi ad propoſitum. Iura † enim loquentia in aliquibus expreſsis habent etiam locum in non expreſsis, in quibus militat eadem ratio, ut eſt glo. in clem. auditor. in uerbo beneficio. de reſcript. quam ad hoc allegat Alexan. de Imo. in l. Marcellus. in prima. in 4. colum. ff. ad Trebelli. gloſſ. in clemen. 2. in uerbo, eiſdem. de ætate & qualita. & ubi eſt ſimilis ratio idem eſt ſtatuendum. l. his ſolis. ibi, ſatis etiam tacite cautum putamus. C. de reuo. dona. l. illud. ff. ad l. aquil. Bald. in rubr. C. de nauti. fœno. & l. per diuerſas col. j. C. mandati. & Bal. notabiliter in l. j. C. de interdictis.

13 PRAEDICTIS † TAMEN non obſtantibus, contrarium de iure uerius eſt, quòd non eſt hæreticum aſſerere mulieres, de quibus agimus portari per diuerſa terrarum ſpacia de die, uel de nocte ex pacto inter eas, & dæmonem inito, & intrare domos de nocte, & ibi ſuffocare infantes, & hanc partem tenent ſcriptores, malleus malleficarum in 2. parte, cap. 3. & Epiſcopus Abulen. ſuper Mathæum cap. 4. ueſi. iterum aſſumpſit. Magiſter Silueſter in ſua ſumma, in uerbo hæreticus. 3. conclu-

dens has ſtrigas aliquando portari corporaliter a dæmone per diuerſa loca,& hoc non eſt impoſsibile, nec eſt hæreticum ſic aſſerere, aliquando hæc eis contingere mentaliter,& imaginarie. Primum patet, quia,vt inquit Abulen.in dicto loco,non eſt dubium quin diabolus ſit tantæ poteſtatis,quòd non ſolum unum hominem,ſed etiam multos poſsit ſimul par aerem portare, & quaſi in momento ad diuerſa loca deducere, quia dæmones naturalia non perdiderunt, & tamen ipſi in naturalibus ſunt æquales Angelis bonis, immo plures de dæmonibus ſunt excellentiores in naturalibus multis Angelis bonis,cum de quolibet ordine Angelorum dicantur aliqui cecidiſſe, Angeli tamen boni ſunt tantæ poteſtatis,quod poſſunt mouere cœlos,quia tam philoſophi, quam ſacra ſcriptura profitentur cœlos moueri per intelligentias,quas nos uocamus Angelos,& iſta eſt poteſtas admiranda,ideo qui poteſt mouere cœlos poterit moue re ſimul multos homines ſub quanta celeritate voluerit.Item patet,quia hoc ſæpe factum tam per dæmones, quàm per Angelos bonos, de dæmonibus patet,quia diabolus portauit ſemel Chriſtum de deſerto in pinnaculũ templi,& iterum de pinnaculo in montẽ excelſum, vt patet Mathæi 4.& Lucæ.4.cum ergo potuerit dæmon portare Chriſtum,& quancunque alium poterit, nam Chriſtus non erat leuioris corporis, quàm cæteri homines,ſed habebat grauitatem naturalẽ commenſuratam ſecũdum quantitatem ſui corporis, maxime quia ſi dæmon ante hoc nullum hominem portaſſet de loco ad locum,non niteretur Chriſtum portare, ſed ipſe portauerat alios ante hoc, uel nouerat vires proprias, & ſciebat ꝙ portare poterat. De Angelis bonis patet,quia Angelus domini quaſi in momento tranſtulit Abacuch de iudæa in caldeam per capillum capitis,Dan. 14.ipſa quoque quotidiana experientia oſtendit, quæ vtinam non tam cognita eſſet, multos enim ſcimus qui quaſi in momento de locis diſtantibus ad alia loca ſe tranſtulerunt deſeruientibus ſibi dæmonibus ad hoc, qui principes maleficiorum ſunt, & iſtud ita manifeſtum eſt ꝙ imprudentia ſit negare, cum mille nobis teſtes occurrant qui ſibi horum conſcij ſunt. Dicendũ eſt ergo,ꝙ homo ſponte poteſt a dæmonibus portari ꝑ diuerſa loca, vt ſic coirent cũ eis in operibus maleficiorũ; aliqñ ẽt aliqui homines inuiti rapiunt ad alia loca remota, ſiue ꝑꝑ eorũ peccata,ſiue ex Dei diſpoſitione ꝑꝑ aliquod myſteriũ,& de his ẽt teſtes nõ deſunt. ſ. ꝙ aliqui per artem maleficiorũ coegerint aliquos de locis remotiſsimis Deo ꝑmittẽte quaſi in momento tꝑis ad ſe uenire, & niſi Deus ꝓhibeat,hmõdi ſępe fierẽt.Sic patet ĩ vita beati Cypriani, & Iuſtinæ,ſic ẽt patet in uita beati Iacobi, nã Hermogenes mittebat dęmones ad domũ beati Iacobi, vt ipsũ & Philerũ diſcipulũ ſuũ ad ſe vinctos ꝑdu

cerēt,ſed a Chriſto arcebant̃.ſic ēt patet ĩ uita beati Petri de Simone ma
go,ꝗ ſubleuantibus eũ dæmonibus ꝑ aerē uolabat, iſta aũt uulgata ſunt,
nec quiſq̃ niſi impudenter ea negare poterit. Vñ qđ dr̃ de mulieribus q̃
per noctem diſcurrunt per diuerſa loca,uerum eſt,nam ſæpe hoc inuen-
tum eſt,& iudicialiter punitum,& aliqui uolentes imitari eorum nephã
das cerimonias magna incommoda incurrunt, nec poteſt dici illud per
ſomnium accidere, cum non ſolum ipſi qui paſſi ſunt, ſed etiam plures
alij huiuſmodi rei teſtes erant,nec eſt de eis aliqua cauſa dubitandi. Ve
rum eſt tamen ꝙ apud ſimplices aliquibus ueris multa falſa circa hæc
admixta ſunt,quia dæmones non ſolum in moribus,ſed etiam in fide no
cere cupiunt,& ita credi uetat ſacra doctrina, quia plura eorum contra
fidem ſunt,& dicit Magiſter Silueſter de prierio in d.loco.§. quinto, ꝙ
ſtrigæ poſſunt naturaliter deferri a dæmone corporaliter ad locum, ubi
cũ dæmone noctu iocantur,& in hoc dicit omnes conſentire,nec habet
dubium,quia materia corporalis inferiorum corporum Angelicis ſpiri-
tibus,ſiue bonis, ſiue malis obedit ad nutum quantum ad motum loca-
lem,ſecundum Auguſt. & omnes theologos eo modo quo humanũ cor-
pus mouetur ab anima,nec mirum,quia etiam cœli ab eis localiter mo-
uentur,ut & magis frequenter in hoc opere dæmonum utuntur,ſicut pa
tet per ea quæ dixi de Hermogene. Et facit quod inquit Ioan. Vider in
ſuo præceptorio.præcepto.j.c.11.q.4.ꝙ in quodam monte circa Ber-
nenſe oppidum,referuntur intra antrum uiri & fœminæ deuotiſſimæ ui
uentes,nullam communionem habentes cum aliis fidelibus,niſi ꝙ in fe-
ſtiuitatibus pro ſacramentis recipiendis transferuntur per aera ad quoſ-
dam ſibi notos præsbyteros in parrochiis, & talia opera dæmonis eſſe,
prout funditus dicit ſe inueſtigaſſe.& ſubdit in q.7. ꝙ licet ut plurimum
credendum ſit hæc fieri in ſpiritu,hoc eſt in imaginatiua hominis, non
realiter,ut refert Guiler.pariſien.in lib.de uniuerſo, de his quæ ferũtur
de monte ueneris,ubi cum pulcherrimis fœminis dicuntur quidam frui
luxuria & uoluptate ad placitum,& in ueritate eis hæc fieri uidetur,quæ
tantum in apparentia fiunt, ut refert ꝙ quidam miles ſe ſic putabat frui
quadam fœmina luxurioſe, qui euigilans reperit ſe in luto quodam reali
ter amplecti quoddam caduuer beſtię mortuę. Tamen aliquando corpo
raliter fiunt, ut patet de puero quinquennij cuiuſdam nobiliſſimi uiri,
qui puer monachus pro tunc factus,cum nocte quieuiſſet in cella mona
ſterij,mane in piſtrino clauſis ianuis inuentus eſt,qui requiſitus dixit ſe
a quibuſdam hominibus in magnum conuiuium deductum ubi omnes
æpularum diuitiæ uidebantur. ubique eum manducare fecerunt, ut re-
fert Petrus Damiani. Et habetur in Specu.hyſtori.libr.26. capitulo.43.

Sic hæc nonnunquam corporaliter realiterque contingunt, alioquin, put dicit dictus magiſter Silueſter in d.loco.§. ſexto. oportet pene infinitos inquiſitorum proceſſus falſos eſſe, & ſenſum negare, quia multa experti ſunt circa hoc, & ſignanter his proxime elapſis diebus hæc acciderunt in inquiſitione Nauarræ, nam uiſæ ſunt aliquæ mulieres his maleficijs infectæ exire de nocte a domibus earum per feneſtras altas. nullo q̃ uideretur iuuante, & illæ poſtea captæ confeſſæ ſunt, ſeipſas duci a dæmone per uaria terrarum ſpacia, prout ego a probis, & fide dignis perſonis didici, & extant proceſſus & confeſſiones illarum mulierum in dictæ inquiſitionis officio, & hæc non poſſunt rationabiliter plus negari eſſe realiter, & corporaliter peracta, quàm nunc me ſcribere, quod utiq; quis negare poſſet dicens me illudi, ut uidear mihi aut alijs ſcribere.

Deferuntur ergo hæ mulieres aliquando realiter, & aliquando etiã de die inuiſibiliter, quod utique diabolus poteſt, ut in dic.§. ſexto, nec eſt mirum ſi opere dæmonis hæc fieri poſſunt, nam ut ſcribitur in malleo maleficarum. 2. parte. c. 3. tãta ineſt diabolo uirtus naturalis omnia corporalia excedens, quod nulla uirtus extranea ei comparari poſſit, iuxta illud Iob. nulla eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei comparari poſſit. immo ipſi lucifero tanta naturalis ineſt poteſtas, ſeu uirtus, qua maior etiã inter angelos bonos in cœlo non exiſtit, ſicut enim omnes angelos in naturalibus exceſſit, ut naturalia per caſum non ſunt immutata, ſed tãtummodo gratuita, ideo adhuc in eo remanent, licet obfuſcata, & ligata, unde glo. ſuper illud Iob. dicit, & ſi omnia ſuperat, meritis tamen ſanctorũ ſubiacet. ſufficiunt ergo hæc aduerſus illos, qui huiuſmodi corporales tranſuectiones aut omnino negant, aut q̃ ſolũmodo imaginarie, & fantaſtice fiant affirmare conantur, qui utique in ſuo errore ſi relinquerentur parum eſſet, immo nec multum aduertendum, Dũmodo in fidei contumeliam harum error non uergeret, dum aſſerunt quod omnia maleficia que eis iuſte tanquam inſtrumentis dæmonum uere & realiter imputantur, eis tantummodo imaginarie, & illuſorie tanquam innoxiis eſſe imputanda, & conſequenter quod illa tranſlatio eſt fantaſtica, unde & plures impunit æ in magnam creatoris contumeliam, & grauiſſimum ipſarum augmentum, detrimentumque animarum illarum & cæterorum ſcandalum remanſerunt.

Et hæc mihi uidentur uera, ſaluo meliori iudicio, quamuis anno. M.d.xxj. dum Cæſarauguſtæ eſſem uocatus ad cõcilium generalis inquiſitionis de mandato Papæ Adriani ſuper examine duorum proceſſuum qui formati fuerunt contra duas mulieres bruxias, tenuerim contrariã ſententiam, quæ tunc mihi uiſa fuit uera, nunc uero latius inquirẽs præ-

dictam

dictam facio concluſionem, uidelicet ꝙ hæc poſſunt contingere aliquãdo corporaliter & realiter, aliquando imaginarie, mentaliter ſeu fantaſtice, & in hoc ſtandum eſt teſtibus & confesſionibus dictarum mulierum & complicum, ac ſociarum.

14 Ex † qua concluſione uera exiſtente infero plura. Primũ eſt, ꝙ ſi huiuſmodi mulieres præſertim uetulæ dicant ſe faſcinaſſe aliquos pueros, eis eſt credendũ, cum huiuſmodi faſcinatio ſit posſibilis, quæ dupliciter fit, primo quando aliquis ex aſpectu maliuolo læditur, & maxime in uetulis, quæ uiſu urenti, & aſpectu inuido faſcinant pueros, qui ex hoc infirmantur, & uomunt cibum, & ſecundũ Sanctum Tho. in q. 117. articu. 3. ex forti imaginatione animæ immutantur ſpiritus corporis coniuncti, quæ quidem immutatio ſpirituũ maxime fit in oculis, ad quos ſubtiliores ſpiritus perueniunt, oculi autẽ inficiunt aerem continuũ uſque ad determinatũ ſpacium, per quẽ modũ ſpecula, ſi fuerint noua & pura, contrahunt quandã impuritatẽ ex aſpectu mulieris menſtruatæ, ut Ariſt. dicit de ſomno & uigilia, ſic igitur cum aliqua anima fuerit uehementer commota ad maliciã, ſicut maxime in uetulis contingit, efficitur ſecundum modũ prædictũ aſpectus eius uenenoſus, & noxius, maxime pueris, qui habent corpus tenerũ, & de facili receptiuũ impresſionis. Poſſibile eſt etiã, quod ex Dei permisſione uel ex aliquo facto coöperetur ad hoc malignitas dæmonũ cũ quibus uetulæ ſortilegæ aliquod fœdus habent. Secundo modo capitur faſcinatio pro ludificatione ſenſus, quæ per artes magicas fieri conſueuit, puta cum hominẽ facit aſpectibus aliorum apparere leonẽ, uel cornutũ, & huiuſmodi, & hoc etiã poteſt per dæmones fieri, qui habent poteſtatẽ mouendi fantaſmata & reducendi ad principia ſenſuũ, ipſos ſenſus immutãdo, & ſic intelligitur quod inquit Pau. ad Gala. 3. quis uos o inſenſati galatæ faſcinauit non obedire ueritati? quaſi dicat uos eſtis ſicut homo ludificatus qui res manifeſtas aliter accipit, quàm ſint in rei ueritate, prout ibi ſcribit S. Tho. poſt glo. & de hac faſcinatione non loquimur, ſed de prima, de qua aliquid ſcribit S. Tho. lib. 3. contra gentiles. c. 3.

15 Secundum eſt † quia ſi dicant de nocte intraſſe domos aliorum ibique ſuffocaſſe infantes, eiſdem eſt etiã credendũ, quia hæc talia fieri poſſibile eſt dæmone has maleficas mulieres manuducente, & ideo dicũtur maleficæ ſecundũ Iſido. 8. Ethimo. c. 9. ob facinorũ magnitudinem, unde cũ facere malũ ad omnes peccatores pertineat iſtis nomen malefactorum appropriatur, nã peccatum earum deteſtabile eſt, quia aperte repugnat fraternæ charitati, hæ elementa concutiunt ſcilicet opere dæmonũ, turbant mentes hominũ, ac ſine ullo ueneni hauſtu, uiolentia tantum carmi

nis interimunt, ut Lucanus dicit, hæc Iſido. & Auguſt. in ca. nec mirum.
16 26. q. 5. Sicque † dæmones & ſui diſcipuli talia maleficia in fulminibus, grandinibus, & tẽpeſtatibus concitare poſſunt, accepta poteſtate a Deo quo ad dæmones, ſeu eius permiſsione quo ad ipſius diſcipulos, ut ſacra teſtatur ſcriptura, Iob. j. & 2. ubi accepta poteſtate a Deo dæmõ ſtatim procurauit, ut Sabei quingenta iuga boũ, & quingentas aſinas auferrent, & deinde ignis de cœlo deſcendens ſeptẽ milia camelorũ conſumeret, & tandẽ ſeptẽ filiæ & tres filij per uehementẽ uentum, & per lapſum domus occubuerunt, & famuli multi, uno qui nunciauit dẽpto, interierũt, utiq; vt ulcere peſsimo ſancti uiri corpus percuteretur, & uxor & tres amici eius, ut ipſum uexarent grauiter procurauit. Vbi S. Tho. in apoſtilla ſua ſuper Iob. inquit, neceſſe eſt confiteri, ꝙ Deo permittente dæmones poſſunt perturbationẽ aeris inducere, uentos concitare, & facere, ut ignis de cœlo cadat, quãuis enim natura corporalis non obediat ad nutũ Angelis, neque bonis, neque malis ad ſuſceptionẽ formarũ, ſed ſoli Deo creatori, tamen ad motũ localẽ natura corporalis nata eſt ſpirituali naturæ obedire, cuius indiciũ in homine apparet, nã ad ſolũ imperium uoluntatis, quę ſubiectiue eſt in anima, mouentur mẽbra, ut opus diſpoſitũ a uoluntate proſequantur, quæcunque igitur ſolo motu locali fieri poſſunt, hæc per naturalẽ uirtutẽ non ſolũ boni, ſed etiam mali facere poſſunt niſi diuinitus prohibeantur, uenti autẽ & pluuiæ, & aliæ huiuſmodi aeris perturbationes ſolo motu uaporũ reſolutorũ ex terra & aqua fieri poſſunt, unde ad huiuſmodi procreanda naturalis uirtus ſufficit. hæc Tho. mala enim, quæ noſtris exigentibus peccatis in mundo fiunt Deus uelut per ſuos tortores iuſte per dæmones ſolet infligere. Vnde glo. ſuper Pſal. 104. uocauit famẽ ſuper terrã, & omne firmamentũ panis contriuit. inquit, hæc mala permittit Deus per angelos malos, qui talibus præpoſiti ſunt, uocat ergo famem ideſt angelum fami prępoſitum.
17 Maleficę † enim poſſunt ueraciter ſuis maleficijs homines lędere ſicut dæmones id pñt Deo pmittẽte, ut in præceptorio. præcepto. j. c. 11. q. 7. poſſunt enim lædere quintupliciter. in rebus, fama, corpore, uſu rationis, & uita, de rebus patet in Iob. j. & ij. capitulis. ut dixi cui pecora, domũ & liberos abſtulit, de fama patet in legenda Beati Hieronymi teſtãte Ioan. Andrea in Hieronymiana, ꝙ diabolus fœminã nobilẽ in lecto prouocare cepit ad luxuriã uerbis, dehinc factis ſollicitauit ad malum, quæ cũ clamaret, dæmon in ſpecie ſancti Siluani Epiſcopi ſub lecto fœminæ ſe abſcondit, ubi requiſitus & inuentus per luxurioſa uerba mentitus eſt ſe eſſe Epiſcopũ Siluanũ, in craſtinum igitur ſanctus uir diſparente diabolo, diffamatus eſt grauiſsime, qua infamia tandẽ, circa ſepulchrũ
ſancti

ſancti Hieronymi ſtante diabolo in obſeſſo corpore, purgatus fuit.
De corpore patet in beato Iob qui percuſſus eſt a dæmone ulcere peſſi-
mo,& refert Sigisbertus,& Vincen.in ſpeculo Hyſto.lib.25.c.37.quod
tempore Ludouici ſecundi Imperatoris in parrochia maguntina dæmō
ſæpe lapides iecit,& quaſi malleo domos percuſſit, & deinde publice lo
quendo,furta prodendo,& diſcordias ſeminando plures inquietauit,de
inde omnes contra unū irritauit,cuius hoſpitiū ubicunque manebat, in-
cendit,&ob illius peccata omnes pati affirmauit,unde tandē tantū agros
pro hoſpitio habuit.De nocumento uſus rationis, & uexatione inferio-
rum ſenſuū,patet in poſſeſsis,& arrepticijs, ut in Euangelicis hyſtorijs.
Quod uita aliquos priuet, patet Thobiæ.6.capitul.de ſeptē uiris Saræ
uirginis occiſis,qui propter luxurioſum affectū, & effeminatū appetitū
in uirginē Sarā matrimonio eius non erant digni,unde cōcluditur quod
ſicut dæmones per ſe poſſunt prædicta facere Deo permittente,ſic ad pe
18 titionē harū maleficarū mulierū ex pacto inito cū dæmone. Hinc† eſt,
quod ab eis maleficiantur homines, & ſic ſunt impotentes ad actus car-
nales,& hoc fit per malignos ſpiritus qui habentes pactiones cū homi-
nibus ſeruant promiſſa,non quia ueraces.ſed ut alij eis adhæreant, quia
ſi nulli pacta ſeruarent nulli eis ſeruirent.ut inquit Auguſt.& ut illi qui-
bus ſeruant promiſſa eos colant, nā ex ſuperbia ſua præcipue appetunt
honores diuinos,Deus etiā permittit eos exercere poteſtatē ſuā ad impe
diendū aliquos ab aliquibus,quos poſſent ſi non eſſent impediti,uel pro
pter peccata eorū,uel propter aliquā aliā cauſam occultā,& hoc modo
magus homo habens pactū cū dæmone procurat ab eo,ut iſtū impediat
a tali actu cū tali muliere,quandiu tale maleficiū perſeuerat, puta acus
curuata,uel huiuſmodi,& ideo curandū eſt,ut tale maleficiū, ſeu ſignū
pro maleficio deſtruatur,quo deſtructo liberabitur maleficiatus,ut ſcri-
19 bit Scotus in 4 diſtin.34.q.1.Et† dicit Gabriel in 2.diſtin.8.q. 1. quòd
dæmones habent pacta cum ijs maleficis, ut dum aliqua uerba profe-
runt tali modo,puta ante ſolis ortum,uel in tali loco,uel tali geſtu, aut
curuant acū, & ſimilia,ſequitur ille effectus, quē non uerba uel acus in-
curuata,ſed ipſe diſcurrens operatur,ut dicit glo.ordinaria exod.7. uer
ſi.quæ uerſa eſt in colubrum,& huiuſmodi maleficia & incantationes
poſſunt fieri per adhibitionē rerū naturaliū maleficiantis,ut uenenatarū,
hærbarū,radicū,lapidum,& cæterorum ſimiliū, quorum occultas pro-
prietates nouerunt dæmones, & non eſt dubiū ſecundū Gabrielē, quin
talia applicata ſuis paſsiuis poſsint habere,non ex dæmonū uirtute, ſed
naturali proprietate,operationē efficacem, & quamuis hæc contingant
operibus dæmonis, nihilominus ipſis mulieribus maleficis imputanda

ſunt,

ſunt,& propter hæc grauisſime puniēdæ, ut patet in regulis generalibus
20 iuris. Nā † qui occaſionem damni dat damnū dediſſe videtur.l. nihil intereſt.ff.ad.l.corne.de ſicca.c.j.& fi.de iniuriis & damno dato.l.qui occiderit.§.in hac.ff.ad.l.acq.l.antepen.§.fi.ff.vi.bo.rapto. hinc dicimus, ꝙ portans ſcienter literas homicidij,licet alter faciat homicidiū,tamen lator dictarum literarum puniendus eſt pœna homicidi, quia portauit dictas literas,& dedit cauſam homicidio, ut dicit ſingulariter Cy. in l. non ideo minus.C.de accuſatio.quē Bal.allegat in l.j.§.ne autē.col.quinta.C.de cadu.tollen. hinc etiā eſt ꝙ proxeneta contractus uſurarij tenetur ad reſtitutionem uſurarū.l.ſi ſciente.ff.ad.l.Pompeiā de parri. Bar. in l.aut qui aliter.§.fi.ff.quod vi aut clā,accedit, quia mandans & mandatarius pari pœna puniuntur.l.non ſolum.§. ſi mandato meo,vbi late Bar.ff.mandati. Angel. de Aret.latius ſcribit in ſuo tractatu maleficiorum.in verbo.Semproniū mandatorem,Bal.in l.non ideo minus. C. de accuſa.ſcribitur in c.j.de offi.delega.facit cap.qui per aliū. de reg. iuris
21 lib.6.cap.mulieres.de ſent.excommunic. Et † ideo hæc maleficia imputantur merito dictis maleficis ꝗuis diabolus ſit author principalis, vnde ſcopa quā mulier intingeret aqua vt pluat,& ſurſum in aerē aquā ſpargendo,licet in ſe non cauſet pluuiā, nec poſſet mulier inde reprehendi, quia tamen ex pacto cū dæmone inito talia maleficia facit, licet tamen ſit qui pluuiā cauſet,ipſa tamen merito culpanda eſt per prædicta, & ēt ex eo,quia mala fide,& opere diabolico ſeruit, eius obſequijs ſe tradendo.facit.l.fi.C.de maleficis, ſic ergo in ijs maleficijs tria habent concurrere,dæmon,malefica,& diuina permiſſio.c.ſi per ſortiarias.33.q.j.cap.
22 nec mirum.in fi.26.q.5. Et † ſi dicant hæ mulieres ſe ſupponi ad actus carnales a dæmonibus,nō eſt repellendū, quia hæc fieri poſſunt a dæmone,quia vt teſtatur Auguſt.lib.15.de ciuitate Dei.c.23.creberrima fama eſt,multique ſe expertos uel ab expertis audiſſe (de quorū fide dubitandum non eſt)ſiluanos & faunos quos uulgo incubos uocant, improbos ſæpe extitiſſe mulieribus, & earū appetiſſe ac peregiſſe concubitū, & quoſdā dæmones quos duſios galli nuncupant,hanc aſſidue immunditiā & tentare,& efficere,plures taleſque aſſeuerant,ut hoc negare impudentiæ uideatur,& dicit S.Tho.in prima parte queſt.51.articu.3. ad ſextā,ꝙ ſi ex coitu dæmonū aliqui interdū naſcantur hoc non eſt per ſe men alicuius hominis acceptū,ut pote ꝙ idē dæmon qui eſt ſuccubus ad uiū ſi, fiat incubus ad mulierū,ſicut & aliarū rerum ſemina aſſumunt, ad aliquarū rerū generationē,ut inquit Auguſt.lib.3.de Trinita.cap. 8. ut ſic ille qui naſcitur non ſit filius dæmonis,ſed illius hominis cuius eſt ſe-
23 men acceptū,hæc S.Tho.Si † tamen quæratur cauſa quare dæmones ſe

incubos

incubos faciunt,uel ſuccubos,dicas nō eſſe cauſa delectationis, cum ſpiritus carnem & oſſa non habeant. Lucæ. 24. ſed illa eſt potisſima cauſa, ut per luxuriæ uitium hominis corpus & animā lædant,ut ſic ad omnia uitia homines proniores exiſtant,& ideo ut tales euitemus,dicitur Leuitic. 18.nec polluamini in omnibus ijs,quibus contaminatę ſunt gentes quas ego eijciam ante conſpectum ueſtrum a quibus polluta eſt terra, cuius ſcelera ego uiſitabo,ubi dicit glo ſ.ordi.ſuper uerbo.contaminatę gētes, dæmones ſunt qui propter multitudinem dicuntur gentes uniuerſæ, qui cum de omni peccato gaudeant,præcipue tamen fornicatione, & idolatria,quia in his corpus & anima,totus homo, qui terra dicitur maculantur,ſed uiſitauit Deus terram,ideſt hominum genus,& ſi libet intueri tractatum de incubis,& ſuccubis,tradit Beda.in hyſtoriis anglorū.Guiliel-
24 mus,& Thomas barbatius in li.ſuo de apibus.Ex quo†ergo hęc duo quæ intuli posſibilia ſunt, ſtandum eſt earum confesſionibus dicētium ſe portari a dæmone,& faſcinari ab eis infantes,occidi,ſeu ſuffocari,nam quod eſt posſibile eſt factibile,& contingibile capit.j.de forma. fide. in uſibus feudorum,& hoc posſibile poſſet dici de potentia facti, ut dicit Bal.in l. prima.ff.de iniuſto.rupto.teſta.nam ſi dæmō portauit Chriſtum,poſuit eum ſuper pinnaculum templi,ut Matthæi.4.& ſupra eſt dictum, multo magis has mulieres portare poſſet.l.non debet.ff.de regu.iuris, Alexan. in l.in actionibus.§.j.ff.de in litem iura.& ideo ſiquis poteſt aliquem occidere a fortiori poterit illum uerberare,& contumelijs afficere.l. nec in ea,ubi Bar.notat.ff.de adulterijs.facit tex.in l.in ſuis.in fi.ff.de liberis, & poſthu.cum alijs,ut ſcribit Decius in d.l.non debet,& Dy.in c.cui licet. de reg.iur.lib. 6. hæc duo tamen illata recipiunt modificationem prout late dicam in ſequenti quæſtione.

NON OBSTANT concluſioni ſuperius factę quæ in contrarium fuerunt allegata.& primo non obſtat.d.c.Epiſcopi, & quia in eius intellectu conſiſtit difficultas huius quæſtionis,ideo diſcurrendo ſingula dicta dicti capituli inueſtigabo differentias, ſeu conuenientias quæ asſignari poſſunt inter ſectam harum mulierum de quibus agitur,& inter ſectam illarum mulierum de quibus loquitur.d.c.Epiſcopi.Dicitur igitur primo in d.c.Epiſcopi,ꝙ ille mulieres dicebant ſe cum Diana dea paganorū.æquitare,quod eſt falſum,quia in re nulla eſt talis dea paganorū in mundo iſto,nec in alio,ergo falſum præſupponunt. Secundo dicebant ꝙ cum hærodiade etiam æquitabant,hoc etiam eſt falſum,non enim credendum,quòd illa mala mulier adultera damnatisſima,quæ fecit amputari caput Ioan.Baptiſtæ exire permittatur de inferno ad ęquitandū cum eis.Tertio dicebāt ꝙ æquitabant ſuper quaſdam beſtias,hoc etiā falſum

eſt,nec poteſt realiter,& corporaliter ſic eſſe,ut beſtiæ corporales,& uiuæ ſicut æqua,aut mule,aut cameli, aut aſini poſſint ſubito tam lõga terrarum ſpacia tranſcurrere tam ſilenter,ꝙ non perciperentur tranſire,cuius ſignum manifeſtum eſt,ꝙ cum illuſtrat dies,beſtiæ prædictæ non apparent,nec locus vbi reponantur, aut quieſcant apparet ,donec iterum mulierculæ illæ euocentur ad æquitãdum.Vnde magis eſſe apparẽt ſomnia eſſe quæ dicũt.Quarto dicebant,ꝙ obediũt iuſſionibus Dianæ ſuæ, dominæ,& certis noctibus ad eius ſeruitium dicuntur euagari ,quod ẽt eſt falſum,nec realiter,nec corporaliter poteſt contingere, quia ſicut dictum eſt, talis Diana paganorum dea nõ eſt,& ideo prædicandũ eſt omnibus iſta falſa eſſe,& non a diuino, ſed maligno talia fantaſmata mentibus fideliũ erogari ſiue inferri , ſiquidẽ ipſe Sathanas qui transfigurat ſe in angelum lucis, cum mentẽ cuiuſcunque mulieris per falſam credulitatem ſubiugauerit , illico transformare ſe in diuerſas ſpecies perſonarũ, & ſimilitudines,& mentẽ quã captiuam tenet multipliciter in ſomnis deludi, modò læta,modo triſtia,modo incognitas, modo cognitas perſonas oſtendens , per quæcunque deuia deducit, & cum ſolus ſpiritus hoc patitur,infidelis,hoc non in animo,ſed in corpore arbitratur . Quinto ꝙ vna creatura ab alio quàm a vero Deo mutaretur in aliam creaturam vel ſpeciem eius,puta homo in ſpeciem canis. Sexto credebant illę mulierculæ,ꝙ Diana uel Hærodiades cõuerſa in deam eſſet ſpiritus bonus, ex quibus patet ꝙ in nullo prædictorum,paucis tamen infra exceptis, ſecta hæc ſtrigarum conuenit cum dictis mulierculis , quinimmo credunt ſpiritum eis apparentem eſſe diabolum inimicum Dei,licet ex voluptate vel deſperatione illi ſe ſubijciant, & conſequenter illum nõ eſſe hominem conuerſum,& deã bonam,nec ſe credunt vocari ad ſeruitium alicuius deæ,non ꝙ illa ſit ſpiritus bonus.Præterea illæ mulierculæ non dicuntur abnegare Deum , & crucẽ,glorioſiſſimamq; virginem Mariã & ſanctos & ſacramenta Eccleſiæ,nec in dicto c.hoc cõtinetur,ſicut hæc ſecta
25 ſtrigarum,vt eſt dictũ ſupra in earũ profeſſione.Et ſic patet, ꝙ cui non conueniunt verba non habet locum diſpoſitio.c.indemnitatibus. §.pen. de electio.lib.6.l.4.§.prætor.vbi Bar.in fi.cum alijs.vt ſcribit ibi Alexã. ff.de damno infecto,& Alexan.in conſi.17.requiſitus.lib.primo,& in cõſi.57.perſpectis.lib.2.Andre.Siculus in cap.ſignificante.de reſcriptis, & ideo verba diſpoſitionis ſunt maxime attendenda , vt ſcribit Siculus in conſi.10.ſapienter ſcribitur.colum.1.libr.2. cum aliis vt tradit Decius in capitu.nullus.colum.fin. de electio.Et ſi dicatur,quòd ſecta conuenit cum illis mulierculis , in hoc quòd omnes credunt illa fieri in corpore, quod fit in imagine , vel ſolo ſenſu & ſpiritu . item quia omnes uagari credunt

ri credunt per uaria terrarum ſpacia. Item quia in d.c. dicitur, ꝙ qui talia credit & ijs ſimilia fidem perdit, & cum hæc quæ fiunt ab ijs ſtrigis ſunt in ijs ſimilia prohibitis in d. c. ſequitur ꝙ locum debet habere diſpoſitio d.c. & pro hoc facit quod inquit Bar. in l. qui ſeparatis. C. unde libe. col. fi. ꝙ licet uerba nõ cõueniant, ſatis eſt ꝙ mẽs concurrat, quinimmo idẽ Bar. dicebat in l. curatoris. col. 2. C. de neg. geſt. qđ licet uerba in totũ nõ cõueniant, quatenus tamẽ adaptari poſſunt, illa diſpoſitio debet ſeruari, per ea, quæ ſcribit Ludo. Ro. in conſi. 434. incipien. in quo quæritur, vbi inter alia alleg. gl. in c. j. de decimis. Ad hæc reſpondeo conſiderata mente dicti capituli, quæ maxime eſt attendenda, & colligitur ex rationibus adiectis. in d.c. faciunt pro hoc ea quæ traduntur per Cy. Bal. & alios in l. nõ dubium, de legibus, & l. ſcire leges. ff. de legibus. ſcribitur in c. fi. de reſcri. ibi enim non negatur nec negari poteſt per ea quæ ſupra deduxi q̃n mulieres poſſint portari a dæmonibus per noctem, & per diuerſa ſpacia terræ pertranſire, ſed uetatur credi totum illud, quod illę aſſerũt, ſcilicet ꝙ ambulabãt cũm Hærodiade, uel Diana dea paganorum, & credunt illam eſſe deam, ſicut apud paganos pluralitas deorum tenebatur, dicere ergo Dianam illam eſſe deam, nõ eſt uerum, ſed infidelitas, & ꝙ hæc ſit intentio literæ patet, quia quando accuſatur iſte error, ꝙ innumeræ multitudines hac falſa opinione deceptæ hæc uera eſſe credunt & credendo a recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra unũ Deũ arbitrantur, ſunt autẽ dæmones, hæc Diana & Hærodias, qui ſe informa dearum uenerari faciũt, & licet cũ eis vere per noctem ambulent iſtæ mulieres, tamen in hoc ſeducũtur, q̃a putant illas eſſe deas, cum dæmones ſint. Inſuper dicebant iſtæ mulieres, ꝙ ſuꝑ quaſdã beſtias ambulabant, vel ęquitabãt, iſtud tñ non eſt verũ, quia nullæ beſtiæ poterant per aerẽ uolare, vt quaſi in momẽto tẽporis magna terrarũ ſpacia tranſirent, ſed erant dæmones qui aliq̃n in formas beſtiarum, aliq̃n in cæteras formas ſe transfigurabant ſicut eis placuerit, ut ex pluribus hyſtorijs apparet. Itẽ errabant iſtæ mulieres, quia dicebãt ſe uocari ſingulis noctibus ad obſequium iſtius Dianæ deæ gentium, & obedire ei. tanquam dominæ, nam non eſt in poteſtate dæmonum homines ad iſta trahere niſi ſponte ipſi uelint, & pacta cum dæmonibus ineant, quòd autem homines inuiti trahantur per dæmones rarum eſt, & propter ſpeciales cauſas, & ideo quòd iſtæ mulieres ſingulis noctibus uocarentur cum Diana, & cõgerentur obedire ei ſicut domine falſum eſt. Et ad id quod dicitur quòd eſt vitium infidelitatis hoc credere, & receditur a recta fide, dico, quòd hoc non eſt in eo quòd credatur homines poſſe portari a dæmonibus per diuerſa loca, &

S quòd

quòd aliquando realiter portentur, ſed in hoc ꝙ credantur iſta quæ ſupra dicta ſunt, & maxime ꝙ illa diana eſſet Dea, quia iſtum errorem ſpecialiter litera condemnat ibi, cum dicat, errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnum Deum arbitrantur. Et non dicitur ibi ꝙ ſit error paganorum credere, ꝙ homines a dæmonibus portentur ſeu portari poſsint, & ſic ille error non conſiſtit in credulitate realis portationis, ſed in credulitate diuinitatis extra Deum. Præterea lex debet continere rationabilitatem;c.erit autem lex.4.diſtin. ſed reprobatio credulitatis realis delationis ſtrigarum quantum ad motum localem reprobari non poſſet rationabiliter, cum multis exemplis ſuit comprobatum hanc delationem realem eſſe poſsibilem, merito nõ eſt dicendum hãc credulitatem realis delationis in d.c. eſſe prohibitam. Ad illud uero quod dicitur ꝙ hæc accidunt per ſomnium, cum diabolus fantaſiam illudit, modo triſtia, modo læta oſtendendo. Dico uerum eſſe talia poſſe ſæpe, & ut in pluribus per ſomnium accidere, & putabit aliquis, ꝙ uere exterius accidant, quia etiam prophetica reuelatio ſæpe ſic fit per imaginariam uiſionem, non tamen ibi negatur quin iſta poſsint fieri realiter exterius, ſicut ponitur ibi exemplum de ſomnijs, in quibus homo nihil reale patitur eorum quæ ſe putat pati, & tamen per hoc non tollitur quin realiter talia fieri poſsint extra ſomnium. Ergo negandum non eſt mulieres maleficas & etiam viros factis quibuſdam unctionibus a dæmonibus aſſumi, & per diuerſa loca portari, & multos huius generis in unum locum conuenire, & dæmonibus honorem quendam exhibere, ac libidini, & omni turpitudini uacare. Nec obſtat ꝙ in d.cap. dicitur hæc fieri in ſomnijs & in ſolo ſpiritu, dico enim, ꝙ non dicit, hæc ſemp in ſomnijs & ſpiritu fieri, ſed ideo ſic dicit, quia ſic fit in pluribus, nec faciat in ſolo ſpiritu, & conſequenter ſemper in ſpiritu fiunt, quia ad hoc dicit magiſter in d.loco.§. 7.circa fi. ꝙ hæc omnia fiunt in ſolo ſpiritu, ſed non ſemper in ſolo ſpiritu, nec hoc intendit tex. alioquin ridiculoſa eſſet ſua probatio, quia ex particulari uellet probare uniuerſalem ſic arguendo. Ezechiel, & Paulus uiderunt in ſpiritu, ergo omnes uidentes uiderunt in ſpiritu, unde dictus tex. nõ intendit aſſerere, ꝙ omnia iſta fiãt in ſpiritu uel in ſomnijs, quia inſufficienter probaret, ſed intendit, ꝙ nõ eſt uera dea quam iſtæ uident, & aſsignat quomodo poſsibile eſt eos decipi, quia decipiuntur uidendo in ſomnijs & ſpiritu, quod probat poſsibile eſſe ex ſomnijs noſtris, & ex uiſionibus Ezechielis & Pauli, & eſt mens uera dicti capituli, cuius magna pars ſumpta eſt ab Auguſtino in libr. de ſpiritu & anima.ca.28.& ſic patet reſponſio ad d.c. Epiſcopi. & ad ſingula eius.c. reſpondebitur infrà in uerſi. ſeptimo non obſtat. omnino

nino

nino hic uide ſummam Tabienam in uerbo ſors. §.xj. Secundo non obſtat illud vulgare exemplum de uetula, quia dico utrunque uerum eſſe, & ꝙ hæc quæ faciunt heæ ſtrigæ contingere poſſunt imaginarie, aut corporaliter in illo exemplo, illæ uiſiones mentaliter ex pacto inito cum dæ
26 mone euenerunt, ut eſt ſupra dictum. Tertio † non obſtat. d. c. quicunque. quia hic non agitur de arte magica nec de mulieribus incantatricibus, quia certum eſt, ꝙ illa continet opera fallacia, nā illa pótius præſtrigijs nititur, quàm ueritate aliquid compleatur, prout in transformationibus, quia incantatores uolunt perſuadere ipſos poſſe transformare homines in beſtias, ſicut in lupos, ſerpentes, & huiuſmodi, quæ omnino sũt falſa, & credere eos id poſſe eſt infidelitas, ut in c. Epi. circa fi. ubi dicitur. quiſquis credit poſſe aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem, uel in aliam ſimilitudinē, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt, proculdubio infidelis, & infideli deterior. idem late oſtendit. S. Auguſt. li. 18 de ciuitate Dei. c. 17. & 18. dicens, ꝙ dæmones faciunt tales transformationes non realiter, ſed uiſum humanũ decipiendo, & ibi meminit de famoſiſſima maga Circe, quæ mutauit ſocios Vlixis in beſtias, & q̄dā ſtabulariæ mulieres conuertebant hoſpites ſuos in iumenta onera portantia, refert etiam ſocios Diomedis in aues conuerſos, & poſtea longo tē pore circa tēplum Diomedis uolabant, & ſententia Auguſtini eſt, ꝙ ſola apparētia fuit & oculorũ deceptio, & uera onera fuerunt, q̄ dæmones inuiſibiliter portarunt, ſocij uero Diomedis per dæmones fuerunt ſubito de medio ſublati, aues uero loco eorum immediate poſitæ, q̄ ibi uolauerunt, in nullo autem prædictorum de homine uere factum eſt animal irrationale, ſed ſolum apparenter, & ibi late ſcribit Auguſt. confutans hunc errorem, & habetur aliq̄d in c. nec mirũ. in prin. 26. q. 5. Accedit ad hoc quod inquit. S. Tho. in. j. par. q. 114. art. 4. ad ſecũdũ. ꝙ materia corporalis nō obedit Angelis bonis, ſeu malis ad nutũ, ut dæmones ſua uirtute poſſint trāſmutare naturā de forma in formā, ſed poſſunt adhibere quædam ſemina, quæ in elemētis mundi inueniuntur ad huiuſmodi effectus complēdos, ut dicit Aug. de Trin. li. 3. & ideo dicendũ eſt, ꝙ oēs trāſmutationes corporalium rerũ, quæ poſſunt fieri per aliquas uirtutes naturales ad quas pertinent prædicta ſemina, poſſunt fieri per operationē dæmonum, hmōi ſeminibus adhibitis, ſicut cum aliquæ res transmutant in ſerpentes, uel ranas, quæ per putrefactionem generari poſſunt, ille uero tranſmutationes corporalium rerũ, quæ nō poſſunt uirtute fieri, nullo modo operatione dæmonũ ſm̄ rei ueritatem perfici poſſunt, ſicut qđ corpus humanũ mutetur in corpus beſtiale, aut qđ corpus mortuũ reuiuiſcat,

uiſcat,& ſi aliqñ aliquid tale operatione dæmonũ fieri uideat̃ hoc nõ eſt ſm̃ rei ueritatẽ,ſed ſecũdum apparentiam tantũ.Quod quidem põt dupliciter contingere. Vno modo ab interiori, ſecundũ quod dæmon põt im mutare fantaſiam hominis, & etiam ſenſus corporeos,ut aliquid uideatur aliter q̃ ſit, & hoc interdum fieri dr̃ uirtute aliquarum rerum corporalium,alio modo ab exteriori,cum enim ipſe poſsit formare corpus ex aere cuiuſcunq; formæ & figuræ,vt illud aſſumens in eo uiſibiliter appareat,poteſt eadem rõne circumponere cuicunque rei corporeæ, quancunque formam corporeã,ut in eius ſpecie uideatur,& hoc eſt quod inquit Aug.li.18.de ciuitate Dei.ca.18. quod fantaſticum hominis quod ẽt in cogitando, ſiue ſomniando per rerum innumerabilium genera uariatur uelut incorporatum in alicuius animalis effigie ſenſibus apparet alienis,qđ non eſt ſic intelligendũ,quod uis fantaſtica hominis, aut ſpecies eius eadẽ immo incorporata alterius ſenſibus oſtẽdatur,ſed quia dæmon qui in fantaſia unius hominis format aliquam ſpeciem,ipſe etiã poteſt ſimilem ſpeciem alterius ſenſibus offerre,hæc ex.S.Tho.ſecundũ mẽtem Aug.in d.c.18. Vbi dicit firmisſime credendum eſſe,omnipotentem Deum oĩa poſſe quæ voluerit,ſiue indicando,ſiue præſtando,nec dæmones aliquid operari ſm̃ naturæ ſuæ potentiam, quia & ipſe angelica creatura eſt, licet ſit proprio uitio maligna,niſi quod ille permiſerit cuius iudicia occulta ſunt multa,iniuſta nulla,vnde in propoſito non facit ad caſum.d.c.quicunque. quia non agimus hic de magicis mulieribus,& de talibus operibus dæmonum,ut ex prædictis ſatis eſt oſtenſum.Quarto nõ obſtat quod hæc in facto conſiſtunt, & ideo probari debent,ad hoc facilis eſt reſponſio,nã operibus fuit cõprobatũ atteſtãtibus pluribus,pceſſibus inquiſitorum, ubi & teſtibus eſt probatum & confesſionibus ipſarum mulierculaum ratificatum,quæ confitentur ſe ipſas transferri corporaliter ad locum a dæmone deſtinatum, ubi tum ludis tum opere car-
27 nali delectantur,harum † confesſioni eſt ſtandum, quia legitima cenſetur,ita habetur in l.j.in princ.ff. de quæſtio. alias autem ſi non eſſet talis confesſio teſtibus uerificata non noceret confitentibus,ut dicit ſingulariter Bal.in addi.Spe.in ti.de ſenten.col.fi.uer. Titius fuit confeſſus. idẽ Bal.in l.cum proba.in ſuis additionibus.ff.de proba.Bal.& Paul.de Caſ. in auth.ſed nouo iure.C.de furtis.Ang.de Aret.in tract. maleficiorũ.in verbo fama publica.uer.xx.& in uerbo.& veſtẽ cæleſtẽ.col.v.uerſ.qro ſi qs cõfitetur.Ang.in l.certum.ff.de cõfeſsis,& in l.j.C.eo.& Paris de Puteo in ſuo tract. de ſyndicatu.fol. 41.in uerbo.confesſio.Petr.de Ancha. in conſil. 24. incipient. uiſa inquiſitione. colum. 2.Paul. de Caſtr. in l. quotiens. §. ſi quis nomen. ff. de hæredi. inſtit.ſcribit late Felyn. in cap.

auditis

auditis. de præſcriptio. Harum quidem confeſsio ueriſimilitudinem & poſsibilitatem continet ut ſupra dixi,& ideo non eſt reſpuenda. Bal. in l. ſiquis in hoc genus. C. de Epiſ.& cleri. Bartho. Cepolla. in conſi. 33. mul
28 ta poſſent in medium adduci. col. 4. Et † ſic præſumptio illa pro non facto tollitur per confeſsionem partis, etiam ſi eſſet præſumptio iuris & de iure, ut in authen. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nuptias, & gl. in authen. de æqualitate dotis. §. illud, colla. 7. gl. in l. in contractibus. §. nullo modo. C. de non nu. pe. Azo. in ſumma in tit. de do. ante nup. & ſcribitur
29 in c. is qui fidē. de ſponſa. Cum † confeſsio ſit probatio probata ſicut inſtrumentum, nam confeſsio æquipollet inſtrumento. Bar. in l. j. in 3. nota. C. de confeſsis. & Bal. in l. fi. col. 3. C. de edicto diui Adria. tollen. pro quo facit. l. cum te. C. de probatio. & l. fi. C. de fide inſtrumentorum. & inſtrumentum dicitur probatio probata, & ueritas euidens non probanda, ut inquit Bal. in l. quotiens. in fin. C. de iudi. & l. 2. C. cum fiſ. uel priua. Bald. in l. pupillus. C. de uſu. pupilla. cum alijs, ut ſcribit Socc. in conſi. 12. quoniam in præſentiarum. colum. ulti. & Phi. Corneus in conſi. 118. uiſo. col. j. & in conſi. 183. in controuerſia. in prin. & in conſi. xxxvj. col. 1. confeſsio enim non ſolum dicitur probatio, ſed etiam legitima probatio. gloſſ. in c. ad abolendam. de hæreti. in prin. & confeſsio ſuperat omnem ſpeciem probationis. Bald. in rubri. C. de probatio. Sic
30 † ergo præſumptio non facti tollitur quando apparet de ueritate facti in contrarium, cum in claris non ſit opus coniecturis. l. continuus. §. cũ ita, ff. de uerb. oblig. l. illie aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. 3. inde eſt ꝙ a præſumptione receditur propter probationem quæ in contrariũ apparet. l. fin. in prin. quod metus cauſa. l. nuptura. in fin. ff. de iure dotium, ut tradit Decius. in conſi. cccc. uiſo eleganti conſi. colu. 3. & tandiu ſtatur præſumptioni quandiu ueritas aliter probari non poteſt, ut dicit
31 Lau. calca. in conſi. 8. in cauſa pendente. col. 6. Quinto † non obſtat ꝙ in dubijs debemus tenere opinionem quę fauet animabus, quia dico uerum eſſe in pœnis imponendis, nam regula uulgata eſt, ꝙ ſemper in dubijs iudex debet inclinare animum ſuum in partem mitiorem. l. ſemper in obſcuris. & l. factum cuique. §. fi. ff. de reg. iur. c. in pœnis. eo. ti. li. 6. c. nos uero. l. diſtin. l. merito. ff. pro ſocio. l. Arrianus. ff. de act. & obli. & in foro conſcientiæ illa eſt minor quæ eſt durior fauore animæ. ca. iuuenis deſponſa. tradit in c. ad audientiā. de homici. & inde dicimus ꝙ ſi agatur de fauore conſtitutio pœnalis extenditur, no. Abbas. in c. 2. de diuortijs. idem ſi agatur de fauore animarũ, not. Io. And. in c. ex tenore, & ibi Abbas. in uer. no. ſingulariter. qui fil. ſunt legi. Bar. in authen. ſacramenta puberũ. col. pe. uer. quæro utrũ. C. ſi aduerſus uendi. ut late tradit Fely. in c.

 translato,

translato.de conſti.col.fi.Roma.in conſi.85.omnia.in fi. Ioan. de Imo. in conſi.123.in cauſa.col.fi.Alexan. in conſi. 42. ſuper præmiſſo.libr.j. idem ſi agatur de fauore Eccleſiæ, quia conſtitutio pœnalis extenditur, vt not. gloſſ.in cap.ſciant cuncti.de electio.libr.6. & not.ibi Domi.circa fin. Abbas in c.nihil,de electio.verſi. ſecundo principaliter poteſt re-
32 ſponderi. Tamen † in quæſtionibus decidendis ut faueamus animabus non eſt recedendum a ueritate,quia potius eſſet perdere animas quàm illas Deo lucri facere,& non eſſet fauor, ſed damnatio, veritas enim in omnibus principatum tenet, & pro quocunque præferenda eſt,etiã pro filio contra patrem,in cap.quæritur.2.q.7.& ueritas magna eſt, & fortior Rege,muliere, & vino, & ſuper omnia uincit veritas,ut Eſdræ lib. 3. ca. 3. & Iſidorus de ſummo bono ſic exclamat pro ueritate. O quàm magna eſt vis veritatis quæ omnia ingenia, aſtucias, calliditates ſuperat,quæ contra ficta, ſimulataque figmenta ſe ipſam defendit; quæ denique poſt Deum colenda eſt. Immo Deus eſt veritas,& uita. Ioan.14. & utilius naſci ſcandalum permittitur, quàm ꝙ ueritas relinquatur. ca. qui ſcandalizauerit.de reg. iuris, & iram Dei ſupra ſe prouocat qui ueritatem opprimi proſpiciens, eam pro uiribus non defendit. Immo qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit uterque reus eſt. cap. quiſquis.& ca.nolite. xj.q. 3.& ideo ueritas ſuper omnia eſt amanda.l.cum ita legatum.ff.de condi.& demonſt.& eſt mater iuſticiæ,ut dicit Bald.in l.libertini.de ſtatu homi. & in conſi. ſciſmatis, & eſt uera ueritas, ut inquit Bald. in l. ſcire leges.ff.de legibus, & iudex debet toto poſſe conari defendere & iuuare ueritatem quando ipſam comprehendit. l.fin. in fin.ff.de probatio. reſiſtere calumnijs, punire mendaces, vt dicit Paul. de Caſtro in conſi. cccij. Ego Paulus.libr. 2.cum ergo ueritas ſit,ut eſt plene comprobatum,quòd uere & realiter poſſint dictæ mulieres tranſferri,& traduci per uaria loca, dicendum eſt ꝙ ſtari debet huic ueritati, quæ præfertur conſuetudini, quia Chriſtus non dixit, ego ſum conſuetudo,ſed ego ſum ueritas, ueritate enim manifeſtata cedat conſuetudo ueritati.c.ueritate.& c.ſi conſuetudinem.8.diſtin. & plura de veritate tenenda ſcribit Hyppo. de Marſil. in ſua practica. §.ſecunda quæſt.col.7. & ſic extante hac ueritate, ſequitur quòd non ſumus in dubijs in quibus locus eſt coniecturis, non autem in claris. l.continuus. §.cum ita.ff.
33 de uerbo. obliga.ut ſupra dixi. Sexto † non obſtat quod adductum eſt de non veriſimili,quia id tollitur per id quod fit.l. ſi ſine.§. quæſitum. in uerbo quotidie.ff.de mino.25.annis.& l.certi condictio. §. ſi nũmos. ff. ſi cer.pet.& argumentũ a non veriſimili fundatur in præſumptione quæ tollitur vbi in ꝯtriũ apparet veritas.l.non eſt veriſimile.ff. quod met.cau.

&l.

& l.nuptura.ff.de iure dotium.& magis veriſimile tollit minus ueriſimile ſecundũ Bal.in l.fi.col.2.C.de hær.inſt. & vna maior ueriſimilitudo tollit minorẽ,vt inquit Bal.in l.ſiue poſſidetis.in fi.C.de proba. & maior pſumptio tollit minorẽ.l.Diuus.ff.de in integ.reſti.ſcribit D.Iaſ.in l.ſi extraneus.ubi plura de hoc.ff.de condi.cã.data. & hoc magis ueriſimile,& hæc maior pſumptio inſurgunt ex confeſsione dictarum mulierum hæc vera eſſe atteſtãtium,uerificata & comprobata ex atteſtationibus teſtiũ, ut eſt dictum, qui non præſumuntur deierando eſſe immemores ſuæ ſalutis,ut eſt tex.in l.fi. in fin. C.ad l. Iuliam repetundarum. Septimo non obſtat tex.in d.ca.Epiſcopi. in uerſi. omnibus itaque annunciandum eſt ꝙ qui talia credit, & his ſimilia fidem perdit &c. quia dico hoc uerbũ, & ijs ſimilia,non poteſt referri ad illam realem portationem de qua agimus,quia dicta diſpoſitio non contineret rationabilitatem immo abſurdum intellectum,ut late dixi ſupra uerſi.j.non obſtat, ſolum enim refertur ad eos qui credunt aliquid numinis extra Deum, uti credebant illæ mulieres, & tales hæretici ſunt, quia vnus eſt Deus, unum baptiſma, & una fides, Pau. ad Ephe. 4. & una eſt uniuerſalis Eccleſia extra quam nemo ſaluatur.c.firmiter credimus.§.una uero,de ſumma Trini.& circa hoc uerſabantur illuſiones dictarum mulierum in intellectu ſuo errantes,credentes falſa de fide, unde non ſolũ ipſe ſic credentes, ſed etiam alij qui talia uel ſimilia uera eſſe credunt,fidem perdunt, & conſequenter
34 hæretici ſunt.c.quicunque.ibi,credentes,de hæreti.lib. 6. Ad † prædicta facit,nam uerbum denotans ſimilitudinem non refertur ad ea, quæ irrationabilem & abſurdum intellectũ inferrent, ut patet de dictione,alios, q̃ ex proprio ſignificatu includit ſimilia, ut dicit gl.trita.in l.ſi fugitiui.C. de ſeruis fugitiuis.tamen hoc non ſemper procedit,& ſignanter quando adduceretur abſurdus intellectus, ut patet in illa authoritate Ioan. 19. ubi crucifixerunt eum,ſcilicet Ieſum,& cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum, ut dicit glo.in c.ſedes.de reſcriptis, ubi idem dicunt Abbas & Fely.& glo.in l.non ſolum. §.quæritur.ff. de procura. ubi inquit Bal.per illam gloſſ. ꝙ dictiones implicatiuæ non implicant quando reſultat abſonus intellectus,& idem dicitur de dictione, cætera,ut in d.§.quæritur,& gl.in d.c. ſedes idem ſentit, inq̃tum allegat.c.cenomanenſem.56.diſt.& plures de hoc concordantes ſcribit Fely.in d.c. ſedes, col.pe.itẽ dictio,aliud,dicit ſimilitudinẽ niſi ſubiecta materia aliud inducat,ut eſt tex.in authen.ut defunctorũ fune, ibi,milites cõgregare,& alios ſeruos,& tñ ſerui non ſunt milites,ſequitur Decius in d.c.ſedes,facit gl.in d.authen.§.oportet,& in c.deinde.26.diſt. in prin. facit inſuper illa multiplicitas differentiarum quas poſui in.d.uerſi.j. non obſtat. inter

mulierculas illas de quibus in d.c. Epiſcopi,& inter eas de quibus agitur, & tunc ſuccedit, ꝙ ſimiles non dicunt q̃ in pluribus differunt ſeu diſcordant.l.quæritur.ff.de ſtatu homi.Bal.in l.humanitatis.col.j.uer. 2.oppono.C.de impube.& alijs ſubſti.& non dicitur ſimilitudo niſi illa quæ eſt plena ſimilitudo,& ubi plures inueniuntur differentiæ, q̃ conſonantiæ, illa non ſunt conſimilia,ut inquit Bal.in l.j.col.j.C. de iure emph.inde eſt ꝙ argumentum a ſimili tollitur aſsignando diſsimile. l.inter ſtipulantẽ. §.ſacrã.uerſ.ſed hæc diſsimilia ſunt,& ibi Moderni ſcribunt. ff. de uerb. oblig.& ſic patet, ꝙ ille uerſ. & ijs ſimilia, non comprehendit hanc de-
35 lationem realem. Octauo † & ultimo non obſtat, ꝙ huiuſmodi illuſiones plerunque contingunt in mulieribus,quia fateor mulieres eſſe magis deditas ſuperſtitionibus,& ijs diabolicis maleficijs q̃ homines, cauſis enumeratis in hoc contrario,& diabolus maiorẽ aditũ habet ad illas, ut ignorantes,inſidiatur enim incautis,capit neſcientes, ſaturarique cupit deuoratis, nec ideo minus eſt dicendum,ꝙ hæc ueraciter non conſiſtant,immo q̄a fragiles ſunt,diabolus illis ſe ingerit pluſquã hominibus, & phytoniſſa mulier fuit quæ conſulta a Saule fecit ſuſcitari Samuelem, uel dæmonẽ apparere loco Samuelis ſm diuerſas catholicorũ doctorũ ſniãs.i.Regum.28.& ideo pp hanc iniquitatẽ,quia phytoniſſam conſuluit mortuus eſt Rex.ut.i.parali.x.nam Deus præceperat ꝙ uir ſiue mulier in quibus phitonicus ſpiritus uel diuinationis fuit morte morerẽtur, lapidibus obruerẽt eos, ſanguis eorum eſſet ſupra illos.leui.xx.& pp fragilitatẽ ſexus facilime in ijs decipiuntur, ut eſt dictum in ꝯrio,nec illa credulitas prohibita in d.c.Epiſcopi.extenditur ad realẽ portationẽ,pp plura inconueniẽtia quæ dixi, merito non habet locum extenſio,de illis mu
36 lierculis ad has de quibus agimus. Quia † id quod non eſt extendi non poteſt,non entium nullæ ſunt qualitates.l.eius qui in prouincia. ff.ſi cer. pet.l.ſeruũ mihi.§.j.ff.de acti.emp.c.j.ut Eccleſia.bene. nec eſt qualitas ſine ſubiecto,nec eſt motus ſine termino, nec acceſſoriũ ſine principali. l.naturaliter.§.acceſsiones.ff.de acq.poſ.Lancelo.Decius in l. ſiqs in fundi uocabulo.ff.de leg.j.& de non ente non eſt dare partem. Soc.in conſ. cl.Dñs.col 3.li. 2.& ex ijs ceſſant allegata in ꝯriũ,& per hæc ad laudem Dei eiuſq; ſanctiſsimæ genitricis & uirginis, imponit finis huic q̃ſtioni, cũ correctiõe.S.R.E.cui ut fidelis ſeruus me oĩaq; dicta mea ſuppono.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio ſola mulieris malefica,dicentis ſe maleficam, an ſit ſufficiens ad condemnationem.*

Cogita-

2 *Cogitatio de aliquo crimine committendo non eſt punibilis.*

3 *Hæreſis crimen ſola cogitatione committitur.*

4 *Confeßio ſola hæretici ſufficit ad condemnationem.*

5 *Hæreticus mentalis punitur ab inquiſitore ſi conſtet ei de mente hæretici.*

6 *Confeßio hæretici non nocet niſi ſit iudicialis.*

7 *Confeßio facta in pœnitentia non nocet in iudicio, nec abſoluit a iudiciali.*

8 *Confeßio ſacramentalis nullatenus poteſt reuelari, nec in cauſa matrimoniali, nec hæreticali, contra Lu. Ro. & ſequaces.*

9 *Confeßio ſacramentalis reſpectu facti reuelari poteſt & reſpectu perſonæ de conſenſu illius.*

10 *Confeßio extra iudicialis hæretici an noceat hæretico.*

11 *Hæreſis habet cauſam continuam ſicut furtum.*

12 *Hæreticus ubicunque inuenitur ibi poteſt puniri.*

13 *Teſtis deponens de confeßione hæretici dicitur deponere directe uel de crimine.*

14 *Confeßio extraiudicialis aſſerentis ſe tranſiſſe ad ritus iudæorum nocet.*

15 *Intentio & animus quomodo poſſunt probari.*

16 *Conſcientia alicuius quomodo poteſt probari.*

17 *Lex Merito. ff. pro ſo. quando habeat locum.*

18 *Confeßio extraiudicialis de alijs delictis quàm hæreſis facit inditium.*

19 *Confeßio extraiudicialis debet probari per duos teſtes in criminalibus.*

20 *Confeßiones plures extraiudiciales probatæ per teſtes ſingulares faciunt indicium.*

21 *Probationes imperfectæ in ſua ſpecie quo modo & quando coniunguntur ad faciendum inditium non autem ad plenam probationem, & declaratur Bal. in l. ſiquis ex argentarijs. ſuper. §. cogentur. ff. de eden.*

22 *Confeßio extraiudicialis de delicto, ut reus non cogatur perſeuerare, debet ab eodem reuocari.*

23 *Confeßio extraiudicialis de delicto concurrentibus aliis, reuocari non poteſt.*

24 *Homicidium ſe commiſiſſe dicenti non creditur niſi probetur.*

25 *Relapſo in hæreſim confitenti parcendum eſt ſi de illo relapſu non conſtat per teſtes, & filij eius non fiunt inhabiles.*

26 *Relapſi in hæreſim quando ſunt tradendi curiæ ſeculari.*

27 *Nemo eſt dominus ſuorum membrorum.*

28 *Reo ſeipſum offerenti ad iudicem & confitenti delictum non probatum parcendum eſt.*

29 *Homicida qua pœna eſt puniendus.*

30 *Capitis pœna ſeu mortis quid comprehendatur de iure canonico.*

Infantis

31 *Infantis occiſio horribilior eſt quàm maioris.*

32 *Homicidarum pœna tam laycorum quàm clericorum quæ ſit.*

33 *Clericus an debeat pro homicidio detrudi in monaſterium uel ad perpetuos carceres.*

34 *Clericus pro homicidio an debeat detrudi in monaſterio, uel ad perpetuos carceres, concordia notabilis datur, ſed fallit.*

35 *Iudex Eccleſiaſticus tradens aliquem iudici ſeculari morti damnandum eſt irregularis niſi in caſibus a iure permiſſis.*

36 *Epiſcopus habens merum & mixtum imperium poteſt cauſas criminales delegare.*

37 *Homicidium committitur ſiue per ſe ſiue per alium.*

38 *Iudex delegatus repreſentat perſonam delegantis.*

39 *Papa poteſt ſtatuere & prouidere ut ſine metu irregularitatis clericus habens iuriſdictionem temporalem poſſet per ſe iuſtitiam ſanguinis exercere.*

40 *Cauſæ meri imperij cur ſint delegabiles de iure canonico & non de iure ciuili.*

41 *Clerici intereſſentes iudicio ſanguinis ſunt irregulares.*

42 *Irregularitas non tollitur per generalem Indulgentiam, requiritur enim ſpecialis commiſſio.*

43 *Iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui iudicis Eccleſiaſtici quando aliquem ſibi tradit puniendum regulariter.*

44 *Iudex ſecularis tenetur ſtare proceſſui Epiſcopi uel inquiſitoris quando aliquem ei tradit puniendum in cauſa hæreſis.*

45 *Iudex ſecularis tenetur ſtare proceſſui iudicis Eccleſiaſtici in cauſa mere Eccleſiaſtica, ſicut in cauſa hæreſis.*

46 *Iudex ſecularis non tenetur ſtare abſolutioni a iuramento datæ ab Eccleſiaſtico, ſi uiderit illam iniuſtam ſeu nullam.*

47 *Iudex ſecularis an teneatur impendere brachium ſuum abſque oſtenſione proceſſus.*

48 *Andreas Siculus reprobatur circa intellectum.§.prohibemus.*

49 *Iudex ſecularis an debeat interrogare traditum ſibi in cauſa hæreſis an ipſe ſit ille de quo ſententia relaxationis loquitur.*

50 *Quæſtio incidens & emergens quæ dicatur.*

51 *Quæſtio incidens uel emergens conſiſtens in facto uel in iure in cauſis ſpiritualibus an ſit decidenda coram ſeculari uel remittenda ad Eccleſiaſticum.*

52 *Quæſtio uſuraria incidens coram iudice ſeculari a quo decidetur.*

53 *Quæſtio iuris & quæſtio facti quando dicatur in materia uſuraria.*

Intelle-

54 *Intellectus ſiue declaratio.c.ſi iudex laycus.de ſen.excom.lib.6.*
55 *Quæſtio facti quando a iudice ſeculari poteſt decidi in cauſa ſpirituali.*
56 *Confeſſio facta coram iudice incapace eſt nulla.*
57 *Vſurarium contractum eſſe ſi partes confitentur in iudicio quomodo ſententiabitur.*
58 *Laycus punitus a iudice Eccleſiaſtico minus quàm debuit an poſſit puniri a iudice ſeculari.*
59 *Crimen mixti fori poteſt puniri ab utroque iudice.*
60 *Sententia Eccleſiaſtici iudicis non parit exceptionem rei iudicatæ coram ſeculari.*
61 *Punitus a iudice Eccleſiaſtico poteſt puniri a ſeculari quando non fuit ſufficienter punitus.*
62 *Epiſcopus quòd debet defendere ſuos pœnitentes qualiter intelligatur.*
63 *Homicidium ſiquis fecerit in loco & punitur pœna pecuniaria, non poteſt alibi puniri.*
64 *Monachus punitus a ſuo Abbate propter adulterium poteſt puniri ab Epiſcopo ſi non fuit ſufficienter punitus.*
65 *Criminoſus mixti fori poteſt puniri ab utroque iudice.*
66 *Confeſſio facta incidenter non nòcet, ut quis puniatur ordinarie.*
67 *Confeſſio facta coram iudice competente uel cuius iuriſdictio poteſt prorogari in alio iudicio ualet.*
68 *Iudicium inquiſitionis prorogari non poteſt.*
69 *Iudex Eccleſiaſticus caueat ut non det acta iudici ſeculari facta coram ipſo, nec copiam ſententiæ, ſi ex iis iudex ſecularis poſſet ſummere occaſionem puniendi malefactorem.*
70. *Iuriſdictio extenditur ad connexa in inquiſitore, & poteſt qui hæretico iniungit pœnitentiam iniungere etiam ut uſuram reſtituat.*
71 *Iuriſdictionem ſuam quis non debet extendere contra iuſtitiam, licet delicta alias remaneant impunita.*
72 *Loth illicite fecit cum uolebat tradere filias ſuas ſodomitis, ut hoſpites liberaret.*
73 *Iudex, ut conſulatur rei publicæ, non debet extendere metas ſuæ iuriſdictionis.*
74 *Inquiſitores poſſunt hæretico iniungere pœnitentiam de uſuris reſtituendis abſque aliqua cognitione ſuper uſuris.*
75 *Intellectus.§.de quæſtionibus.c.accuſatus.de hære.in 6.*

VIGE-

VIGESIMA QVINTA QVAESTIO.

VIgeſimo Quinto quæro de duobus oportune circa prædicta. Primũ eſt, an ex ſola confeſſione maleficæ mulieris poſſit ſtatim dici cõuicta ad effectum damnationis, nullo alio extrinſeco requiſito. Secundum, An ſi malefica fuerit confeſſa, ꝙ ex pacto inito cum dæmone uel alias occaſione ſui maleficij aliquos infantes ſuffocauerit, ſeu tale malum intulerit illis, ut ex eo deceſſerint, ſi illa uult redire ad gremium Eccleſiæ ob hæreſim a ſe commiſſam, debeat admitti, ſeu poſſit ab Epiſcopo ſeu ab inquiſitore tradi curiæ ſeculari com burẽdã ob interitum illorum infantiũ ſine nota irregularitatis, quæ alias
1 non extante illo interitu ad reconciliationem admitteretur. Breuiter† ad primum dubium reſpondendo dico diſtinguendum, nam aut mulier confitetur hæreſim, puta quia abnegauit Chriſtum & fecit homagiũ dæmoni ſeu credit ſaluari in alia lege quàm Chriſti, & huiuſmodi, tunc eius ſoli confeſſioni eſt ſtandum, licet teſtibus non ſit uerificata dicta confeſ-
2 ſio, Nam† quamuis regulariter cogitatio alicuius criminis, puta deſiderium occidendi hominem uel committendi adulterium, & huiuſmodi, quo ad forum exterius non ſit punibilis, ſtans in finibus huius cogitationis ulterius non progrediens. l. cogitationis. ff. de pœnis. l. fugitiuus eſt. ff. de uerbo. ſigni. notat Alberi. de Roſate in 2. parte ſtatutorum. q. 168. incipien. quærit Cy. Saly. in l. is qui cum telo. C. ad l. Corne. de ſicca. & Card. Floren. in clemen. j. in 3. q. de pœnis. inquit, ꝙ ſiquis uenit animo frangendi portas Eccleſiæ, & non fregit, quia iam inuenit fractas, non incurrit excommunicationem, quia oportet ꝙ per ſe frangat. c. conqueſti. de ſenten. excommunica. & dicit Bal. in l. non ideo minus. col. 4. uerſi. 6. quæritur. C. de accuſa. ꝙ ſolus tractatus & ſola ordinatio non punitur de iure, niſi ſit proceſſum ad actum ordinatum de per ſe ad ipſum factũ. per l. ſiquis non dicam rapere. C. de Epiſco. & cle. & d. c. cogitationis. plura de hoc tradit Fely. in ſuo tracta. quando conatus puniatur, & pro hoc dicitur, non punitur affectus niſi ſequatur effectus, ut habetur in l. qui falſam. ff. de falſis & l. qui ea mente. ff. de furtis. l. j. in fi. ff. quod quiſq; iuris.
3 Domi. in c. gratia col. fi. j q. j. Tamẽ† hoc fallit in crimine hæreſis, quod per errorem cauſatum in intellectu, cum adhæſione ſeu pertinacia in uoluntate contrahitur, licet ad extra non exiuerit per opus, per loquelam, uel per ſcripturam, ſeu alias, & ſic ſola credulitate fit quis hæreticus, ut probatur in c. quicunque. in uerbo, credentes, de hære. lib. 6. c. excommunicamus. primo. §. credentes. de hæret. ita dicit glo. in ca. cogitationis. de
4 pœniten. diſtin. prima. Inde† eſt ꝙ licet alias quis non debeat ex ſua ſola

confeſſione

confeſsione damnari niſi aliter conſtet de delicto,ut l.j.§.illud,& ibi no-
tat Bar.ff.ad ſillania. Ange.de Aret.in ſuo tracta.maleficiorum,in uerbo
& ueſtem cœleſtem abſtulit,ut ſtatim latius dicam, tamen in hoc crimi-
ne hæreſis, ſeu apoſtaſiæ eſt ſecus,ut ſola hæretici confeſsio ab extra nõ
uerificata ſufficiat ad eius damnationem , quia deliberatio mẽtis ſufficit
ad perpetrationem delicti,eo ꝙ non requiritur aliud ab extra ſed figitur
5 in ſola mentis cogitatione. Vnde † inquiſitor hæreticæ prauitatis puniet
hæreticum mentalem,ſi eidem liquet hæc hæreſis per confeſsionem hæ-
retici, nam aliter non poſſet probari cogitatio mentis,quam ſolus Deus
ſcrutatur,uerba ſunt Bal.in l.ſiquis non dicam rapere.col.j.& col.fi.C.de
Epiſco.& cleri.idem ſcribit Card.in cle.j.§.ſane.q. 3. de uſuris.ſequitur
Ioan.de Ana.in c.ſiquis Epiſcopus.col.fi.de hære.& in cap. conſuluit.de
uſu.Fely.in c.j.de præſumptio.& Phi.Fran.in c,j.circa fi.de ſumma.Tri-
ni.lib.6.ubi ſingulariter dicit, ꝙ non debet imponi tanta pœna pro deli
cto cogitato,& deliberato,aut non conſequuto,quanta pro delicto con
ſequuto.argu.in c.ſicut dignum.§.eos. de homici. & ꝙ non ſolum cogi-
tatione animi deliberata committitur hæreſis,ſed etiam ſi dubia,quia du
bius in fide hæreticus eſt,intelligendo cum animi inclinatione ad partem
falſam,ut ſcribitur in c.j.de hære.col.2.& Card.Zaba.in c.j.colum.2.de
6 eo qui mittitur in poſſe.Et † quod dixi ex ſola hæreſis confeſsione con-
fitentes damnari,intelligo, ꝙ illa confeſsio ſit iudicialis coram Epiſco-
po,uel inquiſitore,aut alio huius criminis iudice,nam talis cõfeſsio præ
iudicat cõfitenti.c.at ſi clerici.in prin.de iudicijs.c.fi.& c. ueſtra. ubi gl.
de cohabita.cleri.uel mulie.c.olim.in fi.de uerbo.ſigni.c.fi.de reſti.ſpo-
lia.& eſto ꝙ proceſſus eſſet nullus,ex tali confeſsione poſſet tamen confi
tens puniri,Inno.in c.qualiter & quando.ff.de accuſatio.col.pen. uerſic.
non negamus tamen.ſequitur Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reorũ, Ab
bas in d.c.at ſi clerici.& in c.fi.in ultimo notabili.per illum tex. de reſti.
ſpolia. Abbas in conſi.25.attingam.lib.j.col.fi. & de hoc dico eſſe text.
in c.j.de accuſa.lib.vj.Bartho.Cepo.in conſi.67. incipien. teneo idẽ. ad
quod dictum Inno.Phi.Decius ponit plures limitationes in d.c. at ſi cle
7 rici. Nam † ſi talis confeſsio fuiſſet facta Epiſcopo uel inquiſitori ſacra-
mentaliter non poſſet ex illa puniri confitens, ut notant Bald.& Paul. de
Caſt.in l. Archigerontes.C.de Epiſco.audi.dicentes,ꝙ confeſsio facta in
pœnitentia non probat in iudicio , quia eſt facta tanq̃ Deo , non autem
tanquàm homini.c.ſi ſacerdos.de offi.ord.Iaſo.in l.patre furioſo.col.2.
ff.de his qui ſui iuris ſunt.col.2.non tamẽ hæc confeſsio aufert facultatẽ
iudici puniendi illum confitentem in foro exteriori,ſi de illo accuſetur,
& delictum alias probetur,abſolutio enim fori pœnitentialis non exclu-

dit

dit proceſſum iudicialem.c.admonere.33.q.2.Franci.de Aret.in cap.de
8 ijs de accuſatio. dixi in tract.meo de ſecreto.col.fi.Nec † placet mihi, ꝙ ſicut in cauſa matrimoniali confeſsio facta in foro pœnitentiali nocet, uel prodeſt confitenti,& ſic reuelatio tenet, & probaret, ut dicit Ludo. Ro.qui de hoc gloriatur in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.quem ſequitur do minus Iaſo.in l.j.§.huius ſtudij.ff. de iuſti. & iure, & in l. patre furioſo. col.2.ff.de ijs qui ſui iuris ſunt,ſic multo magis eſſet dicendum in cauſa hæreſis,cum hoc crimen ſit omnium grauiſsimum,opponitur enim maiori bono.ut dicit Card.de Turre Crema.in c. non afferamus. 24. q.1.& Latius in c. quid aũt.ea cauſ.& q.quia dico eſſe falſum illud quod impie dicit Ludo. Ro. & ſequaces eius in hoc,nam glo.in d.c.in uerbo,conſtiterit,non dicit id ad quod allegatur.non enim dicit ut ſuadent ſibi prædicti doctores,ꝙ confeſsio facta ſacramentaliter uel in confeſsione ſacramenti poſsit reuelari,& reuelata noceat,uel proſit confitenti in foro iudiciali, ſolum enim loquitur in foro pœnitentiali in quo cuilibet eſt credẽdum,& principalis reſponſio.d.c.quæ eſt in uerſi.nos autem,uerſatur ad deciſionem caſus propoſiti in foro conſcientiæ, dum dicit animum iuuenis contrahentis uel proferentis illa uerba conſiderandum,ut non iudicetur fuiſſe matrimonium contractum inter partes,nam in foro contentioſo ille animus non conſideratur,ſed uerba deceptoria attendũtur ad pronunciandum pro matrimonio,ut in prin.illius.c. nam uerba ſunt intelligenda ſecundum illum ſenſum quem ſolent recte intelligentibus generare.cap.ex literis.de ſponſa. in foro tamen conſcientiæ ſola ueritas attenditur,qua attenta non erat matrimonium,ut dicit Abba.in tit.de ſponſa
9 li.c.tua nos.Præterea † eſto ꝙ ille conſulens Papam ſciret animum iuuenis in confeſsione,potuit licite factum ſcitum in confeſsione proponere & reuelare Papæ petendo conſilium,non tamen reuelando perſonam,vt eſt tex.in ca. omnis utriuſque ſexus.in uerbo ſed ſi prudentiori conſilio. de pœni.& remiſsi.nec per hoc dicitur reus reuelatæ confeſsionis. In ſuper dictus conſulens potuit reuelare etiam confitentem de ipſius conſenſu,& tunc etiam non dicetur reuelaſſe confeſsionem. cap. ſignificaſti. de adulte.ubi notat Pano.& in c.Matthæus.de ſimonia, ubi dicit ꝙ Cardinalis ille habuit illud peccatum in confeſsione,quod poſtea reuelauit Papæ,quod certe debet intelligi fuiſſe de uoluntate ipſius confitentis, alias non potuiſſet,ut in d.c.omnis utriuſque ſexus,& hæc eſt communis opinio,ut ſcribit Fely. in c.teſtimoniũ.col.pe.de teſtibus,& ſic eſt dicendũ ꝙ fuit in caſu.d.c.tua nos, ꝙ conſulens ille reuelauit illud factum ſcitum in confeſsione etiam habita relatione ad perſonam,de conſenſu dicti cõfitentis.idem dicit Abbas in c.dilectis.col.j.de exceſsi.prælato. quamuis

Ange.

Ange.de claua.in uerbo.confeſſio.ultimo.§.quinto.teneat contrarium. Vnde ſequitur ꝙ dicta glo.non fuit bene ponderata, ꝙ confeſſio ſacramentalis poſſet reuelari in cauſa matrimoniali, & idem dicendum eſt in cauſa hæreſis,ut confitẽs hæreſim nullatenus reuelari poſſit,nec debeat, ut ſcribit Scotus in 4.diſt.21.q.2.& ibi Ricardus in 2.quæſtione. dicentes ꝙ nullo caſu licet ſacerdoti reuelare confeſſionem, ſiue pœnitẽtem pœniteat,ſiue non, ſiue confiteatur peccatum iam opere perpetratum, ſiue perpetrandum,ſiue ſit peccatum in moribus,ſiue in fide,unde reprobatur ille uerſus,eſt hæreſis crimen,ꝙ nec confeſſio celat, quem omnes doctores ſequuntur,ut ſcripſi in dicto meo tractatu.col.75.

10 Et† id qđ dixi ut dicta confeſſio ſit iudicialis ad hoc ut noceat, ut ex illa poſſit damnari.Idem intelligo in confeſſione extraiudiciali, puta quia confitens dixerit ſe credere legi Moyſi,uel non credere legi Euangelicæ, uel credere,ꝙ uerbum diuinum non fuit incarnatũ,& huiuſmodi, & hoc teſtibus probetur ipſo negante, talis confeſſio extraiudicialis eorũ quæ conſiſtunt in animo facit plenam probationem,animus enim probatur, quia dixit aliquibus,ut eſt glo.in l.Fulcinius.§.quid ſit latitare, in uerbo animus.ff.ex quib.cauſ.in poſſe.eatur,ut dicit Ange.in l.j.ff.de confeſſis. refert Franc. Brun.in tracta.indicioium.folio.3.col.j.glo.in c.tua nos, de ſponſa. & confeſſio quæ dependet a uoluntate contrahentis non requirit præſentiam partis,ut dicit glo.no.l.Pomponius.pri.ff.de nego. geſtis,Bar.in l.certum.§.ſiquis.ff.de confeſſ.ut dixi in conſi.meo.28.incip. duo teſtes recenſiti.uerſi.ſecundus teſtis.animus enim per uocem exprimitur,& per indicia declaratur,ut inquit Bal. in l. fœliciſſima. C. de ijs qui a non domi.manu.idem dicit Bal.in rubric.C.de fide inſtru. colu. 4. uerſi.quæro de aliquibus.per tex.in l. ſi alij.ff.de uſu.lega.& l. Labeo.§. idem Tubero.ff.de ſupe.lega.& alibi dicitur,ꝙ unanimitas cordis uocũ unitate comprobatur.c.pe.de re iudi.lib.6.uoces enim ſunt notæ earum quæ ſunt in anima paſſionum, & lingua eſt nuncius & organum intellectus tuba & præco.ut dicit Bal.in conſilio ſuo ſciſmatis.col.x.& in l.iuris gentium.§.pactorum.ff.de pactis.Et illam glo.d.§.quid ſit latitare, tenet & ſequitur Bal.in l.cum proponas.col.j.uerſi.modo quæro.C.de bonis. auth.iud.poſſ.facit glo.in l.ſi Margaritã.in uerbo.ſi animo.ff. pro ſocio, Sig.de homodeis,in conſi.96.quæſtio diſputanda.col.2. interiora enim animi per exteriora demoſtrantur.l.quidam in ſuo.ff.de cõdi.inſti.§.cer tuos inſti.de rerum diuiſio.tunc enim quando confitens dicebat ſe credere alicui propoſitioni contra fidem, contrahebat hæreſim, ſeu in hæreſi perſeuerabat contracta continuando delictum ſemel perpetratum.

11 Quia† cum hæreſis ſit crimen habens cauſam continuam.in quo animus

mus plurimum operatur, ut in furto, & in retentione poſſeſſionis, pro toto tempore unum delictū eſt, ut declarat Bar. in l. inficiando. §. infans col. 5. ff. de furtis, idem dicit Bar. in quæſtione ſtatuti. in l. cū qui. §. in popularibus. col. fi. ff. de iure iur. quem ibi ſequuntur Fulgo. Pau. de Caſtr. Ludo. Rom. & moderni, & inquit notabiliter Ange. in d. §. infans, ꝙ illud arbitratur ipſe eſſe uerum quo ad impoſitionem unitatis pœnæ, non tamen ꝙ intelligatur ex toto unum maleficium, eo quod propter animū
12 quotidie peccatur. Inde† eſt ꝙ hæreticus ubicunque inuenitur ibi poteſt puniri, ut dicit glo. in c. ut commiſſi. in uerbo, procedendi. de hære. lib. 6. nam ubique uidetur contractum ubicunque peccat, ut not. in c. nec quiſquàm. 24. q. 2. intelligo a iudice Eccleſiaſtico, alias poſſet per eum repeti a ſeculari. cle. paſtoralis. §. denique. q. 9. de iudicijs. & dicit quod dicit Gui. de Cano. in l. nullus. C. de ſumma Trin. & tanto grauiora ſunt peccata, quanto diutius infelicem animam tenent alligatam. cap. fi. de conſue. cap. imitare. 6. q. j. diuturnitas enim temporis peccatum non minuit
13 ſed auget. c. cum haberet. de eo qui duxit eam quam polluit. Ex † quibus infero duo, primum eſt, ꝙ teſtes deponentes de hac confeſſione extra iudiciali qua confitens confitetur hæreſim, dicuntur deponere de crimine immediate, ſiue de ueritate criminis, ſicut de uiſu, & ideo unus teſtis omni exceptione maior atteſtans de hac extraiudiciali confeſſione faceret indicium ad torturam, ſicut teſtis de uiſu, ut dicit Bar. in l. fi. col. fi. & in l. maritus. col. j. ff. de quæſtio. & glo. in l. ſi quis alicui. C. ad. l. iuliā maieſt. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiura.

14 Secundum† eſt, quod non firmo, ꝙ ſi quis dixerit alteri extraiudicialiter ſe tranſiſſe ad ritum iudæorum, puta ieiunando, uel ſabbatizando, ꝙ eo ipſo hæreſim ſe commiſiſſe & hęreticum cōfitetur, cum tranſitus iſte includat intentionem ſeruandi legem Moyſi, & ſic uidetur eſſe in primo caſu, ut teſtis dicatur atteſtari immediate de crimine, nā qui ſemel fuit hæreticus ſemper præſumitur hæreticus, niſi ſigna emendationis appareant, ut dicit Bal. in l. non ignorabit. C. ad exhiben. & pro hoc eſt tex. in cap. contra chriſtianos. de hæreticis lib. 6. ubi eſt caſus, ꝙ tranſeuntes uel redeuntes ad ritum iudæorū, ſi de hoc ſunt conuicti uel confeſſi contra illos ſicut tanquàm contra hæreticos eſt procedendum, præſumitur enim in eis infidelitas erga legem Chriſti, & ad hoc allegat illum tex. Ioānes Lupus in allegatione iuris, incipien. caſus ſuper quo, colu. 8. inquiēs, ꝙ ex hoc ſolo ꝙ quis fecit ritum iudæorum condemnatur ut hæreticus, cum uideatur intentione iudaizandi feciſſe, iudaizare autem eſt facere id quod ſoli iudæi facere ſolent, ſecundum Abulen. exodi. 28. ex tali ergo facto quod non niſi per iudæos fieri ſolet, arguitur iudaizandi intentio &

uoluntas,

uoluntas, iudaizare enim eſt facere, quod in lege obſeruabatur, ea intentione ut legalia obſeruentur ſecundum Anſelmum, ut ſcribit Bea. Tho. in 4. diſtin. xj. arti. 2. in reſponſione ad primum, & dixi in conſilio meo. 28. incipient. duo teſtes recenſiti. Siue ergo quis faciat actum, ſiue ommittat facere ea intentione, ut legalia obſeruet, dicitur iudaizare, ꝙ ſi de intentione non apparet, in dubio præſumitur ea intentione iudaizandi feciſſe uel ommiſiſſe, conſtito ergo de actu uel ommisſione per eius confesſionem uel per teſtes, præſertim ſi perſona eſt ſuſpecta, uidetur hoc ſufficere ad illius damnationem, quinimmo ſi quis confiteretur factum hæreticale, & negaret intentionem, quæ eſt qualitas afficiens illud factum vt ſit punibile uel impunibile, ut hæreticus negatiuus forſan poſſet damnari, per ea quæ ſcribit Bart. in q. 8. incip. per italiam, Bar. & Moder. in l. cum qui. in prin. ff. de iure iuran. Flo. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad. l. acqui. Bal. in ſtatutis in uerbo confitens & confesſus, Bal. in l. contra negantem. uerſi. quæro nunquid. C. ad l. acquil. idem dicit Bald. in §. porro. in titu. quæ ſit prima can. bene. ami. ex quo ergo de obſeruantia Sabbati ſeu ieiunij iudaici conſtat per eiuſdem confitentis confesſionem, de illa infidelitate incluſa in illa obſeruatione uidetur ēt conſtare, & ſic de confitentis intentione, quæ uerſabatur circa legem Moyſi de qua teſtis atteſtatur, quia ſibi dixit, per ſuperius allegata.

15 Licet enim animus & intentio alicuius non poſsit per teſtes probari, ſecundum Innoc. in cap. ſuper hoc. de renun. quem ſequitur Bar. in l. ſi quis filio, §. eius qui. ff. de iniu. rupt. irritoque. teſtamen. nam animus eſt quid latens in corde, & quid inuiſibile, & eſt res, quæ non percipitur aliquo corporis ſenſu, vt de ſe patet, & a ſolo Deo cognoſcitur, ut inquit glo. in l. 2. ff. de interroga. actio. Tamen de hoc animo ſeu intentione uel conſcientia poteſt conſtare dupliciter, primo per eius confesſionem, ut dicit glo. in §. aliæ inſti. de actio. quam ſequuntur ibi moderniores, & Petrus de Anch. in conſi. 158. rationes. in fi. & Ang. in conſi. 313. uiſo dicto teſtamento. col. 2. tex. cum glo. in cap. ſi uero, el. ij. de ſenten. excommunica. c. ſignificaſti. de homicidio. tex. in cap. lectum. 34. quæſt. fi. & in cap. potuit, de electio. Secundo etiam probatur animus iuris præſumptione in ijs quæ ſunt de genere prohibitorum, ut eſt gloſſ. in l. ſi non conuicij. C. de iniuriis. l. prima. §. cum arietes. ff. ſi quadru pauper. fecis. dicatur. omne enim malefactum, in dubio praue & iniuſte præſumitur actum, ex quo eſt de genere prohibitorum, ut habetur in capitulo primo. de præſumptio. & in l. is qui cum telo. C. de ſicca. & ſcribit Bald. in cap. ſicut nobis. in fin. de re iudica. & faciunt quæ dicit Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de libera. lega. & moderni,

in l.ut uim.ff.de iuſt.& iure.traditur in clement. 1. de homicidio.

16 Et † quamuis Inno.dicat in d.c.ſuper hoc. ꝙ conſcientia alicuius nõ poſſit probari per teſtes,illud intelligitur directe, indirecte tamen põt, nam ſi unum de tribus interueniat,ꝙ quis fuerit crimen confeſſus.vel in crimine deprehenſus,ſeu poſtulatus,vel accuſatus, præſumitur conſcientia delicti,vt no.in l.2.& 3.in prin. de iis qui mortem ſibi conſc.

17 Sed † hoc ultimum intelligo quando cauſa eſſet deciſa, & non eſſet ſpes defenſionis,vt egregie dicit Bal.in d.l.ſi quis filio. §. eius qui.ff.de in iu.rupt.irritoque.teſta.in alijs vero quæ non ſunt de genere prohibitorum præciſe, ſed ſunt indifferentia, quæ poſſunt eſſe bona uel mala,animum in bonam partem nõ autem in malam interpretamur, & in hoc caſu habet locum.l.Merito.ff.pro ſocio,ut not.Bal. in l.1.col.2.C.de ſeruis fugi.Bar.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de ope.no.nunc.& eodẽ modo actus qui de ſe eſt malus, & poteſt intelligi in maiori & minori delicto,in minori interpretari debemus,vt arguit Fran.de Are.in conſ.80. ſicut.col.3.cum alijs,ut ſcribit Deci.in conſi. 234. in effectu quæritur. col.2. abſentiam autem animi & prauæ intentionis in delictis probare difficilimum puto.c.tua nos,in uerbo.non uidemus.de ſponſa.per quem text. apparet ꝙ actus interior non põt probari contra actum exteriorẽ, ut dicit Bal.in conſi.ſciſmatis,col.12.uer.præterea actus,ubi plus dicit, quòd cum in opere conſenſus mentalis appareat, diſſenſus ſuppoſitus etiam pro conſtanti non uiciaret actum conſumatum. argum. l. ſi repetendi. C. de conditio. ob cauſ. & facit text. in l.qui ea mente. ff. de furtis.

18 Si uero † ſumus in alijs criminibus excepto hæreſis crimine,quæ ſola cogitatione non committuntur, ſed requiritur ad perfectum delictum actus exterior,ut in homicidio,furto, & huiuſmodi,ex ſola confeſsione extraiudiciali probata plene non poſſet confitens puniri, quia ei ad hoc non præiudicat,ſed faceret indicium ad torturam,ut no. Abbas. in c.de hoc,de ſimo.col.j.glo.Bar.& alij in l.capite quinto.in uerbo, accuſatori.ff.de adulte.idem dicit Bal.in l.unica. col.5. uerſi. nunquid confeſsio, C.de confe.per l.quæro.in fi.ff.de edili. edicto, traditur in l.ictus fuſtiũ. ff.de infami.Ant.de But.in c.per inquiſitionem.in fi.de elect. & in c. tua nos.col.pe.de teſti.poſt Inn.Abbas.in c.fi.de confe.cum alijs, ut per moder.in practica criminali.§.diligenter num. 76.Ludo. Ro. in conſi.7.uiſis neceſſarijs,& in conſi.373.incip. in caſu propoſito, & in tali confeſſione tortus cogeretur perſeuerare,ut dicit Bal.in conſi. 337.incip.quędam mulier.lib.3. & hæc confeſsio extraiudicialis operaretur ualiditatẽ confeſsionis,quæ poſtea fieret in tormentis ſine noua ratificatione, licet

alias

alias eſſet nulla.l. Diuus.ff.de cuſto.reorum, ut tenet Fely. in d. cap.per hoc.in quinta limitatione.quia confeſsio facta in tormentis non præcedente confeſsione extraiudiciali non ualet, niſi in ea perſeueret reus ex tra tormenta,ut dicunt gl. Bal. & alij in d.l. 2.C.de cuſto.reo.l.j.§.ſiquis ultro.ff.de quæſtio.Iaſon. in l. magiſtratibus.ff.de iuriſdi.omn. iudi.

19 Et † hæc confeſsio extraiudicialis ad hoc ut faciat indicium debet probari per duos teſtes,Ludo.Roma.in conſi.7. uiſis neceſſarijs. ſicut di ximus de alio indicio,ut dicit gl.ſingularis in l.fin. C.fami. hercif. quam Bart.ibi multum ponderat,idem dicit Bar.in l.fi.col.fi.ff.de quæſtio.& in l.admonendi.colum.xj. ff.de iureiuran. cum alijs, ut ſcribit Hyppo. de Marſi. in l.prima.§.idem Cornelio.colum.1.ff. de quæſtio. ſi enim vnus teſtis atteſtaretur de confeſsione extraiudiciali non faceret niſi quartam partem plenæ probationis,& ſic ſæmiplenam ſæmipknæ,ut di cit Alex.in conſi.clij.uiſo proceſſu.col.fi.lib.5.

20 Si uero † darentur plures extraiudiciales confeſsiones rei,& unus te ſtis deponeret de una confeſsione & alter de altera, & ſic ꝙ teſtes eſſent ſingulares,licet unuſquiſque per ſe non faceret indicium, tamen eæ atteſtationes ſimul iunctæ indicium facerent ad torturam, per theoricam Bar.in l.fi.ff. de quæſti. & Ioan.Andr.in addi.Specu.in titu.de præſump tio.§.ſpecies,uerſic. uiolenta, ubi tractant, an ad torturam requirantur plura indicia, an ſufficiat unum, & dicunt ꝙ etiam quando ſunt duo indicia a remotis unum iuuat aliud.ſequitur Alexand.in conſi.77.in cauſa accuſationis.col. fin.lib. 1.& propterea dicebat Rapha.Fulgo.in l.fin.C. fami.erciſcu.quòd licet per gloſſ.ibi ſcriptam indicium ad torturam debeat per duos teſtes probari,tamen negari nequit,quin unus teſtis faciat aliquam præſumptionem, & ideo ſi plures ſint teſtes ſingulariter de ſingulis indicijs deponentes dicentur plures facere præſumptiones quæ faciunt unum indicium ad torturam.argu. l.inſtrumenta domeſtica. C. de probatio.glo.in l.2.§.ætas ff.de excuſa. tuto. ſequitur Franciſ.Brun. in tracta.de indiciis.col. 2.& uerius eſt hoc quàm illud quod ipſe dixit con ſulendo in conſi.136.in cauſa criminali.col.fi.

21 Nec † facit in contrarium quod inquit Ant.de But.in c.licet cauſam. de proba.colum.2. ꝙ teſtes ſingulares deponentes.ſ. unus de una confeſ ſione, alter de altera non coniunguntur, & idem in effectu dicit Fely. in cap. cum cauſam. colum. pen. uerſic. primo caſu.de proba. ad hoc allegant Cyn. in l.2. C. quæ ſit longa. conſue.inſuper dicit Bald. in l. ſiquis ex argentarijs.§.cogētur.uer.ſed ſi poneremus.de edē. quod ſi probationes ſunt imperfectæ in ſua ſpecie non coniunguntur, ſi unus teſtis de fama, unus de iudicio, quia duo teſtes requirerentur ſuper iudicio, &

duo ſuper fama, ut in dict. l. fina. C. fami. erciſcun. & per Innocen. in cap. ſicut. de ſimo. & glo. in foro regali eam ſequitur in titu. de teſtibus & proba. & Alex. in conſil. cxliij. quoniam abunde. colum. 2. libr. 2. & concordantes plures ſcribit Hyppo. in ſua practica. cartha. 44. uerſicu. quæro ulterius. Ad hæc dicendum eſt, & primo ad dictum Ant. de But. ꝙ loquitur ad faciendam plenam probationem, quia uerum eſt dicere il- 1 los ſingulares teſtes non eſſe coniungendos, prout ſic firmat Alexã. in d. conſi. lxxvij. colum. fina. ad faciendam plenam probationem, ſecus uero ad faciendum indicium, quia una præſumptio iuuat aliam, per notata per Barto. in d. l. fina. & idem dicit Alexand. in conſi. 62. uiſo proceſſu cauſæ. lib. 6. parique reſponſione ſatisfieri poteſt ad dictum Bald. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur, quia procedit quo ad plenam proba- tionem, non autem ad faciendum indicium, quia tales probationes imperfectæ in ſua ſpecie indicium inducunt, prout euidenter hoc ſentit Deci. in conſi. 143. incipien. in cauſa matrimoniali, col. fi. quod firmat Soc. 2 in conſ. 54. uiſis teſtibus. col. j. libr. 3. ubi allegat illud dictum Raph. Fulgo. in d. l. fi. ꝙ ſingulares teſtes de ſingulis indicijs deponentes probant plures præſumptiones quæ faciunt indicium ad torturam, per. d. l. inſtrumenta, & l. 2. §. ętas. ff. de excu tuto. nam quæ non ſingula proſunt, multa collecta iuuant, & hinc dicebat Ioan. Cacialupus in l. admonendi, col. 78. uerſi. præterea. ꝙ licet plures ſint ſæmiplenæ probationes unius ſæmiplenæ non coniunguntur ad faciendam unam ſæmiplenam probationem, coniunguntur tñ ad faciendum indicium. allegat notata in l. fi. C. de proba. & Gandin. in tracta. de tortura, & idem tenet Bal. in c. j. §. cum autem, de contro. inueſti. & dicit Ludo. Roma. in conſi. 7. uiſis neceſſarijs. col. 1. quòd præſumptiones, licet ſint diuerſi generis, attamen iunguntur ad hoc probandum ſcilicet indicium de quo paulo ante dixerat, in ijs maxime quæ difficulter probantur, ut factum de nocte. l. cum exceptiones. §. in hoc. in gloſ. ff. quod met. cau. & ſic eſt dicendum in crimine hæreſis, quod cum occulte committatur, minores probationes requiruntur, ut dicit Pet. de Anch. in c. in fidei fauorem. de hæreticis. lib. 6.

22 Aduerte † tamen in eo quod dixi, quòd reus in tormentis cogitur perſeuerare in confesſione extraiudiciali, & quòd illa facit indicium ad torturam, quia uerum eſt niſi illa confesſio reuocetur ab illo confitente, nam tunc non poſſet ob eam torqueri confitens, ſecundum Bal. in l. prima, colum. penul. uerſicu. extra quæro. C. de confeſsis, Inde ſumitur cautela pro reo, ut dicat expreſse ſe illam confesſionem reuocare, nec habet probare errorem, quia non tenuit quo ad aliquod præiudicium indicij, ſed ſolum quo ad præiudicium facti,

quem

quem ſequitur Fely.in d.cap.de hoc,de ſimo.& Hyppo.in l. De minore. in prin.col.pe.ff.de quæſt.d.Iaſ.in l.magiſtratibus.ff. de iuriſ. omn.iudi. & in ſua practica.in §.diligenter.& in §.examinata,& conſequenter, nec cogi poſſet in ea perſeuerare.

23 Attendendum † eſt etiam,ꝙ ſi cum illa confesſione extraiudiciali de crimine concurrant aliæ coniecturæ & uerisſimilia, ꝙ contra confitentē facit plenam probationē dicta confesſio, ideo ꝙ præciſe cogi poteſt cō feſſus in ea perſeuerare in tortura, vt inde condemnetur,& talis confeſſio facta in tormentis quam præceſsit confeſsio extraiudicialis non requirit ratificationem,prout alias fit,vt in l.j.§. Diuus. & §. ſi quis ultro. ff.de quæſtio,ut ſcribit ſingulariter Tindarus in ſuo dialogo de teſtium concordia,c.7.incip.dic Balde quæſo,quem ſequitur Fely.in c.olim.uer ſi.fallit octauo,de reſcri.ubi plura de confesſione extraiudiciali glomerauit,& in c.de hoc.de ſimo.& hęc de primo membro huius quæſtionis.

24 AVT † VERO DICTA mulier maleſica confitetur ſe infantē vnum uel plures ſuis maleficijs uel alias cum ſuis maledictis uerbis occidiſſe.& tūc non eſt ei ſimpliciter credendum niſi aliter uere & realiter cōſtet illos fuiſſe occiſos,& pro hoc adducitur quod inquit Bal. in addi. ad Spe.ſub tit.de re iud.in ultima additione.circa finē.uer.Titius fuit cō feſſus.Ang.de Aret.in ſuo tract.maleficiorum.in verbo. Et veſtem cœleſtem.uer.quid ſi confiteatur.Pau.de Caſt.in authen. ſed nouo iure.C. de furtis.Pet.de Anch.in conſi.24.uiſa inquiſitione.Bal.in l.cū probatio.in ſuis additionibus.ff.de proba.& in authen.ſed nouo iure.C. de furtis, & facit quod inquit Ange. in l.prima. C. de confeſsis.de illis malandrinis, qui confesſi ſunt ſe occidiſſe plures mercatores peregrinos & proieciſſe eorum corpora in mare an ſit ſtandum eorum confesſioni, & dicit quòd inquirendum eſt, an mare, uel flumen ſit prope, quia ſi eſt prope,eis nocebit,ſecus autem ſi non ſit prope, ut refert Hyppo. de Marſi.in l.j.in prin. ff.de quæſtio.quod ego non inuenio apud Angelum in meo libro,idem Ang.in l.certū.ff.de confeſsis. Hyppo.in conſi.14.inci.clementisſimi.col.7.li.j.& in conſ.cix.Spiritus Sanctus.col.6.li.2.idē dicit Bal.in addi.ad Spe.in tit.de confeſsis.col.2.idem ſcribit Bal. in ca. Atſi clerici.col. 3.de iudi.cum alijs,ut tradit.d.Iaſ. in l.error. C.de iuris & facti igno.

25 Et † per hæc forſan poſſet attentari, quod licet aliquis abiuraſſet hæreſim tanquam uehementer ſuſpectus ſeu tanquam deprehenſus, & poſtea ſponte accederet ad epiſcopum uel inquiſitorem dicens, ſe ipſum relapſum eſſe in hæreſim ſiue iam abiuratam,ſiue aliam,& hic relapſus non posſit uerificari per teſtem,uel aliam probationem,quia ipſe ſo-

lus ſine ſocijs relapſus fuerat, & peteret ueniam de hoc ſecundo relapſu, quod iſte non eſſet relaxandus brachio ſeculari, ſicut ſupra dictum eſt de illo qui eſt confeſſus homicidium de quo non conſtat, quod competenter fundatur in iuribus proxime allegatis per Doctores ibi ſcribentes, & hoc ſatis ſentit gloſator legum Hyſpaniæ in ſeptima parte. titulo de hæreticis. 26. in quarta colum. uer. eſt tamen concluſio. Dicens vnum ſaluo meliori iudicio, ꝙ ſi relapſus non fuit in ſuo relapſu deprehenſus, ſed ipſe ſponte uenit ad inquiſitores, & confitetur errorem ſuum & ſe relapſum eſſe, & ob hoc lacrimatur, Et peteret reincorporari Eccleſiæ, & uellet iterum abiurare omnem hæreſim, & eſſet paratus ſubire quamcunque pœnitentiam, & grauisſimam, quæ ſibi iniungeretur, & ceſſaret ſcandalum apud alios, cum neſcirent illum relapſum, ꝙ tali deberet iniungi aliqua grauisſima pœna, & liberari a pœna mortis, & dictus gloſator dicit ita tenuiſſe Ioannem lupi decanum ſegouien. Inde etiam ſecundum eoſdem ſequeretur, ꝙ filij & nepotes huius relapſi ſponte uenientis ad gremium eccleſiæ nō incurrerent inhabilitatem, de qua in l. quicunque. C. de hæreti. & in c. ſtatutum, de hæreticis li. 6. ita dicitur in d. tit. 25. in l. 2. in fi. Et idem arbitror eſſe dicendum ſi poſt abiurationem confitetur ſe præſtitiſſe fauorem, qui excuſari non poſſet, ſcienter aliquibus hæreticis, & hoc non probaretur, niſi per ſuam confesſionem, ꝙ deberet excuſari a pœna. §. ille quoque. c. Accuſatus. de hæreti. lib. 6.

26 Nec obſtaret prædictis. c. ſuper eo, eo. ti. & c. ad abolēdam. §. illos quoque. de hæreti. in quibus deciditur ꝙ relapſi debent relaxari curiæ ſeculari, quia verum eſt qñ de hoc eſſent conuicti per teſtes, vel eſſent confeſſi, & eorum confeſsio uerificata eſſet per alias probationes, quàm per ſolam confesſionem, quia tunc tradendi ſunt curiæ ſeculari, ſecus tamē eſſet in propoſito, cum de eorum relapſu non conſtaret niſi per ſolam ipſius rei confesſionem. Parique modo eſſet reſpondendum ad illud dictū Bal. in d. l. ſiquis non dicam rapere. quia forſan ibi conſtare non poterat de hæreſi, quam accuſatus habebat in mēte, niſi ex ſola eius confesſione, licet haberet teſtes de illa non concludentes, uel dictum Bal. poteſt intelligi quando agebatur ſolum de reconciliando illum confeſſum græmio Eccleſiæ, & de condemnando illum carceri perpetuo, quæ eſt pœna redeuntis ad eccleſiam, ut in ca. pe. de hæreti. in propoſito tamen loquitur de condemnando illum ſponte confeſſum morti, & ideo longa eſt differentia, merito non deberet tradi curiæ ſeculari, ex quo eius confesſio nō eſſet alias uerificata, ſed alia pœna graui puniri, morte excepta.

27 Ratio † prædictorum eſſe poſſet, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, adeo ꝙ abſque delicto poſſet facere quis ſe ad mortem dānari.

nari.contra.l.liber homo.ff.ad.l. Aquiliam, & l. non tantum.&.l. & ſi non defendantur.ff.de pœnis, & ideo dicunt doctores, ſoli confesſioni ſtandum non eſſe.l.j.§.Diuus.ff.de quæſtio. & l. inde Neratius. §.fi.ff.ad l.aquiliam,ut ſcribit Alex.in conſi.xix.circa primum.col.j.lib.7.ubi optime declarat in diſcurſu illius cõſilij,quomodo ſit intelligẽda illa theorica doctorum aſſerentium,ꝙ niſi conſtet de homicidio,ꝙ illud confesſus damnari non poteſt, & ad hãc rationem proxime poſitam vide Pau. de Caſt.in d.aur.ſed nouo iurę,dicentẽ ideo nõ ſtari ſoli confesſioni confitentis,cum agitur de pœna mortis uel corporali, cum confitens non ſit dominus membrorum ſuorum, nã poſſet q̄uis uolens mori ſic confiteri & contra ueritatem,ideo tollerari non debet,ut in d.l. non tantum,cum
28 alijs per eundẽ Alex.allegatis in d.conſi. Et vide † ſi poſſet alia ratio aſsignari, ne videatur iudex tanta uti immanitate contra illum non indiciatum,non conuictum,ſed ſua ſponte confitentem,quinimo ſeipſum deferentem,& prodentem maleficium ſoli Deo manifeſtum, & hominibus occultum,releuando curiam ab onere probandi, quod ipſe ſua confesſione detegit,pro hoc facit.l.1.C.de ijs qui ſe deferunt.li.x.ubi ſiquis accõmodauit tacitam fidem de reſtituendo incapaci, & ſeipſum prodit lucratur tertiam partem de bonis defuncti, ubi notat Lucas de Penna colum.j.quod parcitur ſponte confitenti.l.quiſquis. C.ad l. Iuliam maieſta.cum alijs ab ipſo allegatis,quod intelligit nulla examinatione præcedente,allegando Pſal. 84. miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi, pro quo facit, quia ſi filius commiſit delictum, ſeu crimen læſæ Maieſtatis, & pater capiat illum & offerat iudici,filius non debet pati illam pœnam, quàm alias pateretur ſi fuiſſet accuſatus & ab alio captus, & iudici exhibitus,ſed aliam pęnam mitiorem.tex.eſt in l.milites agrum. §.deſertorẽ. iuncta.l.non omnes.§.deſertorem.ff.eo.tit.ſcribunt Saly.& Pau.de Caſtro.in l.propter inſidias.C.qui accuſare non poſſunt,tradit Bartho. Cepo.in ſua tracta.cautelarum,cautela prima,dominus Iaſ.in l.1.col.2.C. de ijs qui,ut indignis.& Fely.in cap.1.de offi.deleg.colũ.1.& ratio dicti. §.deſertorem.d.l.milites agrum eſt, ne uideatur inquit pater ad ſupplicium filiũ tradere,quę ratio multo magis militat in ſeipſo,qui ſpõte nullis probationibus ſeu indicijs præcedentibus ſe ipſum iudici exhibet, & prodit,nam ſi per oblationem patris de filio, filius non punitur pœna naturali delicti,multo minus puniendus eſt quis per oblationem propriam de ſe ipſo factam, nam charitas ordinata a ſe ipſo incipit.l.præſes. C. de ſerui.& aqua.& dicit Saly.in d.l.propter,ꝙ mater admittitur ad accuſandum filium in criminibus exceptis, quia non uidetur facere contra officiũ pietatis,quæ propriam pœnam curat euadere, quia charitas ordina

nata à ſe ipſa incipit, ut in d.l. præſes, & eſt argum. in l. licet. in fi. ff. de arbi. immo in crimine hæreſis ad id tenetur pater & mater. ſ. ad prodendũ filium, & econtra. c. ſi Epiſcopus, ubi notatur, & in c. excommunicamus. §. credentes, de hæreticis, & ſic minuenda eſt pœna naturalis delicti pro denti ſeipſum ſicut minuitur filio, quem pater exhibet iudici, & hoc formaliter probat tex. in d. §. deſertorem. uerſi. item Diui Seuerus & Antoninus. ubi eum qui poſt quinquẽnium deſertionis ſe obtulit deportari iuſſerunt, quod in ſimilibus caſibus probatur poſſe extendi, & tamen ſi ſe non obtuliſſet ille deſertor miles, non fuiſſet ei parcendum, ut in l. omnes. §. a barbaris. ff. de re milita. quæ omnia nota quia ſic non inuenies enucleata.

QVO AD SECVNDVM DVBIVM principale huius quęſtionis, An inquiſitores poſſint ſine incurſu irregularitatis dictas mulieres bruxias tradere curiæ ſeculari ob interitum infantium ab eis cauſatum ſuis execrandis maleficijs, alias ad reconciliationem admittẽdas, ſi illos infantes nõ necaſſent. Et hæc quæſtio ſæpe accidit in facto in mõtanis Nauarrę, & ego habui in facto de quodam accuſato de criminibus hæreſis & apoſtaſiæ qui inter confitendum illa crimina, dixit ſe commiſiſſe crimen ſodomiticum cum quadam muliercula, fuit dubitatum an ex eo poſſet tradi curiæ ſeculari eo modo quo traduntur hæretici, pro horum deciſione aliquas concluſiones præmittam, deinde ueniam ad deciſionem huius dubij.

29. PRIMA † ERGO Concluſio eſt, ꝙ pro homicidio doloſo a layco commiſſo naturalis pœna ſtatuta eſt regulariter, ut homicida moriatur, ut eſt tex. in l. qui cedem. ff. ad l. Iuliam de ſicca. quam pœnam ultimi ſupplicij intelligimus, licet quandoque ſecundum conditionem perſonarũ loco pœnæ mortis ſurrogetur deportatio. l. 3. §. pe. & §. fin. ff. ad l. Corneliam de ſicca. §. item lex Cornelia. inſti. de publi. iudi. facit. l. qui ultimo. ff. de pœnis. l. reſpiciendum. §. fi. ff. de pęnis, & dicit tex. in l. 3. C. de epiſ. audien. homicida qđ fecit expectet, & do. Matth. 26. inquit oẽs qui acceperint gladiũ, gladio peribũt, & Ioã. Apocalipſis. 6. uidi ſubtus altare animas interfectorũ ꝑp uerbum Dei, & propter teſtimoniũ qđ habebãt, & clamabant uoce magna dicẽtes vſq; quo domine Sanctus & verus non iudicas, & uindicas ſanguinẽ noſtrũ de ijs qui habitant in terra, & Gen. 4. dicit dñs ad Caym, vox ſanguinis fratris tui. ſ. Abel clamat de terra, Abel eñ vt dicunt doctores catholici, martir, paſtor, & uirgo fuit, inde ẽt inqt Gen. 18. quatuor eſſe peccata q̃ corã Deo clamitãt. ſ. peccata ſodomorum, clamor ſodomorum multiplicatus eſt, & peccatũ eorũ aggrauatum eſt nimis, Gen. 18. homicidarum, vox ſanguinis fratris tui.

Gene.

Gene.4.oppreſſorum. Exodi.2.aſcendit clamor eorum ad dominum De tentorum mercedis mercenariorum, Eccle.34.qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt, ſcribit late Hyppo.in con ſi.90.illumina.col.j.lib.2.cum ſequenti, & in alijs ſequentibus conſiliis, & in l.j.in prin.ff.ad.l.corne.de ſicca.idem dicit Bal.in l.data opera.col. 3.C.qui accuſa.non poſ.ubi ponit fere omnes caſus in quibus de iure imponitur pœna mortis.idem Bal.aliquos caſus addit in c.j.§. iniuria. col. 2.de pace iura.firmã.col.2.& alibi Bal.in tit.de pace tenẽ.& eius uiola.in c.j.col.j.dicit ꝙ iudex non debet admittere friuolas probationes homicidæ.nec morari ſuper ambagibus, quod intelligo quando conſtat de homicidio.l.cum reis.C.de pœnis.ubi Saly.glo.in l.graui. C. de adulte. faciunt.c.miles.& c.cum homo,& c.ſi homicidium.23.q.5. & q̃uis Ioan. de Imo.in c.fi. de conſue.ſecundum aliquos dubitet de iure digeſtorum quæ pœna imponebatur homicidio,tamen Ange.in conſi.14.incipi. nos Carolus. concludit de iure digeſtorum fuiſſe ſtatutum pœnam capitis contra homicidam.& ad hoc plura allegat.

30 Et†pro prædictis aliqui allegant tex.in c.omnis.3.diſt.ibi,qui cedem fecerit capite plectatur,ſed hoc eſt dubitabile per ea quæ dicit Abbas in c.at ſi clerici.col.11.uerſ.& pro hoc optime facit de iud.ꝙ ſi pro aliquo delicto imponitur pœna capitalis non intelligitur de pœna mortis, ſed de mitiori,cum de iure triplex reperiatur pœna capitalis.ſcilicet prima eſt mors corporis,ſecunda eſt morti proxima, ut damnatio in metallũ. tertia eſt deportatio,ut ſcribit Inno.in c.qualiter & quando.ij. col.fi.de accuſa. nec mortis appellatione ſimpliciter prolatæ per modum impoſitionis pęnæ intelligitur de morte corporali in iure canonico,ſed de morte ſpirituali.tex.eſt de hoc ſingularis in c.per uenerabilem.col.pen.circa finem,qui filij ſunt legiti.ibi mori præcipitur.i.per excommunicationẽ. per quem tex.notat ibi Abbas,quod ubicunque in iure canonico reperitur pœna mortis debet exponi pro ſententia excommunicationis,dicens menti tenendũ, quia alibi non ita bene probatur, quia duplex eſt mors, quædã tẽporalis quæ eſt ſeparatio animæ a corpore. Altera ciuilis,ut excõicatio,per quã ſeparatur anima a gratia Dei, nã Deus eſt uita aĩarũ. idẽ ſcribit Abbas in c.j.de homi.circa fi.& hoc de facili procedit de iure canonico,in quo nunq̃ pro aliquo crimine imponiẽ pœna ſanguinis, ut allegaẽ,ut eſt gl.in c.ꝑuaricator.2.q.3.q̃ ego nõ inuenio,nec in toto decreto eſt tale.c.ꝑuaricator.ſed.c.calũniã,ubi hoc non hr̃,quãuis eã allegat Iaſo.in l.trãſigere.C.de trãſ.col.2.uide tñ ſi hoc ꝓbet gl.in c.delatori.5.q.6.expſſe tñ Pau.de Caſ.ĩ cõſ.348.notãdũ.col.2.li.j.inq̃t ius canonicũ nõ ĩponere ꝑ criẽ pęnã sãguinis,ſed ciuilẽ.ſ.priuationẽ a bñficio,vł

criminalem

criminalem ideſt depoſitionem ab ordine,quæ pœnæ ſunt eccleſiaſticæ, & cum hoc concordat S.Tho.in 2. 2.q.99.arti.ulti.inquiens, ſtatuta eccleſiæ non infligere pœnam mortis,ex quibus ſatis oſtẽditur.d.c. omnis. 3.diſt.non debere intelligi de pœna mortis corporalis, ſed de alia pœna quæ de iure canonico infligi poteſt pro homicidio.

31 Ad†idem accedit quod inquit Abbas in c.j.de furtis.& cap.2.in fi.de maio.& obed.& quæ ſcribunt.D.Iaſo.in d.l.tranſigere,& Fely.in c. qualiter.& quando.2.§.fi.col.fi.uerſi. ultimo tangit. de accuſ.& pro prædictis eſt addendum,ꝙ infantis occiſio eſt delictum piaculare,& ſic magis execrabile & horribile,q̃ occiſio maioris,ut probatur in l.pe.C.de ſiccarijs, & ibi notat Saly. & atrocius eſt hominem ueneno occidere quàm gladio.l.j.C.de ma thema.

32 Et †de pœna homicidarum ſecundum iura ciuilia, late tradidit Albertus de Gandi.in ſuo tracta.maleficiorum.rubri.de homicidiariis, & eorum pœnis.col.j.uerſ.ſed quæro aliquis.& plura circa hanc materiam ſcribunt Bartho.Cepol.in ſuo ultimo conſi.91.uiſa inquiſitione.Pau.de Caſtr.in conſi.277.in cauſa incarceratorum.col.j.lib.2.Cepol. in conſi. 34.ſi unquàm magnifice domine.

33 De†iure uero canonico clericus qui homicidium ſimplex dolo commiſerit deponitur,& detruditur in arctum monaſterium, ut in cap.cum non ab homine.de iudi.iuncto cap.tuæ.de pœnis,ut dicit Abbas in ca.j. de ijs qui filios occiderunt,& in cap.cum non ab homine de iudic.Sed in hoc Abbas uidetur ſibi contrarius,nam in d.c.tuæ, tenet ꝙ ubi de iure ciuili pro aliquo delicto imponitur pœna mortis, ꝙ pro illo debet clericus homicida deponi,& damnari ad perpetuum carcerem,ut in cap.pen. de hæreti.cap.nouimus.de uerborum ſign.ſecundum eum.quia prout dicit Inno.in cap.qualiter & quando.ij.de accuſatio.deputatio ad perpetuum carcerem poſt depoſitionem æquiparatur pœnæ mortis,& ideo rariſsime debet infligi niſi pro grauiſsimis delictis, cum ergo pro homicidio de iure ciuili ſit pœna mortis,ut dixi,ſequitur ꝙ clericus debet deponi,& detrudi in carcerem perpetuum.Hæc tamen nõ ſunt uera, quod patet, quia pro nephando crimine ſodomitico de iure ciuili eſt pœna ultimi ſupplicij,ut patet in l.cum uir.C. de adulterijs.& in authenti. ut non luxuri.homines contra naturam.colla.6.& tamen de iure canonico clericus pro hoc crimine detruditur in monaſterium.cap.clerici.de exceſſi. præla.præterea famoſi latrones furca ſuſpenduntur.l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœnis,& tamen de iure canonico ſi clericus eſſet famoſus latro debet deponi & detrudi in arctum monaſterium ad agendum pœnitentiam.c.tuæ.de pœnis,quod poteſt intelligi in famoſo latrone, quia dicit

in

in latrocinijs,& in alijs magnis ſceleribus deprehenſi.

34 Sic† ergo detruſio in monaſterium debet fieri in pœnitente, ideſt in eo qui uult ſuſcipere pœnitentiam,ſed ubi depoſitus eſſet impœnitẽs,debet deputari ad carcerem perpetuum.ita probatur in c.a nobis.de apoſtatis,& c.ut famæ.in prin.de ſenten.excommunica. per quem tex. patet ſecundum Aret.in c.at ſi clerici.in prin.col. 6. ꝙ pœna incluſionis in monaſterium eſt minor pœna & diuerſa ab incluſione in carcerẽ perpetuũ. licet glo.aliter ſentiat & male in cap.inter ſollicitudines,de purga.cano. ſit ergo concluſio, ꝙ licet de iure ciuili ſit pœna mortis contra homicidam ſimplicem, de iure uero canonico clericus homicida ſimplex detrudendus eſt in monaſterium arctum ad agendam pœnitẽtiam, ut dicit Abbas in d.c.j.de ijs qui filios occiderunt. Sed hoc fallit ubicumque eſſet ſuſpitio fugæ, quia tunc in carcerem perpetuum damnari clericus homicida poſſet,quia tunc nollet agere pœnitentiam, ut probatur optime in c. ut famæ.in prin.de ſententia excommunica.& in c.a nobis. de apoſtatis, & ille carcer etiam datus cenſebitur ad agendum pœnitentiam, ut patet in hæretico in cap.pen.de hære. & in c. nouimus.de uerbo. ſignificatio. Secundo etiam fallit quando homicidium eſſet qualificatum, puta preſbytericidium,uel cum proditione,ſeu parricidium,quia tunc ſecundum aliquos deberet tradi curiæ ſeculari, prout late ſcribitur per Pet.de Ancha.in ſua diſputatione quam refert Abbas in ca. at ſi clerici.§.j.de iudiciis.& in repetitione cap.ea quæ.q.20.de reg.iuris lib.6. ſcribit late Frã. de Aret.in d.c.cũ non ab homine,de iudicijs.col.7.uerſi.reperitur ſextus caſus.d.Decius in d.cap. at ſi clerici.col.antepe. uerſi.poſtremo Abbas. Ego late ſcripſi in c.quoniam.de hæret.lib.6.q.11.Fely. in c.inquiſitionis.col.2.de ſent.excommu.

SECVNDA Concluſio eſt,ꝙ pro crimine nephando ſodomitico de iure ciuili eſt ſtatutum ultimum ſupplicium,ut in d.l.cum uir.cum aliis ſupra allegatis. de iure uero canonico eſt depoſitionis pœna & detruſio in carcerem ad agendam pœnitentiam.in capitulo. clerici.de exceſſi. prælator.

35 TERTIA† Concluſio eſt,ꝙ iudex eccleſiaſticus tradens aliquẽ curiæ ſeculari puniendum ob crimen cuius cognitio ad eum non ſpectat, efficitur irregularis ſi exinde ſequatur mors,uel membri abſciſio, puta ſi tradendus eſt laicus,& commiſit homicidium, & ſic non eſt de foro Eccleſiæ,nec reſpectu perſonæ,nec reſpectu criminis,quod probatur, quia non eſt de caſibus in quibus iudex eccleſiaſticus id poteſt,puta ſi tradendus eſſet clericus,uel ſi laicus commiſit crimen mere eccleſiaſticum. De primo ſunt caſus in quibus ſine nota irregularitatis hoc poteſt, quos

ponit

ponit glo.in c.ad abolendam.in uerbo,relinquatur,de hæreticis, & Abbas in c.At ſi clerici.col.x.uerſi.ad tertium.de iudicijs,& ibi Fely. in fin. col.Petrus de Ancha.in conſi.158.ex narratis.col.2.dixi latiſſime in d.q. 11.Secũdum uero eſt quod ẽt numeratur inter illos,quãdo hęreticus traditur curiæ ſeculari, nam inquiſitor ſeu epiſcopus id faciens non incurrit crimen irregularitatis,licet habeat pro certo ꝙ iudex ſecularis illum ſuæ curiæ traditum illico ad mortem damnabit,ita dicit Arch.in c.j.23. q.8.pro quo faciunt.c.legi.& c.ſi audieris,eadem cau.& q.& Spec.in tit. de iudi.delega.§.iuxta,uerſi.porro,ſequitur Fely.in c.ſicut dignum.de homi.col.3.& in c.j.col.quinta.uerſi.limita omnia prædicta.de offi. deleg. Ratio horum ſecundum præfatos doctores nulla redditur, poſſet tamen dici,ꝙ hæc fiunt authoritate canonis,ut patet in c.ad abolẽdam. in prin. de hæret.& in c.ſuper eo,eo.tit.lib.6.facit.c.pro humani,de homicidio. lib.6.& ideo nullam pœnam merentur ij iudices Eccleſiaſtici. l. Gracchus.C.de adulte.

36 Sic† uidemus,ꝙ licet faciens per alium per ſeipſum facere uideatur, ſiue uere faciat,ſiue ficte, uel cauſam præbeat, ſecundum uarios modos intelligendi, prout late ſcribit dominus Iaſo. in l. ſi is qui pro emptore, col.68.uerſi.circa principalem articulum.ff.de uſucap.& in l.j.§.per procuratorem.col.2.ff.de acqui. poſſe. cum ad incurrendam irregularitatẽ inter hos modos nulla uel ſaltem parua conſtituatur differentia, ut late in diſcurſu materiæ irregularitatis ſcribit Mari.Soc.in c. ad audientiam. de homicidio,nihilominus tamen Epiſcopus ſeu alius prælatus cui iuriſdictio temporalis competit,poteſt ceſſante metu irregularitatis,cauſam ſanguinis ſpecialiter delegare,& ſic per alium facit prælatus quod ipſe ꝑ ſe facere non poſſet,ut eſt tex. in c.Epiſcopus.ne cleri.uel monachi. libr. 6.& glo.in c.poteſt quis de reg.iuris.lib .6.facit.c. perlatis de homicidio lib.6.quod non eſt ex alio, q̃ ꝙ authoritate canonis hoc facit, quia alias qui per alium facit per ſe facere uidetur, quod licet in rei ueritate hoc forſan nõ ſit,eſt tamen per fictionem quo ad effectum iuris,ut tradit plura exempla Dy.in c.qui per alium.de regu.iuris.lib. 6. dominus Decius in l.is damnum.ff.de regu.iuris.d.Iaſo.in l. ſi quis id quod. & Alexan. in l.ſi familia.ff.de iuriſd.omni.iud.Bal.& alij in l.Gallus.§.Et quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.Fely. & alij ante eum in c. mulieres. de ſenten. excommu.

37 Inde† eſt,quòd ſicut tenetur.l. cornelia de ſiccarijs qui aliquem per ſe occidit,ſic & qui per alium.l.non ideo.C.de accuſa. l. & ſi certus ſit percuſſor.ff.ad ſilla.arg.in l.j.§.pen.ff.ad Trebel.c. is qui mandat. de homi. lib.6. Ange.arct.in tracta.maleficiorum.in uerbo,Sempronium mandatorem.

torem.Bald.in capitulo.j.§.opizoni,uerſi.etiam in ſtatutis. de pace conſtantiæ,Ange.aret.in prohemio inſtitutionum.§.igitur,col.2.Bart. in l. hæc uerba.ff.de adulte.Andre.Sicul.in rubr.de fide inſtrumentorum.col. x.Alexan.in conſi.65.incipi. uiſa quadam. lib.4. Cepo.in conſi.xxxiiij.ſi unquàm.

38 Prætereaǂiudex delegatus uices gerit iudicis delegantis.c.ſane.de offi.iud.delega & quando iudicat non iudicat tanquàm ipſe. ſed tanquàm alius.l.ſi prætor.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſd.ut ibi per glo.facit.l. ſi pater.§.qui duos.ff.de adoptio.inde eſt ꝙ iudex delegatus eſt maior ordinario,ut in d.c.ſané,& maior legato de latere.c.ſtuduiſti.de offi.delega.& fortius eſt dicendum ꝙ delegatus a Papa non dicitur maior ordinario ſolum reſpectu cauſæ ſibi commiſſæ,quia hoc indubitatum eſt, ut in d.c.ſane & c.ſtuduiſti,ſed dicitur maior abſolute ꝓpter repreſentationē pontificis,quæ in ordinario non reperitur,non autem ſecundum aliquid ut dicit Decius in rub.de offi.deleg.col.2.

39 SICǂERGO non obſtantibus ijs,Canon ſtatuit, ut demamdātes alijs has cauſas criminales non incurrant notam irregularitatis, ut in d. c.Epiſcopus,ne clerici uel monachi.lib.6.cū alijs allegatis, poteſt enim Pæpa circa hæc ſtatuere,cum poſſet & prouidere quòd ſine metu irregularitatis clericus habens iuriſdictionem temporalem poſſet per ſe ſententiam ſanguinis & iuſtitiam in pœnis ſanguinis exercere,ut euidenter tenet glo.in d.c.epiſcopus.in uerbo,maleficio.idem tenet Ioan.Andre.in c.clericis,& Abbas,ibi dicit Ioannem Calderinum tenuiſſe Papam poſſe licentiam dare clericis intereſſendi iuſto bello ſine pœna irregularitatis. quia irregularitas quæ contrahitur ex actu in ſe licito eſt de iure poſitiuo,contra quod Papa diſpenſat.c.propoſuit. de conceſsi. præben. refert Phi.Francus in d.c.epiſcopus.col.j. inde eſt ꝙ Papa poteſt ſtatuendo imponere pœnam mortis,ſed non exequendo,ſecundum Imo.nam ſi propriis manibus Papa occideret aliquem,fieret ſtatim irregularis, ut dicit Bal.in capitulo.ſecundo.in fin.de maio.& obedien. quem refert Fely. in cap. ſi quando. colum.2. de reſcriptis. ueritas tamen huius dicti pendet ab illa dubitatione,An irregularitas propter homicidium ſit de iure diuino,uel poſitiuo,de qua habes remiſsiones multas per Fely.in cap.fin.in fi.& c.2.de maiori.& obedi.& Maria.Soc.late tradit in d.c.ad audientiā.

40 Etǂhæc eſt una differentia,quæ eſt inter ius canonicum & ciuile ſuper huiuſmodi delegatione cauſarum meri imperij,quia de iure ciuili poteſtas gladij committi non poteſt. l. nemo poteſt. ff. de regu. iuris. l. ſolent. in princip. ff. de offi. pro. & lega. l. ij. C. de peda. iudi. uerſicul. quod ita. ſcribunt late doctores maxime moderni in lege. prima. in

prin.

prin.ff.de offi. eius cui manda.eſt iuriſd. ſecus eſt autem de iure canonico,ut in d.cap.Epiſcopus.glo.pen.in c.quod ſedem.de offi.ordina. in c. in Archiepiſcopatu.de rapto.Ange.de Peru.in l. imperium. ff. de iuriſd. omn.iud.cum alijs,ut tradit dominus Iaſo.& alij in d.l.j. in prin.ubi rationem differentiæ conantur perſcrutari,ultra quos aliam ponit Bald.in d.l.ſolent. in prin. dicens, ꝙ ratio differentiæ eſt quia clerici per ſe non poſſunt actualiter gladium exercere, nec ſanguinem effundere humanũ, ſed tamen ex permiſſu canonum alteri committunt hoc,ſcilicet ꝙ faciat iuſtitiam,quia tunc lex occidit non ipſe,alias ſi non poſſet committere, gladij poteſtas eſſet fruſtra in clericis,prædictam differentiam tenent cõmuniter doctores,licet Ioan.de Imo.attentauerit illam tollere,ut per eũ in d.c.quod ſedem.col.fi.& in clemen.j.col.3. uerſi. ſed aliter conſueui. de offi.delega.quam ponit Bar. in ſuo tractatu de differentijs iuris canoni.& ciui.colu.3.& moderni in d.c.quod ſedem.

41 Extra ergo hos caſus in quibus iura canonica permittunt clericis delegare cauſas criminales alijs,uel tradere aliquem iudici ſeculari damnãdum, iudices eccleſiaſtici ſeu alij clerici intereſſentes iudicio ſanguinis irregularitatem incurrunt,ut eſt tex.in cap.ſententiam ſanguinis. ne cleri.uel monachi.ibi,de hoc ſanguinis uindictam exerceat, aut ubi exercetur interſit,nec ſententiam dicat aut proferat,iuncto.ca.ex literis, de exceſſi.prælatorum.& c.clerici,ne cleri.uel mona.& ſi ex conſilio clerici ſequatur homicidium,ſeu membri mutilatio, eſt ipſe clericus irregularis,ut in c.ſicut dignum.de homici.c.ſiquis uiduam.l.diſt.c.ſi.quar. q.8. c.1.de cleri.pugna in duello, & late proſequitur hanc materiam Maria. Soc.in c.ad audientiam,de homi.& Bellamera in cõſi. 14.factum eſt tale,& irregularitas non incurritur niſi in caſibus expreſsis in iure. c. is qui. de ſenten.excommunica.li. 6.& cum incurſus irregularitatis maxime ex homicidio inducat plures effectus,& ut ita dixerim pœnalitates,quas ponit Soc.in d.c.ad audientiam,in uerſi. octauo principaliter quæro, ideo ab ea maxime cauendum eſt,cum circa hanc ſolus Papa poſsit diſpenſare,ut ibi late traditur.

42 Et per quæcunque indulgentiam conceſſam a ſummo pontifice abſoluendi ab omnibus peccatis & offenſis etiam comprehenſis in bulla in cœna domini non cenſetur data facultas tollendi irregularitatem, quam cõfitens incurrit ex homicidio,cum in tali diſpenſatione requiratur ſpecialis cõmiſsio,ſiue irregularitas eſſet manifeſta ſiue occulta, ita dicit Soc. in d.c.adaudientiam,col fi.nam dicit Arch.in c.miror.poſt Hugo.l.diſt. ꝙ licet pœnitentia abſorbeat peccatum,in priſtinum tamen ſtatum non reformat.c.qui uult.de pœni.diſt.3.& c.ſi quis.j.q.7.& ca. præsbyter.in

primo.

primo.15.q.v. pœnitentia enim non eſt modus tollendæ irregularitatis quantacunque eſſet, etiam ſi tanta eſſet quanta fuit latronis qui ſtatim tranſcendit ad gloriam,& dicebat Dom.in d.c.miror.ꝙ illa quæ ſunt ordinaria ad tollendum delictum in foro pœnitentiali non poſſunt operari ut ſuper delicto inducatur diſpenſatio quo ad poteſtatem tollendi irregularitatem ex delicto contractam.& hoc inquit notandum,ut pœnitentiarij in foro pœnitentiali deputati non posſint diſpenſare ſuper irregularitate delictorum,ut irregularis habilitetur ad celebrandum, uel ad beneficium habendum,niſi ſuper hoc haberetur ſpeciale mandatum,facit optime glo.in c.at ſi clerici.in uerbo,minora.§.de adulterijs,de iudicijs,& hoc ſequuntur Card.de Turre Crema.& Alex.in d.c.miror.& faciunt quæ dixi in meo tractatu de ſecreto.col.ſi. per tradita in cap.de ijs, de accuſatio. & per hæc ſemel reſpondi, ꝙ indulgentia triduani ieiunij noſtris diebus bis a domino noſtro Papa Cleměte ſeptimo tunc feliciter regnante conceſſa,quantumcunque largisſima ſit, non comprehendebat caſus irregularitatis ex delicto contractæ,taliter ꝙ in uim illius irregulares habilitari poſſent,ex quo de huiuſmodi diſpenſatione in dicta indulgentia non habebatur mentio ſpecialis.

43 QVARTA †Cõcluſio eſt, ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus degradauerit clericum & tradiderit curiæ ſeculari puniendum, Iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui,nec ſententiæ dicti iudicis eccleſiaſtici,ut hũc ſibi traditum morti condemnet,ſed examinabit nouiter cauſam,ſi forſam inuenerit illum traditum dignum morte,uel alia pœna,ut eſt caſus in §.ſi uero crimen.in prin.in auth.de ſanctisſimis Epiſcopis.colla.9.& iſte.§. de plano procedit quando crimen non eſt mere eccleſiaſticum,ſed eſſet tale ꝙ uterque tam eccleſiaſticus ꝙ̃ ſecularis poſſet de eo cognoſcere,ut quando clericus degradaretur,uel propter homicidium qualificatum,uel propter ſeditionem,uel alias ob aliud ſimile delictum mixti fori, iuxta.c.cũ ſit generale. de foro compete, iudex ſecularis non debet illum clericum degradatum,& ſibi traditum punire niſi ſibi fiat fides de proceſſu, quia ille efficitur de foro ſuo,& habet illum iudicare,ut ſubditum, non autem ut purus executor, & ita proprie loquitur text.in d.§.ſi uero crimen, ut dicit Abbas in c. j. de offi.ord. & ibi Anto.de But.ante eum,& Bart.in l. Diuus,& in l.non dubium.ff.de cuſto.re.& idem dicebat Iaco.de Beluiſio in §. ſiquis contra aliquem, & ideo iudex laycus examinat cauſam de nouo,quia pœnam irrogare debet,& Epiſcopus ſolummodo præſtat occaſionem ad pœnam,& allegat notata in cap.At ſi clerici.de iudiciis,idẽ tenet Lucas de Penna in l.j.col.4.uerſi.ſecundo quærit. C. de priuilegiis ſcolarium.lib.12.& dictum.§.ſi uero crimen.ita intelligunt Alex.& mo

derniores

derniores in l.magiſtratibus.in fi.ff.de iuriſd. omni. iudi. ut procedat in quocunque alio crimine præterq̃ in crimine hæreſis, quia in hoc crimine hæreſis ſpeciale eſt, ꝙ iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de illo crimine ut mere Eccleſiaſtico, nec diſcutere an bene, uel male fuerit iudicatus reus illius criminis, ſed ſententiam inquiſitoris exequatur, ſeu illum relictum ſtatim indilate animaduerſione debita puniat, ut eſt tex.in c.ut inquiſitionis.in prin.circa finem,& in §.prohibemus.de hære. lib.6.

44 Et†quamuis Bar.ſequutus Guilel.de Cuneo in l.magiſtratibus. ff.de iuriſd.omnium iudi.dicat,quod iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui Epiſcopi,ſeu inquiſitoris,quando traditur ſibi hæreticus ab eo puniẽdus,& ſequantur illum plures famoſiſſimi doctores in d.l.magiſtratibus ſcilicet Alberi.de Roſate,Bal.Rapha.Fulgo.Pau.de Caſtro, & idem Bar. in l. Diuus,& l.non dubium.ff.de cuſto.re.& in l.unica.in prin. ad fi. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera.& communiter legiſtæ ſequuntur,tamẽ canoniſtæ per dictum c.ut inquiſitionis,in prin.& §.prohibemus. tenent contrarium,& hoc iure utimur,& hoc tenuit Anto.de Butrio in d.c.j.de offi.ordi.col.pen.uerſi.nunquid autem. Dum inquit,iudicem ſecularem non teneri ad exequendum ſententiam iudicis Eccleſiaſtici anteqiàm cognoſcat de uiribus ſententiæ,quia non arctatur ſtare proceſſui iudicis Eccleſiaſtici. per.d. §. ſi uero ad crimen.dum tamen tale ſit crimen de quo iudex ſecularis poſſit cognoſcere, & hoc repetit inferius in columna ſequenti,pro ut eſt crimen hæreſis,ut in d.§.prohibemus,idem tenet Bal.ſi bi contrarius in authen.clericus.C.de epiſco.& cler.col.fi.inquiẽs, quòd quando unus iudex remittit ad alium, aut remiſſio fit ad inſtructionem & tenetur ſtare actis remittentis,ut nota.in cle. paſtoralis de re iudi.aut ad punitionem,& non tenetur ſtare,ſed debet acta recenſere,unde ſi trãſmitteretur ſola ſententia ſine probationibus non faceret fidem de crimine quo ad iudicem diuerſi fori,& hoc dicit tenere Guilel.de Cuneo in d. l.magiſtratibus,quando tamen Epiſcopus remittit hæreticum ad iudicẽ ſecularem,iudex ſecularis tenetur ſtare actis Epiſcopi,quia hæc remiſſio fit tanquàm de ſuperiori ad inferiorem .unde inferior ſolum habet exequi & non cognoſcere de crĩe,& licet Bal.ibi ſe remittat ad Bart. in d. l. Diuus,ubi tenet contrariũ,non arbitror ꝙ ſe remittat ad hoc ultimum dictũ,quod tã aſſertiue affirmat,ſed a d.materiã remiſſionis generaliter, quia alias ſe ipſum ipſe Baldus corrigeret ſtatim quod non eſt credẽdũ: l.non ad ea.in glo.ff.de cond.& demon.idẽ tenet Ang.in d.l.Diuus,&in l.j.C.de exhiben.reis.Petrus de Anch.in d.c.j.& in d.c. At ſi clerici, Saly. in.l.ea quidem.C.de accuſa.col.7.ubi rñdet,ꝙ §.ſi uero crimen. ſupra al

legatus

legatus loquitur qn̄ reus mittebatur cōdemnandus, in caſu uero noſtro iam erat condemnatus. ſequuntur. d. Iaſ. Lancelotus, Decius, & alij moderniores in d. l. magiſtratibus. Ioan. de Imo. & Abbas. in d. ca. 1. & idem in c. fin. de ſtatū monach. ſi enim iudex ſecularis poſſet cognoſcere de cā hæreſis ſemel deciſa, illuſoria eſſet Epiſcopi ſeu inquiſitoris ſententia. l. ſi prætor, in prin. ff. de iudicijs. & ſæpe de delicto unius quærere non licet. §. fi. ff. nau. caup. ſtabula. traditur in c. de ijs. de accuſatio.

45 Et † quia tex. in d. §. prohibemus fundatur in illa ratione, cum ſit illud crimen mere Eccleſiaſticum, dicendum eſt ꝙ illud quod in eo diſponitur circa crimen hæreſis contra illius reos & de eo condemnatos, vt iudices ſeculares indilate illos animaduerſione debita puniant, & exequutionem prompte exequantur, habet etiam locum in alijs criminibus mere Eccleſiaſticis, prout concludit Abbas in d. c. & ibi Ant. de But. manifeſte hoc ſentit, quæ autem ſint hæc crimina eccleſiaſtica mera, uel mixta ſcribitur late per Moder. & Soc. in c. cum ſit generale, de foro compet. & ſic iudices ſeculares quorum curiæ remitteretur ab Epiſcopo degradatus ob crimen mere eccleſiaſticum, ſine aliqua cauſæ cognitione debent exequtionem facere, ſicut in cauſa hæreſis, per rationem illius text. ſed in alijs criminibus mixti fori indubitanter procedit, ut de nouo cognoſcere poſsit iudex ſecularis de crimine propter quòd fuit degradatus clericus & ſibi remiſſus, nec tenetur proceſſui Epiſcopi ſtare, per d. §. ſi uero crimen, cum alijs ſupra adductis, & in ijs procedit opinio legiſtarum ſine difficultate, tradit Ant. de But. & Abbas in c. 1. de obliga. ad ratio. maxime ſi iudex ſecularis ſuſpicaretur de iniuſticia præcepti iudicis eccleſiaſtici, ut notat Ioan. Andr. in c. cum in iure, de offi. deleg. & c. 1. de offi. ordi.

46 Hinc † eſt, ꝙ iudex ſecularis poſſet cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento factæ per eccleſiaſticum, nec tenetur eam ſequi iniuſtā, ut ſcribit Petr. de Ancha. in conſi. ccclxxxij. incipien. retento ordine dubiorum, nec obſtat. c. fi. de excepti. li. 6. quia loquitur ubi ſententia nō eſt euidenter nulla, uel inualida, nec. c. paſtoralis. §. quia uero. de offi. ordi. q̄a procedit in exequtione cōmiſſa inferiori, ſecus ſi pari. ut in ꝓpoſito, q̄a par parē req̄rit, hoc ē ordinarius ordinariū, c. j. vbi tradit̄, de of. or.

47 Quid † aūt ſit circa īuocationē brachij ſecularis, an teneat̄ iudex ſecularis illud īpēdere abſq; oſtēſione proceſſus, ſcribit Abbas in d. c. j. col. 3. uer. 2. no. & Pet. de Anch. in d. cōſ. 382. & an ſit ꝑmittēda ſummaria cognitio. Lāfr. ponit in cle. diſpendioſam. col. 3. de iudi. Card. in cle. j. extra. de ſeque. bonorū & fructuū, iudex enim ſecularis debet auxiliari Eccleſiaſtico, & e cōtra, ut d. c. j. & in c. ꝑſbyterorū. 17. q. 4. Vnū tamen non

ommitto circa hoc, ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus inuocet auxilium brachij ſe cularis iudex ſecularis non debet illud impendere, ſi ille contra quem petitur appellauit ad Papam, vel ad alium ſuum ſuperiorem, ſcribit Oldra. in conſ. lxxxix. Epiſcopus inuocat, & Abbas idem ſentit iu d. cap. j. col. 3 pro quo facit, ꝙ promittens aliquem defendere non tenetur. ff. de verb. obli. cum concordantijs ab eo adductis.

48 Et † quo ad ea quæ diximus circa. d. §. prohibemus, ut iudex ſecularis debeat omnino ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici in dicto crimine hæreſis, non ſunt attendendę friuolæ oppoſitiones quas facit Andre. Siculus in d. cap. j. de offic. ordin. ubi calumnia eius euidenter dignoſcitur, quia uiolat dictum text. in pluribus, quòd quilibet ſapiens poterit perpendere.

49 Vnum † tamen non ommitto, ꝙ poſtquàm hæreticus fuerit traditus foro ſeculari poteſt ipſe iudex ſecularis interrogare illum traditum ut confiteatur, an ſit ipſe de quo ſententia loquitur, ſicut de bannito capto inſtruit iudices Bart. in l. demonſtratio. in prin. col. pe. ff. de condi. & demonſtra. l. inter ſtipulantem. §. ſi Sticum. ff. de uerb. oblig. Bald. in ca. j. de feudo ſine culpa non amitte. Ange. & Imo. in l. nominatim. ff. de hære. inſti. tradit Fely. in cap. ad abolendam. col. fi. de hæreti. Sed hoc mihi non placet, ponit enim ſe iudex ſecularis in periculo, & peribit in eo, quid enim ſi ille traditus foro ſeculari neget ſe illum eſſe, de quo ſententia inquiſitoris loquitur, nunquid per illius negationem res efficietur dubia, certe ſic. l. fin. C. quibus ad liber. procla. non licet, ergo adhibendi erunt teſtes qui illum cognoſcant, ut de corpore conſtet, & quid ſi ante uocabatur, Petrus, modo uero Ioannes, ut faciunt multi, qui cum doctorantur, uel aliam miliciam aſſumunt ſeu profeſsionem regularem faciũt mutant ſibi nomen, tunc maior inſurget probandi difficultas, prout Bar. ſcribit in d. l. demonſtratio. uerſi. 7. quæro, & uerſi. ult. quæro. & conſequenter cauſæ cognitio erit adhibenda, quia teſtes non recipiuntur niſi parte citata. l. ſi quando. C. de teſti. quæ omnia non fierent ſine incurſu excommunicationis ob dilatam exequtionem, contra dictum. §. prohibemus. ideo iudex ſecularis curet caute negociari. l. 2. C. de furtis. ne iuxta illud, incidat in ſcyllam cupiens uitare charibdim, non enim ſuccurritur ei qui in neceſsitate uoluntarie ſe poſuit. l. 2. §. quod diximus. ff. ſiquis cautio. cum alijs, ut ibi ſcribunt moderni.

50 QVINTA † CONCLVSIO eſt. ꝙ iudex non poteſt cognoſcere de quæſtione incidenti, ſeu emergenti ex lite coram ipſo mota, quã eſt incapax illius quæſtionis incidentis de qua principaliter ipſe iudicare non poſſet, & licet in alia materia fiat differentia inter incidentẽ & emer

gentem

gentem quæſtionem, puta ꝙ incidens dicatur quæſtio illa, quæ reſpicit merita cauſæ, & ſic habuit originem ante litem motam, ut eſt exceptio compenſationis, uel pacti de non petendo, uel tranſactionis, aut alia ſimilis, Emergens uero quæ emergit in cauſa & non habet cauſam uetuſtiorem ante iudicium, ut ſi dicatur, dilationem eſſe, uel non eſſe dandã, uel teſtem eſſe, uel non eſſe repellendum, & ſic reſpicit proceſſum, ut declarat glo. & melius Ange. Ioan. de Imo. & Alex. in l. quod iuſſit. ff. de re iudi. glo. Bar. & alij in l. 1. C. de ordi. cogni. & in c. j. eo. tit. & Bar. copioſius omnibus in extrauaganti ad reprimendum in uerbo ſummarie. col. pe. & fi. Tamen in propoſito capio generaliter incidentem, uel emergentem quæſtionem, quando mota cauſa ciuili, uel criminali coram iudice alia inſurgit, puta ciuilis, uel criminalis, uel ex confeſſione partis, uel ex atteſtationibus teſtium, puta conuenitur debitor ad centum, inſurgit q̃ſtio uſuraria, uel ſi petitione hæreditatis agatur, emergat quæſtio illegitimi matrimonij, in ijs caſibus, an iudex ſecularis corã quo uertitur hæc quæſtio incidens emergens, uel dependens aut inſurgens, ſiue conſiſtat in iure uel in facto teneatur remittere cauſam, & partes ad iudicem Eccleſiaſticum, & interim ſuperſedeat in cauſa principali, donec cauſa incidens ſit deciſa, ſuper hoc dubio uaria ſcripſerunt doctores.

51 ET † BREVITER recolligendo eorum dicta, dicendum eſt ꝙ Bar. in l. Ticia. ff. ſolu. matr. inquit, ꝙ ſi dubium quæſtionis ſpiritualis emergentis conſiſtat in iure, tunc cognitio ſpiritualis eſt ipſius iudicis Eccleſiaſtici. per l. omni nouatione. C. de ſacro. eccle. c. tuam. de ordine cogni. & c. cauſam, qui filij ſint legi. dummodo hæc cauſa ſpiritualis tractetur inter coniuges, an ſit inter eos matrimonium uel non, quia hęc cã ſpiritualis eſt, & reſpicit eſſentiam matrimonij, ſi uero tractaretur inter alios, puta inter filium, & extraneum, uel inter alterum coniugem, & filium, uel alios, ut eſt in caſu. d. l. Ticia, tũc licet dubitetur an inter talẽ, & talẽ fuerit matrimonium, uel ꝙ nõ potuerit ꝯhi, quia tamẽ hæc quæſtio matrimonij non tractaretur ad illum finem, ut inter tales perſonas quicquid iudicetur decideret cauſam matrimonij, uel aliquid faceret ad eſſe uel non eſſe matrimonij, cum eſſentia matrimonij per hoc non lædatur, non poteſt dici cauſa ſpiritualis, & ideo dicendum eſt hanc cognitionẽ ſpectare ad illum iudicem penes quem tractatur cauſa principalis, vt uidetur caſus in d. l. Ticia. alias ſequeretur ſecundum eum ꝙ iudex ſecularis non poſſet cognoſcere de exceptione excommunicationis, item ꝙ non poſſet punire ſacrilegum uel hæreticum, qnando incidenter quæreretur de re ſpirituali, ac etiam cum non dubitatur de matrimonio, ſed an ille fuerit procreatus ex tali matrimonio uel non, cum hoc dubium nõ

ſit ſpirituale, corã eodem iudice ſeculari coram quo uertitur cauſa principalis,examinari poterit,ut d.l.Ticia.& l.quotiens. C. de iudicijs.
52 Et † ſubdit ſic tenere canoniſtas in d.c. cauſam quæ. inferens idẽ eſſe ſi eſt quæſtio ſuper contractu qui prætenditur eſſe uſurarius, poteſt hoc enim eſſe duobus modis,uno modo quia partes confitentur factum, tamen dubitatur an contractus deſcendens ex tali facto confeſſato ſit uſurarius,an non,tunc quia illud eſt ſpirituale examinabitur coram epiſcopo, quia tunc eſt quæſtio inter prohibitum & conceſſum, ſed ſi de facto dubitatur, quia unus dicit factum proceſsiſſe per unum modum, & alter per alterum, puta quia creditor dicit ſe numeraſſe totam ſummam in inſtrumento comprehenſam, Debitor dicit ſe non recepiſſe niſi dimidiam & aliam dimidiam eſſe adiectam in fraudem uſurarum,Item dicit uenditor ꝙ contractus fuit excogitatus in fraudem uſurarum, quod emptor negat,tunc iſtis caſibus eſt contentio de facto non de uſura ſine aliquo ſpirituali negocio, quia quilibet confitetur, ꝙ uſura eſſet, ſi ſic eſſet, & tunc debet examinari coram iudice layco.ita uidetur mihi inqt Bar.ꝙ ponat dominus Paulus de liazarijs in cle.fi.de uſuris. Et pro hac opinione Bar.facit quod inquit Archi.in c.quid dicam.14.q.4.ſi enim in diſtincte uerum eſſet ꝙ quando incidit quæſtio ſpiritualis,ſiue conſiſtat in iure,ſiue in facto, ꝙ ad iudicem eccleſiaſticum deciſio ſpectaret, ſequeretur maximum inconueniens, ꝙ iudices eccleſiaſtici omnes cauſas traherent ad ſe,& ideo id quod dicit Bar.in d.l.Ticia tenet idem in l.omni nouatione.C.de ſacro.eccle.& in l.quotiens. C. de iudicijs, quem ſequitur Bald.in d.l.Ticia.Hoc tamen adiecto ut inſpicienda ſit forma ꝓpoſitionis,nam ſi proponitur quæſtio incidens per modum nudi facti ab omni ſpiritualitate abſtracti,tunc iudex ſecularis cognoſcit.l.ſi non ſortem.in prin.ff.de condi.indebiti.ſi uero illa propoſitio includit ſpiritualitatẽ neceſſario, tunc non cognoſcit iudex ſecularis, ſed eccleſiaſticus, quia qñ cauſæ iſtæ ſunt inſeparabiles cauſa ſpiritualis trahit ad ſe aliã. c.tuam.de ordi.cogni.Hãc opi.Bar. ſequitur Anto. de Butr.in c.cum ſit generale.col.2.de for.comp.idem dicit Fed.de Sen.in conſ.96.incip.apparet quædam lex,vbi ſequitur Pau. de Liazarij.in cle. j.de uſuris.Ioan. Andr.in c.tuam.col.fi.de ordi.cogni.& ibi Ioan.de Imo.Gaſpar de Calderinis in ſuo conſilio.incipiẽ. inhęrendo argumento quæſtionis.Quod ponitur inter conſi. Petri. de Ancha.236.Domi.in cap.j.de uſu.libr.vj. & Ludo. in dict.l. Ticia tenet cum Bar.ſolum in cauſa uſuraria, per. ca. poſt miſerabilem. de uſur. ubi iudices ſeculares cogere poſſunt uſurarios ad reſtituendum uſuras, & ſic quatenus non uertitur quæſtio iuris, ſed facti, prout eſt quando agitur de reſtitutione, conſtito quòd

ſint

ſint uſuræ,laycus etiam poteſt ſe intromittere,& ſic ille tex.facit pro opinione Archi.in d.c.quid dicã.Et huic opinioni Bar. in hærere uidetur Bal. in l.filium diffinimus.ff. de ijs qui ſui iuris ſunt uel alien. idem aſſerit Bal.in c. j.§.ſimiliter.de contro.inueſti. dicens diabolicum eſſe dicere iudicem ſecularem non poſſe cognoſcere de cauſa uſurarij incidenti actioni pignoraticiæ, & hanc opinionem dicit eſſe communem & ſibi multum placere Abbas Pano.in d.c.cum ſit generale.de foro competen. colum.4. uerſic.nunc diſcutiamus,& ibi Cardi.& Iacob.Butr.in l.cum allegas. C. de uſu. Alexan. in conſi. ix.incipien. præſtantisſime doctor. libro 4.

53 Et † quando dicatur quæſtio facti uel quæſtio iuris optime & magiſtraliter declarat Pau. de Caſt.in conſi.cix.uiſa petitione.libr. 2.& in cõſi. 2.in puncto præſenti.eo.lib.Et cum Bar.tenet idem Abbas in c.lator. qui filij ſint legiti.& in c.poſt miſerabilem.de vſu.Cardi.in cle.j.de uſu. in prin.in. 18. q.& in cle.diſpendioſam . de iudicij.q. 33. & ibi Ioan. de Imol. concordare uidetur,quam etiam firmat Pet. de Anch.in c.ea quæ. 4. q.de reg.iuris.libr. 5. Phil.Corneus in conſi. 127. uiſo proceſſu. libr. 3.& quando quæſtio incidens debeat determinari ſecũdum qualitatem principalis, ſcribit Decius in conſi. 44. diligenter pro tenui facultate. lib. 1. Et ad prædicta plura dicit Maria. Socc. in d.c. cum ſit generale. licet confuſe. Et pro hac opinione Barto.faciunt tex. in c. tuam . de ordine cognitio.& cap.cauſam.& ca.lator.qui filij ſint legi. ubi erat quæſtio ſuper iuribus matrimonij parentum, utrobique enim dicebatur matrimonium non legitimum,& ſic non ſuper facto,conſtabat enim ꝙ cõtractum erat matrimonium , ſed dicebatur minus legitimum. & eodem modo debet intelligi.c.tuam,licet hoc non declaret tex.ſed dicit ſimpliciter cauſam natalium ad examen eccleſiaſticum pertinere, credendum eſt enim quòd ibi, quia erat Regina, conſtabat de figura matrimonij parentum, ſed dicebatur nullum ratione parentelæ, & iſte intellectus amicatur magis literæ, quàm intelligere, quòd ibi negaretur contractus matrimonij, qui inter parentes ſcilicet Regem & Reginam non poterat eſſe notorius, ſed impedimentum, quod eſt multiplex in iure, poterat inter parentes eſſe occultum,& dicit Inno.in d.c.tuam,ꝙ cauſa natalium eſt non ſolum ſi principaliter agatur,ſed etiã ſi incidenter, uel ẽt ſi excipiendo corã eccleſiaſtico iudice tantũ tractanda eſt, vt in d.c.lator,ẽt ſi poſt mortẽ, ꝑꝑ quæſtionem hæreditatis quæ agitur corã ſeculari iudice, quæratur de legitimatione natalium,ſemper corã iudice eccleſiaſtico eſt agendũ.ut in d.c.cauſam. rationem ibi ponit quã non refero, ut idẽ dicit in d.c.lator.Vnde quando conſtat de contractu matrimonij,

ſed allegatur illud non tenere, tunc cauſa matrimonij ſpectat ad forum Eccleſiæ, ſed ſi de contractu non apparet, tunc non poteſt prætendi aliqua ſpiritualitas, & ſic ad forum ſecularem ſpectat, ſi enim teneremus quòd etiam ſi in facto eſſet quæſtio circa matrimonium ꝙ tale examen ſpectaret ad iudicem eccleſiaſticum, ſequeretur correctio multarum legum, quæ tractant de patria poteſtate, & eius effectu, de exiſtentia ſui hęredis, de liberis exhibendis & educandis, & ſimilibus, & ſic per modum indirectum infinitæ cauſæ laycorum deducerentur ad eccleſiaſticum forum, & per conſequens abſorberetur tota iuriſdictio ſecularis, contra mentem omnium legum, quibus non reperitur expreſſe derogatum, ut dicit Petr. de Anch. in d. c. ea quæ. q. 4. Abbas in d. c. lator in 2. notabili. Et illa opi. Bart. ſeruatur de conſuetudine, ut ſcribit Card. Alexan. poſt alios in d. c. lator.

54 HVIC † TAMEN OPINIONI Bar. uidetur obſtare tex. in c. ſi iudex laycus. de ſenten. excommunica. libr. 6. ubi erat ſolum quæſtio in facto, an ſcilicet detentus ille, & captus in facinore eſſet clericus, nec ne, & ſic an eſſet ordinatus ſeu tonſuratus, & tex. ibi dicit, ꝙ iudex laycus non cognoſcit, ſed iudex eccleſiaſticus, eo uel cuius intereſt uocato, & ſic eſt ibi caſus, ꝙ dato ꝙ incidat quæſtio facti ſuper re ſpirituali, quòd iudex ſecularis non cognoſcit, ad hoc poſſet dici ꝙ ille tex. loquitur in cauſa mere ſpirituali, & eccleſiaſtica, & nullo modo ſpectante ad laycos, prout eſt punire clericos, contra quos nullam penitus habet iuriſdictionem laycus, etiam ipſis uolentibus. c. ſignificaſti. de foro competen. & pari ratione ſi eſſet quæſtio facti ſuper excommunicatione, an quis eſt excommunicatus uel non, uel an quis ſit hæreticus uel non, uel ſit ſimoniacus uel non, quia in ijs quæ ſunt mere ſpiritualia, ſi quæſtio incidat, etiam quòd ſit facti, non cognoſcit Iudex ſecularis, ut dicit Ioan. Andre. poſt Hoſtien. in dict. cap. tuam, & ideo doctrina Barto. communis, quæ ſupra fuit relata, non habet locum in re mere ſpirituali & eccleſiaſtica.

55 Et † ſi opponas de matrimoniali cauſa quæ etiã ſpiritualis eſt, in qua ſit differentia inter quæſtionem iuris & quæſtionem facti, ad hoc reſpondet ſubtiliter. Pet. de Ancha. in d. c. ea quæ. q. 4. dicens quo ad hoc eſſe diſtinguendum, nam quædam ſunt ſpiritualia, quæ nullo modo cadunt in laycum actiue, ut eligere ad dignitates ſeu beneficia eccleſiaſtica, ordinem conferre, eccleſias poſſidere, uel de ipſis ordinare, & de iſtis ſimilibus etiam ſi ſit quæſtio ſuper facto, ut in prædictis exemplis, non cognoſcit iudex laycus, quia nec in ſuis ſubiectis illa cadunt quo ad omnem effectum actiue, quædam uero ſunt ſpiritualia quæ cadunt in laycis, ut ma-

trimo-

trimonia contrahere, liberos procreare, & ſimilia, & in iſtis videtur, ꝙ ſi eſt quæſtio ſuper facto, ꝙ laycus ſit iudex competens, poſtquam huius rei ſui ſubditi ſunt capaces, & in uſuris quæ ſunt in vſu laycorũ idem dicendum. Concluditur ergo in præmiſsis, ꝙ ſpiritualia uel ſpiritualibus annexa, quæ per uiros eccleſiaſticos conferuntur & miniſtrantur, & quorum ipſi ſolum ſunt capaces actiue & paſsiue ſunt de foro eccleſiæ præciſe etiam incidenter mota, illa uero ſpiritualia quorum paſsiue layci ſunt participes, ut in matrimonijs, iuramentis, ad iudicis lacyi cognitionem ſpectant, ſi eſt quæſtio ſuper facto, niſi eſſet crimen hæreſis, ut in c. ea. inquiſitionis. §. prohibemus. de hæreti. lib. 6. & hæc diſtinctio fuit Petr. de Anch. in d. c. ea quæ. col. v. Poteſt et aliter reſponderi ad d. c. ſi iudex laycus, ꝙ illa quæſtio ſuper facto includebat in ſe ſpiritualitatẽ, quę erat in eo, an ille clericus malefactor ſit clericus, qui huiuſmodi priuilegio gaudere debeat, & ſic an deberet gaudere, uel non, erat quæſtio iuris, & dato ꝙ cum eadem quæſtione iuris concurreret quæſtio facti, hęc quæſtio facti erat cognoſcenda cum quæſtione iuris, hoc eſt, an ille eſſet clericus, & an deberet gaudere priuilegio fori, hoc dicit ibi tex. in uerſi. & ſi notorium fuerit, ꝙ idem malefactor ſit clericus, iuncta theorica quã ſingulariter tradit Bal. in d. l. Ticia. & ſupra retuli, & conſequenter dicendum eſt. d. c. ſi iudex laycus, facere pro opi. Bar. & ideo pro eo illud allegat Pau. de Caſt. in d. conſi. 2. ne ergo continentia cauſæ diuidatur, ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet. l. nulli. C. de iudicijs. Et licet plures doctores teneant contra doctrinam Bar. dicentes non eſſe faciendam differentiam inter quæſtionem iuris & quæſtionem ſuper facto, ſed in omni caſu ſpectare has quæſtiones incidentes ſeu emergentes ad iudicem eccleſiaſticum, & ad illũ eſſe remittendas, prout opinionis huius fuit Pau. de Caſt. in cauſa criminali, ſecus in uſuraria, in l. Ticia. col. 2. ff. ſolu. matri. & ibi Ioan. de Imo. Lappus in allegatione. 56. incip. Reuerende domine, & Ioan. de Imo. in c. cum ſit generale. de foro compe. cum alijs, ut ſcribunt Moderniores in d. l. Ticia. & plura de hac quæſtione tradit Fely. in d. c. cum ſit generale. col. 2. Omnes tamen in hoc conueniunt, quòd licet quæſtio ſit incidens uel emergens, ſi datur incapacitas iudicis ſecularis, puta quia cauſa eſt ſpiritualis, non poteſt iudex de cauſa cognoſcere, ſed remittere debet ad iudicem eccleſiaſticum.

56 Inde † ſequitur, quòd confeſsio partis facta coram iudice incapace eſt nulla, puta qñ de quæſtione iuris uellet cognoſcere ſuper cauſa ſpirituali, ita dicit Petr. de Ancha. in d. c. ea quæ. in 4. q. uerſi. poſtremo dixi. quia cum ſit incapax non poteſt quęrere iuriſdictionem in ſpiritualibus. c. ſacroſanct. cap. Meſſana. de electione. nam ſicut confeſsio clerici corã

iudice ſeculari non tenet, ut in c. At ſi clerici. in prin. de iudicijs, ita nec in cauſa ſpirituali, arguendo de rebus ad perſonas, quod utrobique eſt eodem iure prohibitum, nec etiam in vim prorogatæ iuriſdictionis poſſet dicta confeſsio ſuſtineri, quia prorogatio in cauſis ſpiritualibus uidetur penitus prohibita. c. ſignificaſti. de electio. & ſic ſiue agatur per uiam cõtentionis, ut quia pars negat, quòd non eſt uxor, uel ꝙ non eſt uſura, uel quando partes petunt ſe remitti, opponendo incompetentiam iuriſdictionis, ſiue per partis confesſionem, quia utrobique datur incapacitas iudicis, nec partis confesſio poteſt facere capacem iudicem, ut patet in d. c. At ſi clerici. & d. c. ſignificaſti, & eſt arg. in l. priuatorum. C. de iuriſdi. om. iud. De conſenſu enim partis iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de cauſa uſurarum, ut dicit Bal. in rubri. de iudicijs. col. 2. uerſicu. ſed quæro.

57 Et †per hoc redditur dubitabile dictũ Spe. in ti. de reconuentio. §. nũc dicamus. uer. ſed nunq d. el. j. ubi ſentit, ꝙ ſi pars cõfitet̃ eſſe uxorẽ, & ipſa nõ negat, uel cõfitet̃ eſſe uſurã, & alter idẽ, ꝙ iudex ſecularis p̃t iudicare, ſecus tñ ſi contendat̃, an ſit uxor, uel an ſit uſura, & partes uolũt probare, q̃a tũc debet remittere ad iudicem Eccleſiaſticum, quod ſequitur Bal. in d. l. Ticia, & in l. quotiens. C. de iudi. & in rubri. de iudicijs. colum. 3. uerſi. alia diſtinctio. & l. non ignorat. in fin. C. de ſacroſan. eccleſijs. Vel dici poteſt, quòd dictum Speculatoris non allegatur fideliter a Baldo & cæteris ſequacibus, non enim dicit ꝙ confeſsio ſuper cauſa matrimoniali ſeu uſuraria ad hoc teneat, ꝙ iudex ſecularis poſsit de quæſtione iuris ſuper dictis ſpiritualibus cognoſcere, ſed ſolum dicit, ꝙ conſtitit ipſi iudici per confeſsionem partium, ꝙ illa mulier quæ impetebatur de ſeruo corrupto. erat uxor, ꝙ poterit declarare illam non teneri ad duplum, ſed ad ſimplum, iuxta. l. fi. ff. de ſeruo corrupto. ſic pariter ſi quis confiteretur in iudicio pecuniam, quam debet agenti eſſe uſuram, poterit illum confitentem compellere ad reſtitutionem illius pecuniæ uſurariæ, nec dicet iudex, pronunciamus ſuper matrimonio, ſed dicet per modum cauſæ ſic declaramus dictam mulierẽ non teneri ad duplum, ſed ad ſimplũ, quia eſt uxor, ut conſtat per partium confesſionem. Item declaramus teneri ad reſtitutionem pecuniæ uſurariæ, q̃a per confesſionem conſtitit eſſe uſuram, & hoc poteſt exẽplificari in multis alijs caſibus, ut per Bal. ſimpliciter in auth. ad hæc. C. de lati. liber. tollen. & hæc nota, quia aliter declarantur per Franciſ. Aret. in d. c. cum ſit generale. & hæc declaratio magis uidetur congruere menti Speculatoris, ut patet intuenti, & ex ijs patet ueritas huius concluſionis.

58 SEXTA † Concluſio eſt, ꝙ ſi quis laycus eſt punitus de aliquo delicto

licto a iudice eccleſiaſtico minori pœna, quã debeat, põt idẽ laycus a iudice ſeculari puniri in maiori pœna, quæ de iure eſt ſtatuta, ſi tamẽ illud delictũ eſt mixti fori, & hoc probatur in c. fœlicis. §. per hoc quoque. de pœnis lib. 6. ubi capiens Cardinalẽ punitur tã in foro eccleſiaſtico, quàm in ſeculari, per quẽ tex. dicit Abbas in c. tuæ. de procura. ꝙ punitus criminaliter per iudicẽ eccleſiaſticũ põt puniri etiam criminaliter per iudicem ciuilẽ, ex quo crimen eſt mixti fori, & ad hoc dicit illũ tex. eſſe notabilẽ, & ſe neſcire aliũ in hac materia. idẽ Abbas in c. j. de offi. ord. col. 3. & ibi dicebat Ioã. Andre. in ſua nouella fuiſſe diſputatũ Bononiæ, & cõcluſum, ꝙ aut per diuerſas leges imponuntur diuerſæ pœnæ pro eodem delicto omnino ſeparatæ, & impoſitio unius non tollit aliã, ut eſt tex. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. uio. & l. 3. ff. de libe. homi. exhi. & in l. quotiens. ff. de actio. & obliga. & probatur in d. c. per hoc quoq;. Aut pœnæ nõ ſunt omnino diuerſæ, puta quia una lex imponit pœnam centũ florenorum, alia mille, tunc procedit diſtinctio legiſtarum dicentiũ, ꝙ ſic poſſit intentari condictio alterius legis in eo quod excedit priorem legem, aut pœnæ ſunt omnino ſimiles. quia quælibet imponit pœnã centum florenorum, tunc nõ refert quæ pœna imponatur, cũ ſit eadem, ut notatur in l. j. ff. de ui bono. rapto. & in l. ſenatus. per Bar. ff. de accuſat.

59 Præterea † dicebat Bal. in l. cunctos populos. col. 5. uerſi. mõ circa hoc. C. de ſumma Tri. & in hanc partẽ uidetur ſe inclinare, ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus puniuerit aliquẽ pœna inceſtus, quo ad eccleſiaſticã pœnam, ut in auth. clericus quoq;. C. de epiſco. & cleri. tñ quia talis inceſtuoſus eſt maiori pœna puniẽdus, iudex ſecularis põt illũ tali pœna punire, & de hoc dicit eſſe caſum in ſui ratione in l. 2. C, de ſportulis, facit. l. quid erit. ff. de offi. pro. & lega. & l. fi. ff. de offi. præfe. uigi. & licet Bal. in d. l. cunctos populos. non determinet, quia caſus pendebat de facto, tamẽ in l. placet. uerſi. quærit hic Guielmus. concludit, ꝙ ab utroque iudice eccleſiaſtico & ſeculari puniri poteſt accuſatus de dicto crimine mixti fori.

60 Vnde † ſiue ſententia lata ab eccleſiaſtico eſſet condemnatoria ſiue abſolutoria non parit exceptionem rei iudicatæ coram ſeculari, ut dicebat Cy. in l. extra territorium. uerſiculo. ſeptimo probatur. col. penul. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & idem per multa argumenta concludit Pet. de Anchara. in dicto. capitulo. ea quæ. quæſtio. 9. de regu. iur. & pro iis inſuper dicebat Ange. de Peruſio in repetitione ſua. l. ſi uacantia. C. de bonis uacantibus. libr. 10. ſe obtenuiſſe in facto, nam Eugubij imponebatur pœna pecuniaria pro homicidio, ſed Peruſij imponebatur pœna mortis occidenti Peruſinum, modo quidam Eugubinus occidit Peruſinum, & fuit Eugubij condemnatus pœna pecuniaria, dein-

de

de captus fuit Peruſij, fuit dubitatum, quia ex quo ſemel fuit accuſatus & punitus pro illo homicidio, utrum Peruſij poſſit accuſari & puniri, & concludit ꝙ ſic.per.l.nullum.C.de teſtibus.& ita fuit decapitatus. Accedit ꝙ inquit Ioan.monach.in c.j.de uſuris.lib.6. ꝙ licet iudex eccleſiaſticus puniat uſurarium ſecundum leges ſuas, nihilominus iudex laycus poterit illũ punire in foro ſuo.in eo in quo minori pœna fuit punitus, quę refert Domi.ibi.col.2.uerſi.quæro an punitus, & ibi Phi.Fra.poſt Ioan. Andre.Facit inſuper quod inquit Abbas in c.j.de crimi. falſi. ꝙ ſi iudex puniuit falſum teſtem extraordinarie, puta quia non erat finita cā principalis, hæc tamen punitio non tollit punitionem ordinariam, quæ poterat fieri per.l.corneliam de falſis, ut notat Cy.in l.nullum.C. de teſtibus. cum alijs, ut per Abba.in d.c.j.

61 IN CONTRARIVM † uero faciunt aliqua in quibus uidetur probari, ꝙ facta punitione a iudice eccleſiaſtico non poteſt iudex laycus de illo crimine ſe intromittere, nam dicit Hoſtien.in c.j.de offi. ordi. ꝙ poſtquàm iudex eccleſiaſticus puniuit delinquentem pœna ſpirituali, uel pœna ad correctionem criminis, ut in c.nouit.de iudicijs, nõ poteſt iudex ſecularis corporaliter uel temporaliter punire, quia non iudicat Deus bis in idipſum, ne de delicto unius hominis ſæpius quæratur.c. licet.de offi.leg.& c.de iis.de accuſa.eccleſia enim debet defendere ſuos pœnitentes.c.aliud.11.q.1.quem ſequitur Ioan.Andre.in d.cap.j. in fi. Hoſtien.in c.tuæ.de procura.Ad hæc & ſimilia dici poteſt, ꝙ aut pœna data a iudice eccleſiaſtico pro crimine mixti fori eſt integra, aut non eſt integra, ſi eſt integra & conſequenter talis ꝙ ille reus ſit ſufficienter punitus, tunc iudex ſecularis non poteſt de illius crimine amplius quærere, & ita loquitur Hoſtien.ſi uero pœna non eſt integra, tunc iudex ſecularis in eo quod reſtat punire poteſt.Et pro hoc adduco quod dicit Bal.in l.nullum.C.de teſtibus.ubi quærit an punitio facta a iudice peruſino excludat iudicem Florentinum, nam iudex peruſinus coram quo mota erat quæſtio commiſit examinationem unius teſtis Florentini iudici Florentino, qui teſtis depoſuit falſum, & fuit punitus a iudice peruſino, concludit ꝙ iudex Florentinus non poterit dictum teſtem iam punitum iterum punire, dummodo pœna illa fuerit integra, & allegat diſputationem Iacobi de Bel.quam ponit in l.j.C.ubi de crimi.agi.oportet. & ſic illa pœna data a iudice eccleſiaſtico, licet ſit ut terminus pœnæ quo ad ſuam iuriſdictionem, non autem eſt terminus pœnæ quo ad iuriſdictionem ſecularem, cum maiori pœna ille reus puniendus ſit.ideo iudex ſecularis poteſt uti iure ſuo in puniendo, cui nõ potuit præiudicare iudex eccleſiaſticus, ut efficaciter probatur in d.l.ij.C.de ſportulis, quam Cy.in l. fi.ff.de iuriſ.

iuriſ.omnium iud.allegat,& Bald.in d.l.cunctos populos.diſtinctæ enim ſunt eæ duæ poteſtates.c.quoniam.x.diſt.

62 Nec obſtat ꝙ Epiſcopus debet defendere pœnitentes ſuos,quia forte uerum eſſet,ſi male de facto ab aliquibus tractarentur,quia tunc ſortiſẽtur forum actiue coram Epiſcopo,nam illud ſolum probat,ut pœnitentes poſſint alios conuenire in iudicio eccleſiaſtico,non enim dicit ꝙ neceſſario ſint cõueniendi in foro Eccleſiæ,& hoc expreſſe uidetur uelle In no.in c.ſignificãtibus.de offi.delega.dum dicit,ꝙ pœnitẽtes,& aliæ miſerabiles perſonæ ſunt ſub protectione eccleſiæ.& ſuper iuribus ſuis poſſunt adire Eccleſiaſticum,ne ab alijs inquietẽtur, ut per totam diſt. 86. ſed ſi aliquis uellet hos pœnitẽtes conuenire coram ſeculari iudice, non poſſunt ipſi excipere, ꝙ debeãt coram eccleſiaſtico iudice cõueniri, ſed ſi grauẽtur coram ſeculari, tũc bene poſſunt habere refugium ad eccleſiaſticum, nõ enim interuenit aliquis actus qui habuit hos eximere a iuriſdictione imperatoris,alias de facili eluderetur iuriſdictio ſecularis. faciũt tradita per Inno.in c.2.de maio.& obed.& tradit Abbas in c.nullus. col.2.de foro compete.ſic ergo.d.c. illud. non loquitur præceptiue ſed cõſultiue,cõſilium eſt enim,ut pœnitẽs conueniat laycum coram iudice eccleſiaſtico,quia nõ ita ammouebit a ſua pœnitẽtia,ſicut ammoueretur cõueniẽdo coram iudice layco,coram quo eſt inultus, & ſi laycus declinat forum eccleſiæ,ipſe etiam pœnitẽs poterit declinare , & illa ratio fortius militat,ſi ipſe pœnitẽt cõueniretur coram layco, quia tũc magis in ſua pœnitẽtia turbaretur, & ſic pro criminibus poſt pœnitẽtiam perpetratis nõ ſunt aliquatenus defendẽdi,ut dicit Maria.Soc. in c.j.de foro compe.colu. 4. nec pro illo crimine pro quo eſt ſibi impoſita pœnitentia,ſi etiam lex ciuilis imponit tali aliam pœnam,quia tũc ex quo illa pœna ſpiritualis non eſt integra, poteſt a iudice ſeculari alia maior imponi, quæ a lege ſtatuitur,ut patet ex prædictis.

63 Ad hoc accedit quod inquit Iaco.Butr.in l.Et ſi ſeuerior.col.4. C.de infam.quem ibi col.2. ſequitur Bal. ꝙ ſi ſcolaris commiſit homicidium Valentiæ,& fuit punitus ibi ſecundum ſtatutum pœna pecuniaria,nõ poterit poſtea accuſari in propria patria,& puniri pœna legali.ratio,ſecundum Bal.eſt,quia prima pœna fuit terminus pœnæ,& ſic poſtꝙ eſt ſatiſfactum,nõ eſt ulterius de crimine quærendum, ex quo enim ſoluit habetur pro abſoluto,ut not.in l.ſi quis cum totum.§.plane,ff.de except. rei iudicatæ. & ſic ex quo pœna fuit integra,ſaltem ſecundum formam ſtatuti,nõ eſt amplius de dicto crimine puniẽdus.c.de ijs.de accuſa.l.licet. §.ultimo.ff. nau.caupo. ſtabula. & pro ijs facit text.mirabilis ſecundum Alex.ibi.in l.ſed ſi unius.§. prætor. ff. de iniurijs. ubi ſi pro iniuria alteri

illata

illata aliquis fuit uerberatus, non poteſt contra eum agi actione iniuriarum tanquàm iam ſatis fecerit.

64 Et†pro ijs optime facit conſilium Ludo.Roma.regiſtratum in conſil. 375.in propoſita quæſtione breuiter dicendũ,ubi cõcludit de quodã monacho qui tenuerat quandam mulierem coniugatam, qui fuit punitus a ſuo abbate, ꝙ poteſt etiam puniri ab epiſcopo loci, ſi nõ fuit ſufficiẽter punitus ſecundum iura canonica, licet punitus fuerit ſecundum regulam clauſtralem, nam pœna quæ imponitur ſecundum hanc regulam per abbatem quàmuis ſit illius fori,& illi foro appropriata, non tollit pœnam alterius fori & illi appropriatam, ut eſt pœna ad exercendam uindictam appropriata foro epiſcopali,ut eſt caſus in c.fœlicis.in fi.de pœnis. libr. 6.nec iuuabit hunc monachum priuilegium exemptionis, quia illud locum habet cum delinquit in loco exempto.c.j.in ij.reſpon.de priuilegiis lib.6.&cum ijs poteſt reſponderi ad alia contraria quæ contra hanc concluſionem formari poſſint.

65 Aduertendum† eſt tamen,quia non ſine myſterio loquitur concluſio in crimiuibus mixti fori.quia ſi crimina eſſent mere eccleſiaſtica,uel perſonæ eſſent eccleſiaſticæ, ſemel punitus a iudice eccleſiaſtico ſufficiẽter ſiue inſufficienter non poſſet iterum puniri de eiſdem criminibus a iudice ſeculari, quia tunc fatendum eſt ꝙ ſententia & proceſſus iudicis eccleſiaſtici ſolum conſideratur,& facit ius.ratio eſt, quia iudex ſecularis non poteſt cognoſcere.& ponitur exemplum in crimine hæreſis,ut in c.ut inquiſitionis.§.prohibemus.de hæret.lib.6.ut dicit Pet.de Anch.in d.c. ea quæ.in 9.q.in fi.de regu.iur.lib.6.& quod eſt in crimine hæreſis habet ẽt locum in alijs criminibus eccleſiaſticis,ut late dixi,in hac quæſtione, cõcluſione.4.uerſi.& quia,quæ autem ſint crimina eccleſiaſtica ſeu canonica,dic ut notatur in c.cum ſit generale.de foro compe.& ſcribit Bal.poſt glo.in authen.clericus.C.de epiſ.& cleri.

66 SEPTIMA † ET VLTIMA Concluſio reſponſalis ad propoſitam quæſtionem eſt. ꝙ Epiſcopus ſeu inquiſitor Apoſtolicus cognoſcens de crimine hæreſis ſeu artis maleficæ contra reum illius criminis, ſi reus ipſe confiteatur crimen homicidij ab eo commiſsi, ſeu aliud crimẽ grauisſimum,pro quibus ſecundum leges ciuiles deberet ultimo ſupplicio damnari, non debet ob hoc crimen talem reum punire, nec poteſt de iure tradere illum iudici ſeculari taliter ut iudex ſecularis illum morte condemnet, ſicut condemnat iudex ſibi traditos ob crimen hæreſis. ſed debet illum reum uolẽtem puro corde, & non ficto redire ad græmium Eccleſiæ, admittere ad reconciliationem, beneficio abſolutionis ab excommunicatione ſibi impenſo abiurata primitus hæreſi.iuxta tex. in ca.

ut officium inquiſitionis.§.ſi uero.de hæret.lib.6.

67 Quod† ſuadetur, nam cum hic reus principaliter accuſetur de hæreſi, ſi confeſsio homicidij facta eſt incidenter,& non principaliter,talis confeſſus non poteſt puniri ſaltem pœna ordinaria,ut dicit Bart.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reorum.per glo.in l.ſi filium.C.de libera.cau.quem ſequitur Ioan.de Imo.in c.fi.colu.pen.uerſicu.fateor.de confeſsis. & Ang. in conſi.178.uiſis actis prædictis.Abba.in c. At ſi clerici. in prin. col. 2. de iudi.& in c.fi.in ultimo notabili.de reſti.ſpolia.& c.j.col.fi.de exceptio.Saly.in l.2.C.de cuſtodia reorum,ſequitur Andre. Siculus in conſi. 2.præſuppoſito.col.quinta.lib.2.& pro hoc allegat glo.nota.in c.ex pœnitentibus.l.diſt. ubi dicitur confitentem non puniri ex tali confesſione, quia ad hoc non agebatur,ut in c.hæc quippe.3.q.6. & dicebat ad propoſitum Bal.in d.l.ſi filium.ꝙ teſtes qui non ſunt ad hoc inducti non nocēt, allegat tradita in c.mediatores.de teſtibus.lib.6.quæ enim non ueniunt in conſequentiam non ſunt trahenda in conſequentiam.l.interdum.§.ꝗ furem.ff.de furtis.l.ſolemus.§.latrunculator.ff.de iudi.ſcribit Andre.Siculus in conſi.2.præclare ſcribit.lib.2.Abbas in c.qualiter & quando.§.licet,& ibi Fely.uerſi.6.limita.de accuſatio.Abbas in conſi.25.incipi. canonicus.lib.2.cum aliis.ut ſcribit Hyppo.de Marſi.in l.j.§.Diuus. uerſicu.poſſet tamen.ff.de quæſtio.cum igitur in propoſita quæſtione principaliter accuſentur eæ mulieres de hæreſi, licet incidenter ipſæ confiteantur homicidia,non debent de ijs homicidijs puniri niſi de nouo accuſentur coram ſuo iudice competenti,ut dicit Inno.in c. per inquiſitionem, & ibi hoc notat Abbas.in uerſic.ex quo ſingulariter.de electio.idem notat Bal.in l.mercalem.C.de condi.ob tur. cau.& in l.præsbyteri. q. 3.C. de Epiſcopis,& cleri.Abba.in c.2.in ſecunda lectura.de confeſ.facit. ca. cum dilectus.in fi.de ordi.cogni.

68 Et licet† illa confesſio,ſi facta fuiſſet coram iudice competenti, uel ſaltem coram iudice cuius iuriſdictio poſſet prorogari,probaret in alio,vt notat Anto.de But.in c.cum dilectus.per illum text. in 6.nota. de cape. mona.& Bal.in l.2.col.fi.C.de edendo,& ibi late tradunt Alexā.de Imo. & moderni,& Ange.ſcribit in l.j.in prin.ff.de confe.cum per confesſionem prorogatio facta uideatur,per ea quæ ſcribuntur in l.j.ff. de confe. & in ſimili caſu ſcribit Ange.Aret.in ſuo tracta.malefi.in uerbo.comparent inquiſiti & confitentur totum.in uerſi.An confeſſus , tamen in propoſito confesſio homicidij facta coram Epiſcopo , uel inquiſitore non poſſet eis nocere, niſi de nouo confiterentur,quia eſt facta coram iudice incompetenti.in capitulo.At ſi clerici.in princip.de iudi. & cap.olim de reſcript.cum dictus Epiſcopus uel inquiſitor non ſint iudices laycæ perſonæ

ſonæ in criminibus prophanis, ſecus in eccleſiaſticis.c.cum ad uerũ.96. diſt.c.ſententiam.ne cleri.uel mona.c.ex tenore.de foro cõpe.& ad prædicta accedit quod inquit Bal.in l.magiſteriæ.C.de iuriſd.omni. iudi. ꝙ licet delictum alicuius ſit notorium etiam per confeſsionem, iudex tamẽ incompetens non poteſt illud punire.& iudex incompetens, qualitercunque procedat, ſemper diceretur granare, facit.l.militaribus. C. de decuri.lib.x.& d.c.at ſi clerici. Ange.in l.j.col.fi.uerſi.quid ſi confeſsio. C.de confe.Bar.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſdi.omni.iudi. ut ibi late traditur per moder.itaque non poſſent dictæ mulieres maleficæ, ratione confeſſionis homicidij ſiue incidenter ſiue principaliter factæ, coram dictis iudicibus Eccleſiaſticis damnari pœna ordinaria, ſiue arbitraria, cũ ſint iudices incompetentes, nec illa confeſsio poſſet eiſdem mulieribus præiudicare in alio iudicio iudicis competentis, per prædicta.

69 Nec † etiam ſi eſſet facta ad prorogandum iuriſdictionem, cum ſimus in iudicio inquiſitionis, in quo prorogatio fieri non poteſt, quia non eſt ibi perſona quæ poſſet illam iuriſdictionem prorogare, ut inquit Bal.in l.j.q.fi.C.ubi de crimi.agi.opo.& in l. j. C. de ſicca. ubi dicit, ꝙ hoc eſt nouum & notandum, ſequitur Nellus de ſancto Gemi.in ſuo tracta.bannitorum.2.parte primi temporis.q.2.pro quo allegat Inno.in c.ad petitionem, de accuſa.& dicit hoc probari recte intuenti in l.2.in princ.ff.de iudi.præſertim quia inquiſitores ſunt iudices delegati.c.ne aliqui.de hæreti.lib.6.& limitatam habent iuriſdictionem.in c.Accuſatus.§ ſane.eo.tit.merito eorum iuriſdictio prorogari non poteſt, ut late ſcribitur per Fely.in c.P.& G.de offi.deleg.ubi in uerſi.in cauſa autem criminali, uidetur tenere cum Fran.Aret. ꝙ in cauſa criminali etiam per inquiſitionẽ intentata poſſet fieri prorogatio, ſed uerior uidetur deciſio Bal. quam tenet Ioan.de Ana.in d. c. ad petitionem, ut malicijs & fraudibus hominũ obuietur.l.in fundo.ff.de.rei uend.multi enim prorogarent iuriſdictionẽ iudicis in criminalibus, ſperantes immunitatem criminis, uel ut mitius puniantur, & ſic crimina remanerent impunita, cum interſit rei publicæ crimina puniri.l.ita uulneratus.ff.ad.l.acqui.c.ut famæ, de ſenté.excommunica.& pro hac concluſione reſponſiua ad propoſitam quæſtionẽ faciunt ſingulæ concluſiones ſupra exaratæ, quarum inductio ad propoſitũ facilis eſt cuilibet ſtudioſo, ideo non induco. Præſertim prædicta procedunt, quia iudex eccleſiaſticus non punit homicidas morte ſed alia, ut dixi ſupra in concluſione prima.

70 Aduertat † tamen iudex eccleſiaſticus, ꝙ ſi unquàm reus criminis eccleſiaſtici confiteatur coram ſe crimen prophanum, pro quo iudex ſecularis poſſet illum reum pœna mortis ſeu mutilationis, ſeu debilitationis

mem-

membrorum punire,ut non tradat copiam huius confeſsionis,nec communicet proceſſum a ſe factum dicto ſeculari iudici, ne ex hoc incurrat irregularitatem.c.ſentētiam, ne cleri.uel mona.& hoc expreſſe ſentit Petrus de Anch.in dicta repetitione c.ea quæ.q.4.uerſi. item cũ ad pœnam legalem,de reg.iur.lib.6.& conſequenter.nec in ſententia quæ publice legitur memoret crimina homicidij perpetrati ab ijs maleficis,tum ne uideatur pro illis publicam pœnitentiam indicere,ſed tantum illam indicat pro crimine hæreſis,tum etiam ne det occaſionem iudici ſeculari inquirendi de illis homicidijs ſeu alijs criminibus prophanis,quia etiam ex hoc ſolo ultimo irregularitatem incurreret,prout in optimo ſimili ſcribit Ioan.Andre.in c.ſentētiam.ne cleri.uel mona.de clerico qui legit epiſtolam cuidam iudici,ex qua ſequutum fuit homicidium, & ſic fuit reſpõſum per Clementem Papam quartum.facit.c.ſicut dignum. de homi. & c.clericis.dicto tit.ne cleri.uel mona.ſequitur Maria.Soc.in dicto.capitulo.ad audientiam.de homi.in 7.q.principali.uerſi.6.quæro.

71 Sed † contra hanc concluſionem uidetur obſtare quod dicit Bal. in c. ad hoc,de alodiis.col.j.uerſi.quando.ubi inquit ꝙ quando quis eſt hæreticus & uſurarius,propter hæreſim poteſt indici reſtitutio uſurarum quaſi connexa,ſecundum Ioã. monachum in c.accuſatus.§. de quæſtionibus, de hære.lib,6.in gloſa ſua,incipiente,ſed quomodo,nam ex hæreſi præſumitur lapſus in crimen uſurarum,& ideo iuriſdictio inquiſitorum hæreticæ prauitatis extenditur ad crimẽ uſurarum,quod inquiſitoribus ualde eſt gratum.ſequitur Fran.de Aret.in conſi.83.quia multa fuerunt heri. col.2. ubi etiã inquit ꝙ ſicut dominus feudi habet iuriſdictionem a lege ſuper re feudali,ita etiam habet ſuper actione perſonali, propter quã peteretur aliquid,dummodo illa obligatio eſſet orta occaſione feudi,puta petitio ſeruicij,vel exactio pœnæ propter iniuriam, & ad hoc allegat Hoſtien.Anto.de Bu.& alios in c.ceterum.de iudi. & dicebat Bal.in l.fi. C.ſi aduer.fiſcum, ꝙ cui competit exactio principalis competit exactio pœnæ,unde dicebat Bar.ſingulariter in l. ſolent. in ultima quęſtione. ff. de alim.&ciba.lega.ꝙ etiam in materia ſtatuti,ſi ſtatutum dicat ꝙ in cauſa damni dati procedatur certo modo,comprehenditur quidquid acceſſorie uel conſequenter pertinet ad cauſam.per l.cum ij.ff.de tranſactio. & pro ijs etiam facit. c.de prudentia.de dona.inter vi.& vxo.vbi videtur caſus,ꝙ ſi iudex delegatus cognoſcit de cauſa matrimonij ferendo ſententiam diuortij,poteſt pronunciare dotem reſtitui,& ſic cognoſcẽs de principali poteſt de incidenti acceſſorie cognoſcere,&idem iudicium eſt de dependenti quod de principali,ut eſt glo.in c.fi.in uerbo dependentibus.de iudi.lib.6.ubi ad hoc allegat.d.c.de prudentia. Ad hæc reſpõdeo

& pri-

& primo ad dictum Bal. in d.c.ad hæc.ſi inteligatur quod inquiſitores poſſunt cognoſcere de uſuris principaliter uel incidenter ſeu acceſſorie, eſt cōtra tex.in c.accuſatus.§.de quæſtionibus.de hæreticis.lib.6.ubi expreſſe prohibentur inquiſitores cognoſcere de quæſtionibus uſurarum, non ſolum contra alios motis, ſed etiam contra illos quibus reſtitutioné uſurarum in pœnitentia pro hæreſis crimine iniunxerunt, ac illi ſe & ſua ad hoc faciendum iudicio Eccleſiæ obligarunt, intromittere non poſſunt, ne per cauſas huiuſmodi offendiculum negocio fidei præparetur,& pondera, quia hæc quæſtio uſurarum mota contra illos qui de hæreſi fuerũt accuſati & ad reſtitutionem uſurarum condemnati ueniebat acceſſorie ſeu incidenter,patet,quia dum cogebãtur reſtituere mouebãtur quæſtiones ſuper uſuris contra illos de hæreſi pœnitẽtiatos,& tamen ibi tex.prohibet inquiſitores hãc cognitionem ſuper uſuris ſubire.Immo in d. §. de quæſtionibus,eſt caſus pro hac cõcluſioné,nam ſi de uſuris inquiſitores, nec incidẽter,nec acceſſorie poſſunt cognoſcere,cuius cognitionis alias poſſent eſſe capaces a iure,quia clerici,cum ſit crimen eccleſiaſticum, ut dixi ſupra in quinta concluſione,multo minus debent ſeu poſſent cognoſcere de crimine homicidij perpetrati ab ipſis maleficis mulieribus layçis, cum ſint incapaces talis cognitionis ob timorem irregularitatis, ut dixi per d.c. ſententiam,Immo ſententia ſi ferretur eſſet nulla,quod probatur in d.§.de quæſtionibus.ubi ponitur uerbum,poteſt,præcedente negatiua,ut eſt gl.in c.j.de reg.iuris lib.6.l.de ijs.ff.de transa. prout in quæſtione ſtatuti adducit Nellus de ſancto Gem.in d.q.2.moderniores ſcribunt in l.nepos proculo.ff.de uerbo.ſign.& in l.Gallus. in pri. ff. de libe. & poſthu.

72 Etſi dicas,ſi inquiſitor non poteſt punire dictum homicidium, nec ſubminiſtrare informationem de eo ſuſceptam,nec confeſsionem mulieris reæ,nec demum decet ipſum communicare proceſſum,nec illum trãſmittere ad ſecularem iudicem metu irregularitatis ut dixi, Ergo homicidium remanebit impunitum,contra.l.ita uulneratus.ff.ad.l.acqui.& c.ut famæ.de ſenten.excommunica.& l.congruit.ff.de offi. præſi. Ad hoc dico ſecundum illud,non ſunt facienda mala,ut ueniant bona. & dicit Auguſt.in lib.de mẽdacio.faciat homo pro temporali ſalute hominũ quod poteſt,cum autem ad hoc uentum fuerit ut tali ſaluti niſi peccando conſulere non poſſet,iam ſe extimet non habere quid faciat,quoniam id reliquum eſſe proſpexit quod recte faciet,& habetur in c. faciat homo. 22. q.2.& nullus debet peccare peccato quocunque minimo,ut aliud euitet maius,nam quilibet tenetur diligere Deum ſuper omnia,& omnia habẽda ſunt odio propter Deum, Lucæ. 14.& ſecundum ordinem charitatis,

tenetur quilibet diligere ſalutem animæ ſuæ magis quàm ſalutem proximi, ut aperte colligitur ex illo Matthæ.22. dilige proximum tuum ſicut teipſum, & ſic nullus debet detrimentum animæ ſuæ pati, quod fit per peccatum, propter ſalutem proximi ſui.

73 Et ideo † Loth indiſcrete egit, & illicite dum uolebat tradere filias ſuas uirgines ſodomitis, ut illis abuterentur dummodo hoſpites ſui ſalui fierent, ut dicit Auguſt. in cap. quod ait Sodomitis Loth. diſt. 14. quis enim ſano conſilio uſus uellet peccare tam turpiter filias ſuas proſtituendo, ut alios a maiori flagitio reuocaret, abſit hæc charitas, ut quis nequā ſibimet ſit, ut alteri bonus efficiatur, & ideo Ambroſius appellat illam oblationem Loth flagitioſam impuritatem, quæ erat minus peccatum, quàm peccatum ſodomorum, & ibi non approbat factum Loth, ſed conſiderauit pietatem quam habuit ad hoſpites. & habetur in ca. offerebat. 32.q.7. & idem dicit glo. in d.c. quod ait.

74 Vnde † iudex Eccleſiaſticus ut conſulatur reipublicæ non debet ſe intromittere rei ad ſe non pertinenti. l. culpa eſt. ff. de reg. iur. c. non eſt ſine culpa. eod. tit. lib. 6. immo debet unicuique ſua iuriſdictio ſeruari, ne ſequatur confuſio. in c. peruenit ad nos. 11.q.j. facit. c. quo iure. 8. diſti. cap. duo ſunt. 96. diſt. c. ex tenore. de foro. compe. & id dicitur non poſſe fieri quod de iure fieri non poteſt, nec cum honeſtate. l. filius. ff. de condi. inſti. nec ſalua dignitate. l. Nepos Proculo. ff. de uerb. ſigni. immo ſi ageret id iudex Eccleſiaſticus, nullum eſſet. l. magiſteriæ. C. de iuriſdi. omni. iud. l. fi. ff. de iuriſdi. omni. iudi. cum alijs, ut ſcribitur in cap. fin. de conſti. & probatur in d. §. de quæſtionibus, ut dixi, & excedendo terminos ſuæ iuriſdictionis dicitur illud facere nō tanquam perſona publica, ſed priuata. ff. de offi. præſi. facit. l. cum unus. §. fin. ff. de bono. autho. iudi. poſſi. Inde ſequitur ꝙ iudici excedenti iuriſdictionem ſuam, re, loco, perſona, uel tempore, non paretur impune, ut dicit Alberi. de Roſate in d. l. fin. & conſequenter eſſet dicendum iudicem condemnantem aliquem etiam reum mortis ad mortem excedendo limites ſuæ poteſtatis committere homicidium, quia facit ut priuatus, non autem ut perſona publica, de hoc eſt tex. in c. reos. uerſi. prohibetur ergo. 23.q.v.

75 Præterea † declarando dictum Bal. in d.c. ad hæc. poteſt ad illud reſpōderi. ꝙ intelligitur reſpectu fori pœnitentialis, non autem iudicialiter, ut dicit Federi. de Senis in conſi. clvij. incip. Alexander Epiſcopus. in fin. & Calderi. in conſi. 2. de hæreti. quod ſequitur Fely. in c. cum ſit generale. col. 4. uerſic. ſexta declaratio, & Ioan. de Ana. in ca. excommunicamus. §. adijcimus. colum. j. de hæreti. & eſto quòd poſſit pœnitentem cogere ad reſtitutionem uſurarum, de quibus non ſuſcipitur iudicialis

X cognitio

cognitio & contradictio inter partes, ſed quia conſtabat per confeſsionem pœnitentiati de extortis uſuris, ut ſentiunt aliqui doct. relati in dicto conſilio Federici, uel quia per ſententiam ordinarij, uel per libros de quibus nulla quæſtio refricatur, ad hoc etiam dico, ꝙ non eſſet hoc inconueniens in dicto caſu, cum illud faceret tanquam exequtor ſuæ iniunctionis factæ hæretico de reſtituendis uſuris, ut dicit Domi. in d. c. accuſatus. in fi. quem ſequitur Phili. Francus in d. §. de quæſtionibus, & cum nulla incapacitas detur ex parte iudicis, quia ut dixi cauſa uſurarum ſui natura ſpectat ad forum Eccleſiæ, non habita diſtinctione perſonarũ inter quas uentilatur, quod non eſt dicendum de cauſa homicidij perpetrati a laycis perſonis, cum illa ſpectet ad ſuos iudices laycos, ut toto titulo. C. & ff. ad l. Cor. de ſicca. fundamẽtis ſuper enarratis. Et per hæc ẽt reſpondet̃ ad illud Ant. de But. in d. c. cæterorũ. & ad Bal. in d. l. fi. & Bar. in d. l. ſolent, quia in dictis legibus non dabatur impedimentum incapacitatis, ut in propoſito, merito de acceſſorijs iudicatur ſicut de principali, ut ſcribitur ꝑ Moder. in l. nihil dolo. §. j. de re. iur. & non obſtat. d. c. de prudẽtia. quia ſolutiones præcedentes pñt adaptari, nam ibi nulla dabatur incapacitas ex parte iudicis delegati, nec erat aliquis metus irregularitatis, ut in propoſito, ſicut dixi, immo ſecundum Inno. eccleſia principaliter poteſt cognoſcere de dote, vt in c. nuper. de dona. inter vir. & vxor. quem ſequuntur Card. Flo. Abbas, & alij in d. c. de prudentia, unde nõ eſt mirum ſi acceſſorie cognoſcit, ſed de cauſa ſanguinis nullatenus hæc cognitio ipſi iudici eccleſiaſtico competit. in d. c. ſententiam ſanguinis. Ex quibus concludo Epiſcopum ſiue inquiſitorem non poſſe de iure tradere maleficam iudici ſeculari ob homicidia perpetrata puniendam ſine incurſu irregularitatis. Et per hæc ad laudem Dei eiuſque ſanctiſsimæ genitricis & Virginis fuit abſoluta hæc quæſtio, ſemper proteſtatione repetita, conſulerem quidem, ut ſuper hoc dubio, a ſummo pontifice declaratio habeatur, ne delicta impunita remaneant, neue illaquæentur animæ iudicum eccleſiaſticorum.

76 Sed † circa præmiſſa mihi occurrit dubium, quomodo condemnato de hæreſi poſsit imponi pœnitentia de reſtituendis uſuris, ut uidetur innuere tex. in d. §. de quæſtionibus. & hoc ibi decidit Ioan. Mona. quem allegat Bal. in d. §. ad hæc. ratio dubitandi clara eſt, quia ſi quis eſt de hæreſi condemnatus bona eius ſibi auferuntur. in ca. uergentis. de hæreti. in ca. ſecundum leges. cod. titu. lib. 6. & bona eius tranſeunt ad fiſcum cum onere ſuo, ut in §. ſi uero. in d. c. accuſatus. itaque penes hæreticum nullæ actiones paſsiuæ, ſiue actiuæ remanent, quinimmo efficitur quaſi nouus homo, ſi eſt ei uita ſalua. l. ſi ut proponis. C. de bonis proſcrip. & l. ſi debi-

debitor.C.de ſenten.paſsis, quomodo ergo huic hæretico poteſt iniungi pœnitentia de reſtituendis uſuris,cum nihil habeat,quia dicit tex.pro crimine hæreſis reſtitutio uſurarum fuit iniuncta. Et ideo dico,ſalua au thoritate Ioan.Monachi,ꝙ dictus.§.de quæſtionibus. in uerſi. pro crimine hæreſis,non poteſt intelligi in hæretico condemnato ſeu reducto ad gremium Eccleſiæ,quia, ut dixi,bona eius ſunt confiſcata, niſi intelligamus in hæretico,cui ex indulgentia principis uel ex alio quocunque priuilegio bona eius uel pars bonorum eſſet reſeruata,ut in d.l.ſi debitor.facit.c.uergentis.de hæreti.quia tunc pro illis bonis uel parte bonorum ad es alienum tenetur,ut in d.l.ſi debitor, & cum hoc procedat ex quodam iure ſpeciali,non uidetur quod.d.§.ſic intelligatur.Vnde melius uidetur dicendum, ꝙ d.§.intelligatur in hærede illius qui fuit condemnatus pro crimine hæreſis,non tamen ꝙ fuerit hæreticus, puta tanquam fautor,receptator,ſeu defenſor hæreticorum,& huic dum uiueret fuerit iniuncta pœnitentia de uſuris reſtituendis,& ad hoc ſe obligauerit, hæredes eius mortuo ipſo tenentur ad reſtitutionem uſurarum, ut probatur in c.accuſatus.§.ſi uero.de hæreti.lib. 6. & bene uerificatur ꝙ pro cauſa hæreſis fuerit iniuncta pœnitentia.Inſuper. d.§. poteſt intelligi in eo qui fuit ſuſpectus de hæreſi declaratus,qui poteſt puniri ut ſuſpectus,ut habetur in c.literas,de præſumpt.ac etiam ut abiuret,ut in d.c.accuſatus. in prin. & iſti forſan fuit iniuncta pœnitentia de reſtituendis uſuris,& dicitur facta iniunctio pro cauſa hæreſis, ut dicit tex. cuius ſuſpecti de hæreſi non confiſcantur bona, ſed ueri hæretici,ut in d.c.uergentis. præterea Areti. & alij multum decipiuntur in dicto Bal. quia Bald.& d.§. de quæſtionibus.nullam dant inquiſitoribus iuriſdictionem circa cognitionem uſurarum, ſed ſolam & meram iniunctionem pœnitentiæ circa uſuras reſtituendas,& quo ad alia priuantur inquiſitores ſe intromittere de quęſtionibus uſurarum,ut dixi ſupra,cogita,quia nullus tangit.

SVMMARIVM.

1 *An inquiſitores teneantur ſequi conſilium peritorum quos uocant ad deciſionem cauſarum fidei.*
2 *Cum conſilio alicuius eſt aliquid agendum, an ſit neceſſario illud ſequendum.*
3 *Conſilio alicuius ſi eſt quid agendum,an teneatur illud ſequi.*
4 *Conſilium illius qui non poteſt eſſe particeps officij an ſit ſequendum.*
5 *Quid cum dicitur quòd agat cum conſilio alicuius qui poteſt eſſe particeps officij & habet poteſtatem a lege conſulendi.*

6 *Quid ſi cum conſilio alicuius qui poteſt eſſe particeps officij, & conſulens habet poteſtatem ab homine.*
7 *Quid ſi cum conſilio illius qui eſt particeps officij.*
8 *Quando aliquid dicitur agendum per conſilium alicuius, tale conſilium eſt requirendum & ſequendum.*
9 *Quid ſi dicatur aliquid agi ſecundum conſilium talis.*
10 *Quid ſi dicatur nihil fieri ſine conſilio talis.*
11 *Quando a lege uel ſtatuto dicitur ut aliquid fiat de conſilio uel ex conſilio talis, huiuſmodi conſilium eſt requirendum & ſequendum, & actus in contrarium factus eſt nullus.*
12 *Mens ſtatuentis conſideranda eſt, an ſit ſequendum & requirendum conſilium.*
13 *Quando quis debet proferre ſententiam de conſilio aliquorum, intelligitur de maiori parte.*
14 *Conſilium iniuſtum an teneatur ſequi conſulens.*
15 *Quid importent iſta uerba, de & cum conſilio.*

VIGESIMA SEXTA QVAESTIO.

1 VIGESIMO SEXTO † QVAERO; An inquiſitor teneatur de iure cauſas hæreticales contra accuſatos de hæreſi motas terminare ſeu decidere de peritorum conſilio, adeo ꝙ omnino illorum conſilio ſit ab eodem Inquiſitore ſtandum, an uero ſufficiat peritorum conſilium requirere, ſed quia in hac quæſtione uariari poteſt modus dicendi, ideo generaliter omnes modi exprimendi ſunt ut facilior ſit huius quæſtionis cognitio & deciſio. Aliquando enim in aliqua diſpoſitione de qua agitur diſponitur agenda aliqua eſſe cum conſilio alicuius, aliquãdo cum conſilio ſimpliciter, aut per conſilium, aut ſecundum conſilium, aut ex conſilio, aut dicitur ut nihil fiat ſine conſilio talis, aut demum dicitur de conſilio, & concluſiue procedendo.

2 EST † PRIMA CONCLVSIO, aliquando dicitur, quòd aliquid fiat cum conſilio talis, & ille cui dandum eſt conſilium non habet ſanum uel plenum intellectum, puta ratione ætatis uel prodigalitatis, vt puta quia eſt pupillus, uel prodigus, tunc conſilio illius conſulentis omnino eſt ſtandum, adeo quòd illud conſilium capitur pro conſenſu. lege impuberibus. ff. de ſuſpe. tutorib. vnde ſtante ſtatuto quòd pupillus certum quid faciat cum conſilio duorum agnatorum, capitur ibi conſilium pro conſenſu, quia pupillus non habet diſcre-

diſcretum iudicium. facit cap. uenerabili. iuncta gloſſ. de offic. delega-ti. ita dicit Bar. Alberic. & Saly. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exercito. Abbas in c. in Geneſi. col. 4. de electio. Sed aduerte quia hæc concluſio non uidetur iure probari. nam tex. in d. l. impuberibus, non loquitur de præpoſitione, cum, ut dicit concluſio. Sed de præpoſitione, ex, quæ denotat cauſam proximam, & materialem, ut in l. non dubium. C. de legibus, & l. 1. C. ſi ſer. extero. l. eo tempore. in fin. ff. de peculio, & l. 1. §. an uideamus, uerſi. aut ſi unum. ff. de coniunge. cum eman. libe. l. 2. §. pupillus. ff. de accuſ. & in §. impuberes. inſti. de ſuſp. tuto. §. ſane. inſti. de ui. bono. rapto. nec etiã facit. d. c. uenerabili. quia ibi non eſt præpoſitio, cum, ſed dictio, ſine cuius conſilio, unde ueritas huius concluſionis non procedit ex præpoſitione, cum, & ſic de rigore uerborum, ſed ſolum ex mente diſponentis, ex eo quia ille, cui iniungitur conſilium, non habet plenum iudicium, ideo ut qui perfectæ ætatis non ſit alterius cura regatur, ut in §. impuberes, in ſti. de Attilia. tuto. & idem forſan eſt in d. c. uenerabili, & idcirco in materia huius concluſionis non facio differentiam, ſi dicatur, ex conſilio, uel, cum conſilio, uel alia ſimili præpoſitione, uel ſine, quia ſemper debet requiri conſilium, & illud ſequi, ut eſt de mente Saly. in d. §. ſi plures, quia diſponens tendit ad imperfectum perficiendum, & eſt etiam de mente Bar. ibi. & pro hoc facit dictum Hoſtien. quod infra in fine harum cõcluſionum allegabo, & forte dici poſſet, ꝙ mens legislatoris declaratur per præpoſitionem illam, ex, quæ, ut dixi, denotat cauſam proximam & materialem, ut dicam infra in octaua concluſione.

3 SECVNDA † CONCLVSIO eſt, ꝙ qñ in diſpoſitione dicitur, ut aliquid fiat conſilio talis, & ſic ſimpliciter, ſine adiectione alicuius præpoſitionis, tunc conſilium talis requirendum eſt, non tamen illi neceſſario ſtandum, & in hoc omnes fere doctores uidentur concordare, quod probatur in l. quidam decedens. §. Papinianus. ff. de admini. tutorum. ubi glo. & Dyn. dicunt requirendum eſſe conſilium de honeſtate, non tamen de neceſsitate, licet ibi contrarium ſentiat Alberi. de Roſate. per l. Ticium & Mæuium. ff. de admini. tuto. qui tex. nihil facit, eo quia teſtator expreſſe dixerat, ꝙ irritum eſſet quod ſine conſilio fratris ſui fieret, ideo non eſt mirum ſi non ſolum ſit requirendum illius conſilium, ſed etiam illi ſtandum, alias geſtum ſine illius conſilio nullum eſſet, ut dicit Cy. in l. id quod pauperibus. C. de epiſ. & cleri. quod non eſt in caſu dict. §. Papinianus, per quem text. dicit Barto. in d. §. ſi plures, & eum ſequitur Alberi. & Saly. ibi, & Abbas in d. c. in Geneſi, quod in d. §. ideo non eſt ſtandum conſilio matris, cum ſecundum ius digeſtorũ, non poterat eſſe tutrix, & ſic particeps officii tutoris, uel per aliã uiam eidẽ

permitteretur quod vna uia denegatur.c.cum quid una.de reg.iur.lib.6. l.oratio.ff.de ſponſa.Inde infert,ꝙ ſi teſtator diſponeret in teſtamento, ut exequtor ſuus nihil faceret ſine conſenſu alicuius fratris minoris, ꝙ non tenetur exequtor ſequi conſenſum illius, quia directe frater minor non poteſt eſſe exequtor teſtamenti.cle.exiui,de uerb.ſigni.ca. ſi. de teſta.lib.6.ſecus ſi dixiſſet,cum conſilio,quia conſilium non arctaret quãdo ipſe non poſsit eſſe particeps oſicij,de quo,vt inquit Bar. in d.§.ſi plures,ipſe dolet,& plura ad hoc tradit Bar.in ſuo tracta.minori.lib. 3.per totum,& cum ijs tenet Bal.in l.iure noſtro.ff.de teſta.tutela. Vnum tamen eſt aduertendum, ꝙ prædicta procedunt quando teſtator ſimpliciter diceret,ꝙ cum fratris minoris cõſilio aliqua pertractentur, quia tũc conſilium eſt requirendum,non autem illi ſtandum.Secus tamen ſi teſtator ultra proceſsit annullando,quia tunc non ualebit contra factũ, quia in officijs quæ non ſumunt formam a lege,ſed ab homine debet ſeruari diſpoſitio hominis.l.j.§.ſi plures.ff.de exerci. ſecundum Bal.in auth.ingreſsi.colu.1.C.de ſacro.eccleſijs,& de hoc uidetur eſſe text. in d. l. Ticium & Mæuium.

4 TERTIA † CONCLVSIO eſt, ꝙ ſi dicitur,agatur aliquid cum conſilio alicuius, tunc ſi ille cuius conſilium poſtulatur non poteſt eſſe particeps officij,non eſt illi conſilio omnino ſtandum,etiam licet ſit requirendum, ſi ſit dictum.ſ.ut debeat ſequi,ne quod una uia prohibetur altera permittatur. per d.l.oratio, cum alijs allegatis ſupra in proxima concluſione,ut dicit Bart.in d.§.ſi plures. & hoc probatur in d.l. Ticium,& Mæuium.§.j.in uerbo,arbitrio mulierum,ſed an contra factum nullum ſit,Bal.tenet ꝙ nullum eſt,ut in d.auth.ingreſsi.co.j.ut modo dixi. Quod uidetur contra mentem Bal.in d.§. ſi plures, dum dicit,etiam ſi dictum ſit.ſ.ut teneatur exequtor ſequi conſilium illius perſonæ prohibitæ,& aliter factum ſit irritum,non tenetur ſequi, ut declarat Saly.in d. §.ſi plures,tex.in l.quidam decedens.§.Papinianus,ubi hæc opinio.Bart. fundari uidetur, & plus mihi placet,quam opinio.Bal.quia teſtator non poteſt facere, ut leges non habeant locum in teſtamento. c.requiſiſti.& c.tua nos,de teſta.l.nemo.ff.de leg.j.Bal.in l.teſtandi.C.de teſta.lex autem prohibet matrem a tutela filij. l. iure noſtro. ff.de teſta. tute. quicquid hodie de iure authenticorum ſit deciſum,ut in auth.matri.& auiæ. C. quando mulier tutelæ. offi.funga. & ẽt lex prohibet mendicantes ab exequtione teſtamentorum.d.cle.exiui.& in c.religioſus.de teſta.libr.6. unde teſtator ijs legibus uel ſimilibus tanq̃ inferior derogare nõ poteſt, quia hoc eſt de reſeruatis principi.cap.cum inferior.de maiori.& obedi. l.3.in prin.ff.de alie.iudi.mu.cau.facta.l.formam.C. de offi.præfe. præ

to. Bal.

to. Bal. in l. reſcripta. C. de præci. impera. offe. cum alijs, ut ſcribunt Ang. Imo. & Alex. in d. l. nemo. Et non obſtat dictum Bal. quia dicit cõtra euidentem iuris diſpoſitionem, nam hæc officia tutoriæ non recipiunt formam ab homine ſed a lege, ut patet in d. l. iure noſtro, & d. cle. exiui. merito debet ſeruari diſpoſitio legis, quia ſic ſcriptum eſt, & hoc ſufficit. l. proſpexit. ff. qui & a quibus, propter authoritatem & poteſtatem legiſlatoris, ut dicit Bal. in l. j. colum. 1. C. quæ ſit lon. conſuetu. de cuius intellectu aliqua ſcribit. d. Iaſ. in l. non dubium. col. 7. uer. pro clara intelligentia. C. de legi. Et ſic dictum Bal. non procedit in ijs officiis tutorum ſeu executorum in quibus ius ſpeciale aliquid diſponit circa perſonas illorum, ſecus uero in alijs officiis qui ab homine recipiunt formam, ut eſt in exercitore nauis, ut in d. l. 1. §. ſi plures. ff. de exerci. & ideo Bald. ſibi contrarius in rubr. C. de exerci. colum. 2. uerſi. ſed quid ſi teſtator. tenet cum Bar. in d. §. ſi plures. nec etiam obſtat. d. l. Ticium & Mæuiũ. in prin. in uerbo irritum, quia frater meus cum conſilio cuius erat adminiſtranda tutela, potuit eſſe particeps officij ſicut Mæuius alter frater, & ideo licet illa uerba, cum conſilio, non efficerent nulla geſta ſine conſilio, tamen propter uerba teſtatoris irritantis contra factum nullus effectus eſt, quod non eſt in propoſito, quia mater & religioſus nõ poterant eſſe participes illius officij, ut conſiderat Bar. in d. §. ſi plures.

5 TERTIA † CONCLVSIO eſt, quod ſi ab homine dicatur ei qui habet poteſtatem a lege, ut aliquid agat cum conſilio alterius qui poteſt eſſe partices officij, tunc non eſt neceſſario ſtandum illius conſilio, licet requirendum ſit, quia homo ille ſic diſponens non potuit auferre poteſtatem liberam datam a lege, ut eſt tex. in l. Ticium & Mæuiũ. in prin. ff. de adminiſtra. ubi factum ſine conſilio Meuij eſt nullum, ex eo quia teſtator hoc dixerat ibi, & quod ſine eo ſit irritum ſit, ſi ergo non dixiſſet, non fuiſſet irritum quod ſine conſilio Mæuij factum fuiſſet, & eſt argumentum in c. tua nos, & ibi notat glo. de teſta. ita dicunt Bart. & alij in d. §. ſi plures. & in c. cum in ueteri, de electio. & probatur in l. 1. §. 1. & l. 2. in fi. ff. ubi pupill. educa. debet.

6 QVARTA † CONCLVSIO eſt, ꝙ ſi dicatur ei qui habet poteſtatem ab homine, ut aliquid faciat cum conſilio alterius, qui poteſt eſſe particeps officii, tunc conſilium eius debet requiri, & ei ſtari, quia talis conditio appoſita omnino ſeruanda eſt. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. ff. de inſtito. cap. cum in ueteri. de electio. ut tenent Bar. in d. §. ſi plures, & Abbas in d. c. cum in ueteri. ſequitur Anto. de But. in ca. cum olim. col. 2. de arbitris, unde ſi eſſet factum compromiſſum, quòd arbiter determinaret quæſtionem cum conſilio ſapientis, tale conſilium eſt re-

quirendum & ei ſtandum per prædicta, quia hæc dictio, cum, inter perſonas copulat principaliter, ſed inter res acceſſorie, ut dicit Bartol. in l. ſi ita. §. quæſtio. ff. de manu. teſtamento, ſequitur Anto. de Butr. d. cap. cum olim. quod non bene refert Ludouic. Roman. in rubric. de arbitris. columna decima. faciunt notata per Abba. in ca. cum Marthæ. de celebra. miſſarum.

7 QVINTA † CONCLVSIO eſt, ꝙ ſi dicatur aliquid agi cũ conſilio illius qui eſt particeps officii, conſilium eſt requirendum illius. l. conſilio. in fi. ff. de curatore furio, ſequitur Abbas in ca. ſi pro debilitate. colum. fi. de arbitris.

8 SEXTA † CONCLVSIO eſt, ꝙ ſi dicatur aliquid agi per conſilium talis, ꝙ tale conſilium eſt requirendum & ei ſtandum, quia ꝑpoſitio, per, denotat perfectionem. l. urbana. §. pernoctare. ff. de uerbo. ſignifi. tradit Alberi. in d. §. Papinianus. colum. 2. & faciunt plura quæ de hac præpoſitione ſcribit Bald. in rubric. C. de exerci. colum. 1. ſic & peregiſſe reum dicitur non qui detulit, ſed qui condemnauit. l. 2. ff. de adulter.

9 SEPTIMA † CONCLVSIO eſt, ꝙ ſi dicatur aliquid agi ſecundum conſilium talis, ꝙ non ſolum eſt requirendum, ſed etiam ſtandum, quia conſilium tunc eſt tam cauſa materialis quàm formalis ſine qua nulla res conſiſtit. l. Iulianus. ff. ad exhibendum, ita inquit Bal. in l. 1. col. fi. C. ne liceat in una cau. ter. pro.

10 OCTAVA † CONCLVSIO eſt, ꝙ ſi dicatur, nihil fieri ſine conſilio talis, & ſit præpoſita negatiua, tunc huius conſilium eſt requirendum, & ſequendum, de quo eſt tex. in c. uenerabili. de off. deleg. & ſic poſſunt intelligi. l. 1. §. ſi plures. ff. de exerci. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. ff. de inſtito. ut tradit Alberi. de Roſate in d. §. Papinianus, adeo ꝙ in tali caſu capitur conſilium pro conſenſu, ut dicit Abbas in d. c. uenerabili. in gloſſ. cuius conſilio. & idem tenet Henri. Boyc. in cap. ex parte. de conſtitutio.

11 NONA † CONCLVSIO eſt reſponſalis ad præpoſitam quęſtionem, quod ſi a lege canone uel ſtatuto dicatur, ut aliquid fiat de conſilio uel ex conſilio talis, ꝙ huiuſmodi conſilium eſt requirendum, & ſequendum, & ei ſtandum, & actus in contrarium factus eſt nullus, ut dicunt Vincen. Compoſte. & Ioan. Andre. in cap. ex parte. de reſcrip. & ſic eſt in cauſa hæreſis, ut de conſultorum conſilio ad ſententiam uel condemnationem procedatur, ut in c. fi. §. iubemus. de hæreti. lib. 6. & eſt ratio, quia plus importat iſta dictio, de, quàm illa præpoſitio, cum, ca. ſi ex bono. de pœnit. diſtinct. 3. & inſtitu. bono. rapto. §. ſanè, & quando ſic

manda-

mandatur uidetur electa induſtria perſonæ de cuius conſilio geri debet, & ideò a perſona non eſt recedendum, argu. in capitulo. fin. de offi. delega. pro ut tradit Henri boyc. in d. c. ex parte. & de hoc eſt text. in capitulo. ſecundo. in fi. ibi, de conſilio fratrum, de ſta. mona. præpoſitio enim, de, auget. l. j. in prin. ff. depoſi. & idem de præpoſitione, ex, ut in d. §. ſane. ut dicit Alber. de Roſate in d. §. Papinianus, & in dictionario ſuo. in uerbo, ex, cæ enim præpoſitiones denotant cauſam proximam & immediatam. l. j. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. & naufrag. ut ſcribit. d. Iaſo. in l. nō dubiū. C. de legib. col. 5. in l. 3. C. de actio. empt. & uen. idem dicit Archi. in capitulo. primo. ne ſede uaca. lib. 6. ꝙ quando mandaretur aliquid fieri de conſilio. uidetur electa induſtria perſonæ, quia dictio, de, plus importat quam dictio, cum, arg. ca. fi. de offi. delega. ad idem facit quod inquit Arch. in c. ut commiſſi. de hæret. lib. vj. quòd dictio, de, appoſita cōſilio importat neceſſitatem ſequendi conſilium, quinimmo actus in contrarium eſſet nullus, ut dixi, idem habetur in c. ut commiſſi. §. priuādi, de hæret. lib. vj. ubi habetur ꝙ inquiſitores debent de conſilio ordinariorū priuare hæreticos & alias perſonas ibi deſcriptas dignitatibus & beneficiis eccleſiaſticis, ubi dicit Phi. Francus, quòd neceſſariò eſt ſequendum dictum conſilium, quia hoc importat dictio, de conſilio, ut ibi per eum. Accedit quod dicit Bar. in l. impuberibus. ff. de ſuſpect. tuto. quòd quando aliquis debet illud requirere, & ſequi debet, ut ibi, & in §. impuberes, inſti. de ſuſpe. tuto. quem ſequitur Ange. de Aret. in §. conſequens, eod. tit. & ex mente ipſius, & Bar. in d. §. ſi plures, & alibi. euidenter apparet ꝙ octo concluſiones præmiſſæ non habēt locum in diſpoſitione legali, ſeu ſtatutaria, cum ſemper in ea ſit ſequendum conſilium, ut proxime dixi, ſed in diſpoſitione hominis tantum, & in quibus dixi conſilium requirēdum & non ſequendum, non eſt ſine ratione, nec fruſtratorium, nec deriſorium eſt, quia conſiliarius poſſet mouere animum, & trahere in eius cōſilium & ſententiam eum, cui habet cōſulere. l. item ſi unus. §. fi. ff. de arbi. & notat Hoſtien. in ſum. §. in quibus. uerſi. ſi opponas. de ijs quæ ab Epiſ. fiunt ſine conſen. capi. ſequitur Alberi. de Roſate in d. §. Papinianus. col. 2. & tunc non capitur conſilium niſi pro deliberatione habita cum illo cuius conſilium eſt requirendum. lege. prima. in princip. ff. de exercito.

12 ET † PRAEDICTAS CONCLVSIONES intellige, niſi ex uerbis uel mente proferentis uel qualitate negocij & perſonarum aliud apparuerit, tunc enim ſequeremur primo mentem, ſi de ea apparet, ſi non apparet, tunc uerba, quæ ſi forent ambigua arguemus ex coniecturis, & hoc eſt quod ſapienter Hoſtien. in d. §. in quibus. uerſi.

ſed

ſed quæ eſt differentia, Inquit ſub ijs uerbis, hæc ſemper intelligas niſi ius, uel ratio naturalis, uel intentio, de qua apparet, aliud inducat, tunc enim non curo de uerbis, ſequitur Arch. in c. obeuntibus. 63. diſt. tradit Alberi. in d. §. Papinianus.

13 Et aduerte† q̃ ſi aliquis tenetur de iure proferre ſententiam in aliqua cauſa de conſilio aliquorum, ut eſt in propoſita quæſtione, intelligatur de conſilio maioris partis dictorum conſultorum, ut ſi ſint tres, proferat de conſilio duorum, & ipſe iudex computabitur in numero conſultorũ, ut colligitur ex iis quæ dicit Ioan. Andre. in ſuis mercurialibus in c. nullus. de regu. iur. lib. 6. ſequitur ibi Phi. Fran. colum. ſi. & in eo quod dicit canon de conſilio eſſe procedendum ad ſententiam, eſt præſupponendũ de conſilio conſonante ſententiæ, ut uerba habeant ſuum effectum. l. j. in fi. ff. quod quiſquis iur. & ſic intelligitur lex conſilium. l. humanum. C. de legib. & cum dicitur factum eſſe furtum conſilio alterius, ſcilicet conſonante. l. furti. §. conſilium. ff. de fur. l. ſæpe. ff. de uerb. ſign. §. ope. inſti. de obliga. quæ ex deli.

14 Sed† quid, ſi conſilium illorum uidetur iniuſtum iudici de quorum cõſilio debet iudicare an tunc ſit ſequendum huiuſmodi conſilium, & an ſequendo excuſetur iudex in ſindicatu, ut non cenſeatur feciſſe litem ſuã, in hoc poſſet diſtingui, aut loquimur in iudicibus imperitis & idiotis, ut ſunt communiter præſides prouinciarũ, quibus dantur aſſeſſores ab uniuerſitate, uel Regibus, ſeu principibus conſtituẽtibus dictos præſides, qui præſides communiter ſunt imperiti, ut dicit Bar. in l. ſtatutis. C. de ſentẽ. ex pericu. recita. gl. & ibi Doctores in l. 2. ff. quod quiſq; iur. in alte. Bar. in l. expertes. C. de decurio. lib. x. tunc iſti dato ſibi aſſeſſore ab illo a quo iuriſdictionem habent huius aſſeſſoris conſilium etiam iniuſtum ſequendo non peccarent, nec in ſindicatu tenerentur, ut dicit Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. 31. q. ff. de offi. pro. & lega. ſentit Bal. in auth. habita. uerſ. quæro cum ad doctores pertineat. C. ne fili. pro pat. ſi uero iudices ſunt periti, & conſilium eſſet iniuſtum ſeu iniquum, tunc ſequi non tenentur, ut ſcribit Abbas in c. ſi pro debilitate. de offi. delega. prout latiſſime ego ſcripſi in c. j. de hæret. lib. 6. in q. x. uerſi. prædicta tamen locum habent, & ideo non repeto, & tali caſu eſſet iuri conueniens conſulere ſuperiorẽ uel inquiſitorem generalem uel ſummum pontificem, quid in eo caſu ſit agendum. arg. tex. in c. per hoc. de hære. lib. 6. & dicti ſuperioris ſententiæ ſtandum, ut eſt forte argumentum in c. fi. de re iudi. & ibi ſcribunt Abbas, & alij.

15 Et adde† ad prædicta q̃ ſi apparet ex coniecturis conſilium eſſe ſequẽdum, illud ſequendum eſt, prout in caſu notabili conſuluit Rapha. Cuma.

ma.in conſi.55.incip.duo habentes,ubi facit uim quando dicitur, de, & cum conſilio alicuius aliquid fiat, quia utriuſque præpoſitionis cumulatio aliquid plus debet operari.q̃ ſi unaquæque de per ſe fuiſſet adiecta.facit.l.ſi ſtipulatus.in prin.ff.de uſuris, & quando aliquid eſt faciendum de conſenſu alterius,ſemper eſt de ſubſtantia ille conſenſus, ut dicit Archi. in c.archiepiſcoporum.18.diſt.ſequitur Bal.in l.j.§.neceſsitatem.col.4. uerſi.nota ꝙ conſenſus, Inde eſt ꝙ ſi conſenſus alicuius eſt adhibendus in matrimonio ex ui ſtatuti,tale ſtatutum non ualet,ſecus in conſilio, ut dicit Bal.in c.ſtatutum.i.de hære.lib.vj.quem ibi ſequitur Phi.Fran,tradit Decius in c.ſi pro debilitate.col.6.de offi.deleg. faciunt quæ ſcribuntur per Abbatem & alios in c.cum uos,de ijs quæ fiunt ſine conſe.capituli.concludo ergo,ꝙ cum in c.fi.§.iubemus. de hære.lib.6.dicatur. quòd de conſilio peritorum cauſa hæreſis terminetur ad ſententiam uel condemnationem, ꝙ inquiſitor debet requirere conſilium peritorum & illud ſequi.per præmiſſa dicta in nona concluſione, & omnino ad hæc uide quæ dixi in comento.c.quoniam.de hæret.li.6.in.x.q.quia hic plura ommiſsi quæ ibi dicta fuere per me ne de prolixitate arguar. quæ nota contra quendam licentiatum qui ſemper dicebat contrarium,ꝙ inquiſitores non tenebantur ſtare conſilio peritorum, nullam tamen rationem allegabat.

SUMMARIUM.

1 *Blaſfemia quid ſit.*

2 *Blaſfemia poteſt eſſe ex ſurreptione uel ex deliberatione.*

3 *Prorumpens in blaſfemiam ex paßione ſecundum S.Thom. peccat uenialiter & non mortaliter.*

4 *Iracundiæ calor in delictis non excuſat delinquentem.*

5 *Blaſfemia grauius peccatum eſt quam delictum.*

6 *Blaſfemare conſuetum non excuſat iracundia.*

7 *Iracundiæ calor non excuſat a toto ſed a tanto, etiam in perpetrato homicidio.*

8 *Iracundiæ calor probandus eſt ad hoc ut excuſet a delicto.*

9 *Blaſfemans Deum ſi ſtatim oſtendit ſigna contritionis non punitur pœna ordinaria.*

10 *Iniuriarum actio an tollatur ſi iniurians infra.30.dies retroceſſerit ab iniuria.*

11 *Iniuriarum actio an tollatur per pœnitentiam ante reuocationem ad animum iniuriati.& ibi de clauſula,rebus ſic ſtantibus.*

Intel-

12 *Intellectus.l.quicquid.ff.de reg.iur.l.diuortio.ff.de repu.*
13 *Blaſfemans ſi emiſſa blaſfemia coram audientibus ſtatim ſe humilians petijt ueniam excuſatur a pœna ordinaria.*
14 *Mitius agitur cum Deo quàm cum hominibus.*
15 *Ebrius blaſfemans an puniatur.*
16 *Blaſfemia quotuplex ſit.*
17 *Blaſfemans Deum quando uideatur ſuſpectus de hæreſi.*
18 *Blaſfemans iratus quomodo ſit puniendus.*
19 *Blaſfemantis intentio eſt inquirenda ad hoc ut ſuſpectus de hæreſi reputetur.*
20 *Blaſfemans Deum punitur pœna pecuniaria uel uerberum ſecundum conditionem perſonæ.*
21 *Blaſfemantibus pœnam non poſſunt iudices remittere ſicut poſſunt alias pœnas.*
22 *Blaſfemiæ cauſa quæ ueniunt in mundo.*
23 *Blaſfemans ſi eſt pauper & nobilis quomodo debet puniri.*
24 *Iurans per membra Dei honeſta uel inhoneſta an dicatur blaſfemus.*
25 *Iurans per membra inhoneſta peccat mortaliter.*
26 *Iurans per membra honeſta uel inhoneſta eſt blaſfemus.*
27 *Intellectus.c.ſiquis per capillum.22.q.1.*
28 *Deus non habet membra, contra aliquos hæreticos.*
29 *Deus ad naturam diuinam refertur.*
30 *Iurans per membra Dei dicitur blaſfemare.*
31 *Iurare per membra Chriſti an ſit blaſfemare.*
32 *Iurare per membra Chriſti eſt irreuerentia.*
33 *Iurare per pudenda Chriſti eſt ſpecies hæreſis.*
34 *Deo non ſunt attribuenda membra humana, eſt enim hæreſis damnata.*
35 *Iurare per membra Dei ſapit hæreſim manifeſtam.*
36 *Iurare per membra Dei eſt hæreticum, uel ſaltim ſuſpitio hæreſis naſcitur.*
37 *Iurans per membra Dei an ſit ſuſpectus de hæreſi, iudex debet conſiderare multas circunſtantias.*
38 *Declaratio.c.ſiquis per capillum.22.q.1.*
39 *Iurare an liceat per ſanctos.*
40 *Iurare an liceat per creaturas.*
41 *Iurant chriſtiani per creaturas referentes ſe ad Deum.*
42 *Blaſfemus an ſit qui lapidem proiecit in crucem domini.*

VIGESIMA SEPTIMA QVAESTIO.

VIgeſimo ſeptimo Quæro, An iurans per membra Dei cenſendus ſit blaſphemare, puta per caput Dei, per iecur Dei, p cor Dei & huiuſmodi, & quid de iurantibus per membra Chriſti, ſcilicet quid etiam de iurantibus per uirginem Mariam Dei que genitricem, & per ſanctos Dei ſeu eorum membra, & de ſingulis ui deamus.

1 PRIMO† Ergo præmittendum eſt, quid ſit blaſphemia, licet ſupra in q.6. aliquid de ea actum ſit, blaſphemia ergo proprie & ſtricte loquendo eſt irrogatio iniuriæ Deo factæ cum illi attribuitur quod ei non conuenit, quod eſt contra miſericordiam, aut cum ab eo remouetur, quod ei conuenit, quod eſt contra iuſtitiam, aut cum creaturæ attribuitur quod eſt proprium Dei, quod eſt contra maieſtatem, & in ijs conuenit Ambroſius, & declarat ſingula. ut dixi in dicta quæſtione ſexta. uerſicu. decimo eſt propoſitio, & ultra ibi dicta dic ſecundum Alex. de Ales in 2. parte. q. 148. q blaſphemare eſt contumeliam uel aliquod conuitium inferre in iniuriam creatoris, uel aliter, blaſphemia eſt per quam de Deo falſa dicuntur. Item poteſt dici, q blaſphemia conſiſtit in dicendo aliqd quod Deo non conuenit, puta Deum eſſe iniuſtum, uel in negando aliquod quod Deo conuenit, puta curare de noſtris, uel attribuendo quod Deo ſoli conuenit, creaturæ, puta q diabolus eſt omnipotens, aut quod fatum regit omnia, & huiuſmodi. Sic ergo nomen blaſphemiæ, uidetur importare quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis, & præcipuæ diuinæ, Deus autem (ut dicit Dyoniſius de diuinis nominibus) eſt ipſa eſſentia bonitatis, unde quicquid Deo conuenit pertinet ad bonitatem eius, & quicquid ad ipſum non pertinet longe eſt a ratione perfectæ bonitatis, quæ eſt eſſentia eius. Quicunque igitur uel neget aliquid de Deo, quod ſibi conuenit, uel aſſerit aliquid de eo, quod ei non conuenit, diuinæ derogat bonitati, & blaſphemia poteſt eſſe in intellectu, uidelicet quia intelligit Deum eſſe mortalem, uel non eſſe omnipotẽtem, & in affectu, quia uellet eſſe mortalem, uel non omnipotentem, & ſi ſit tantũ in corde eſt blaſphemia cordis, ſi uero in ore eſt blaſfemia oris, quæ opponitur confeſſioni fidei, ſecundum Aſten. & Ange. de Claua. in ſuis ſummis, & in ſumma confeſſo. lib. 3. tit. 34. de indicijs peccatorum. q. 207. incipien. ſequitur uidere, & ex genere ſuo eſt ſemper peccatum mortale, niſi quis aliquando ex ſurreptione in uerba blaſphemiæ prorumperet, ita qd hoc qd diceret non aduerteret, quia tũc ſolũ uenialiter peccaret, nec haberet proprie rationem blaſphemiæ, hæc per Alexã. de Ales in d. loco.

2 Et † San. Thom. in 2.2.q.13. arti. 2. ad 3. inquit, ꝙ blaſfemia poteſt abſque deliberatione ex ſurreptione procedere dupliciter, uno modo ꝙ aliquis non aduertat hoc quod dicit eſſe blaſfemiam, quod poteſt contingere, cum aliquis ſubito ex aliqua paſsione in uerba non imaginata prorumpit, quorum ſignificationem non conſiderat, & tunc eſt peccatum ueniale, & non habet proprie rationem blaſphemiæ. Alio modo quando aduertit hoc eſſe blaſphemiam, conſiderans ſignificata uerborum, & tunc non excuſatur a peccato mortali, ſicut nec ille qui ex ſubito motu iræ aliquem occidit iuxta ſe ſedentem, ſequitur Alberi. de Roſate in ſuo dictionario in uerbo. blaſphemia.

3 Sed † Primum dictum S. Thom. de eo qui ſubito ex paſsione in uerba blaſphemiæ prorumpit, ut peccet ſolum uenialiter & nõ mortaliter, poſſet hoc confirmari per multa iura, in quibus diſponitur, ꝙ quicquid calore iracundiæ, uel fit, uel dicitur non prius ratum eſt quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi adfuiſſe, ut in l. quicquid. ff. de reg. iur. ut patet in multis exemplis traditis in iure, ſic habemus ꝙ uotum emiſſum calore iracundiæ non tenet. ut uoluit glo. no. in c. dudum. in uerb. calore iracundiæ. de conuerſi. coniugatorum. intelligendo quando talis iracundia alienationem mentis induceret, ut ſcribunt Ant. de Bu. Ioan. de Imo. & Abba. ibi, Deus enim uoluntarium militem uult. c. non eſt. 15. q. j. c. ſicut. de regula, præſertim in uoto hoc procedit, ꝙ deliberationem requirit. S. Tho. in 2.2.q.88. arti. j. quem refert Ioan. And. in c. literaturam. de uoto. Abbas in c. ſicut ex literis. de iure iur. & idem eſt dicendum in iuramento, ut præſtitum calore iracundiæ non obliget. l. 2. C. ad. l. iuliam maieſta. & in d. c. ſicut ex literis. idem eſt & in contractibus, ut geſti per irã non ualeant. c. ſiquis iratus 2. q. 3. & eſt tex. in l. licitatio. in prin. ff. de public. prout hæc & alia ad propoſitum ſcribit Ludo. Roma. in ſing. ſuo. 508. incipien. uolo comentare, ſequitur Fely. in cap. Matthæus de ſimonia.

4 Hæc † tamen proxime dicta procedunt in ijs quæ non ſunt delicta, quia in delictis quis non excuſatur calore iracundiæ. l. ſi non conuicij. C. de iniuriis. ubi ommiſſa diſtinctione Petri de Bella pertica, quam facit in repetitione. d. l. inquit Bal. ꝙ quædam ſortiuntur iuris effectum, ut repudium & uotum, & hæc nulla ſunt ſi fiant calore iracundiæ, quia nõ procedunt ex animo, ſed potius ſecundum quandam alterationem, ut patet in d. l. quicquid. cum alijs proxime allegatis, & dicuntur ſortiri iuris effectum, quia ſuum eſſe habent a iure, ut dicit Oldra. quem refert Alberic. de Roſate in dicta. l. quicquid, quædam ſunt, quæ non ſortiuntur iuris effectum. & eſt hoc quando lex non approbat, ſed improbat, ut ſunt ma-

leficia,

leficia,& in illis non diſtinguitur, an emanauerint calore iracundiæ uel non, quia ſemper maleficia non debent remanere impunita. facit. l. quoniam multa. C. ad. l. iuliam de ui publi. & hæc probantur in d. l. ſi non cõuicij. a contrario ſenſu. Et ſic calor iracundiæ non excuſat in ijs, alias raro propter homicidium eſſet quis puniendus, quia plerumque cum iracundia committitur, ut dicit Decius in d. l. quicquid.

5 Cumque † blaſphemia ſit grauisſimum delictum, quia ut dicit glo. Eſai. 18. ſuper illud ad populum terribilem &c. omne peccatum blaſphemiæ comparatum leuius eſt, Immo quo ad obiectum, quia directe in Deum committitur, præponderat homicidio, quod in proximum committitur, ſi uero quo ad effectum nocendi, homicidium præponderat.

6 Sequitur † ergo concludenter, ꝗ calor iracundię non excuſat blasfemãtem a blaſphemia, ſaltem ut in foro contentioſo puniatur, ex quo in maleficijs calor iracundiæ non excuſat, præſertim quando ex conſuetudine blaſphemat, & licet ex animo dicat non blasfemare, ex quo non aduertit, lata culpa æquiparat̃ dolo. l. Quod Nerua. ff. depoſi. craſſa enim ignorantia uel ſupina non excuſat. c. ut animarũ. de conſti. lib. 6. quæ eſt ignorare quod omnes ſciunt. c. A, nobis. de ſenten. excommunica. l. latæ culpæ. ff. de uerbo. ſignifi. facit. l. nec ſupina. ff. de iuris & facti igno. & in ijs par culpa eſt decipere & decipi. c. ſi cupis. 16. q. 1. & ſtultus in culpa ſit ſapiens in pœna. c. qui ea. 38. diſt.

7 Non † tamen eſt prætermittendum, ꝗ quàmuis ex toto non excuſetur a delicto, qui deliquit, pœna tamen mitigari debet in delicto commiſſo cum iracundia, ut concludit Roma. in dicto ſingulari. facit text. in l. j. C. ſi quis impera. maledi. lubricum enim linguæ facile ad delictum non eſt trahendum. l. famoſi. ff. ad. l. iuliam maieſta. & gl. in c. dubius in fide. de hæret. & d. c. Dudum. & idem Abbas concludit in c. j. de iniu. col. j. uerſi. puto tamen, dicens ꝗ ille qui prouocatus oſtendit, mitius punitur, quia difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare, ut in ſimili uult tex. ſingularis in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adulte. idem tenet Abbas in c. dilecti. de excep. adeo ꝗ dicebat Ludo. Rom in l. cũ mulier. 32. col. uerſi. aduerte tamen. ff. ſolu. matri. ꝗ licet homicida debeat occidi. l. 3. cum alijs, ut ſupra dixi. C. de epiſco. audie. tamen in poteſtate iudicis eſt deportare homicidam quem impulit iracundia etiam orta aliter quàm ex facto offenſi. per tex. in l. lex iulia. in fi. ff. ad. l. iuliam repetund. & eſt dictum mirabile ad excuſandos homicidas a pœna mortis, refert Alexan. de Imo. in apoſtillis ad Bar. in d. l. & plura circa hanc materiam cumulat Fely. in d. c. dilecti. col. pe.

8 Et † ad hoc ut fieret mitigatio pœnæ ratione iracundiæ neceſſarium

eſſet

eſſet probare qualitatem iracundiæ ꝙ talis erat quæ ipſum delinquentē a mente alienauerit,quia alias nullam haberet excuſationem,ſed ordinaria pœna eſſet puniendus,ut in d.l.ſi non conuicij,notat Abbas in ca.j.in 2.notabili, de ijs qui filios occid & difficile eſſet probare talem iracundiam,ut dicit Abbas in d.c.dudum. & prædicta procederent quando eſſet maximus calor iracundiæ ex iuſta cauſa procedens,ut in d.§.imperatores. ſecus ſi ex iniuſta cauſa,puta ex amiſsione facta in ludo, quia dabat operam rei illicitæ.facit capit.inebriauerunt.xv. q.j. & cap.quod ait Loth.xiiij.diſtin.calor enim iracundiæ excuſat qui dementiæ æquiparatur,ut dicit Hoſtien.in ſumma de maledi.§.qualiter.columm.2. uerſicul. hoc autem.

9 Secundo†eſt etiam conſiderandum, ꝙ ſi blaſfemans Deum antequā recedat de loco ubi blaſfemauit, & coram illis qui audierunt retractet illam blaſfemiam,& ductus pœnitentia ſigna contritionis oſtendat, ꝙ iſte blaſfemans non eſt puniendus ordinaria pœna,ſed ſolum reprehendendus leuiſsima pœnitentia dignus, prout in conuiciante alteri dicit Ange.in d.l.ſi non conuicii.ubi ait,ꝙ uerbum iniurioſum poteſt reuocari,& ceſſat actio iniuriarum,quem ſequitur Fely.in d.ca.dilecti. colu. ſi. dicens,hoc modo habes,remedium euitandi actionem iniuriarum,ut reuoces uerbum iniurioſum,dicens,quod dixi,dico non fuiſſe bene dictū, de quo exclamat Lanfran.de oria.in c.quoniam contra falſam.in uerbo, confesſiones,colum.j.de probatio.& ad prædicta plura tradit Fel.in ca. cum te.columm.3.uerſicu.dum dicit gl.de re iud.Domi.& alij in c.ſiquis iratus.2.q.3.

10 Et circa†allegatum dictum Bal.in d.l. ſi non conuicii. omnino uide Fely.in d.c.cum te.quia illud refert alio modo quam ſcriptum ſit, ut ēt ipſe illud ponit in d.cap.dilecti.de excep.& no.Luc.de pœn.in l. omnino curiales.C.de decur.lib.x.col.2.uerſ.Sed pone Titius dixit, ubi recitatis aliquorum opinionibus inquit poſſe aliquem uſq; ad menſem dicere ꝙ per iracundiā dixit aut fecit,& ſic ꝙ habet ſpacium.xxx.dierum.argu.in c.cum apud.xj.q.iij.l.ſi uindicari.C.de pœnis.c.conſtat.iij.q.j. quem ſequitur Decius in d.l.quicquid calore.in fi.ſed hęc iura parum uidentur facere,q̃a & ſi iracūdia præſumatur ceſſaſſe ſpacio.xxx.dierū, & factum uel dictum per iracundiam reuocari poſſit;ut in d.l.ſi uindicari, & in d. c.cum apud.non tamen propter hoc aufertur iniuriato, quominus ſtatim illata iniuria,poſſit ad animum reuocare illam, ex qua reuocatione oritur actio iniuriarum,ut in §.fi.inſti.de iniur.quæ actio ſemel acquiſita iniuriato non poteſt tolli, nec aboleri niſi facto iniuriati uel eius uolūtate.l.id quod noſtrum ff.de reg.iur. præterea actio iniuriæ illatæ etiam

calore iracundiæ ex eo die naſcitur,& anno durat, ut in d.l.ſi non conuicij,& talis iniuria etiã per iram irrogata punitur,ut l.aut facta.§. cauſa. ff.de pœnis.quo modo ergo iniurians dicendo per iram ſe feciſſe erit liberandus, cum regulariter pœnitentia in delictis locum non habeat. l. qui ea mente.ff.de furtis.ſcribit Hoſtien. in cap. pro humani.de homic. lib.6.col.iii.traditur in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſcop. & cleri. & dicebat cyn.in d.ſi non conuicij, & in illis quæ ſine præiudicio iniuriam paſſi nequeunt reuocari, ut uituperium factum alicui uel dictum, non prodeſt pœnitentia,unde ea non ſatisfacit famæ ipſius iniuriati, ut in d.§.cauſa, ſecundũ eum,& pœnitentia non tollit ius quæſitum alteri. l.cum quidam.C.de condi.inſer.quem ad hoc allegat Bal. in ſua Margarita,in uerbo pœnitentia, & ideo non ſequitur, ira præſumitur ſpacio. xxx. dierum ceſſare ergo poteſt retrocedere ab illata iniuria prætextu iracundiæ tollendo ius alteri quæſitum, quia.d.c.cum apud.& d.l.ſi uendicari.intelliguntur re exiſtente integra,ut reuocari poſsit factum per iracundiam,ſecus re integra non exiſtente.facit.c. Gratum. & c.Relatum. de offi.delega.

11 Accedit † quia in diſpoſitione legum, & in contractibus ſemper ineſt clauſula,rebus ſic exiſtentibus,ut ſcribitur in l.quod ſeruiens.ff.de condi.ob cauſ.& ibi late ſcribit d.Iaſon. & eſt tex. in l.ſi.ff. qui ſatiſda. coga. unde non puto actionem iniuriarum tolli ſi ſpacio. xxx. dierum uel ulteriori tempore citra annum dixerit iniurans ſe per iracundiam uerbũ uituperoſum dixiſſe,q̃a talis allegatio non ſatiſfacit famæ meæ,per prædicta, prodeſt forſan ſi ante reuocationem iniuriæ ad animum factam ab iniuriato,iniuriãs reuocaret dictum ſuum, dicens ſe falſum dixiſſe, ꝑ dictum Ange.in d.l.ſi non conuicii.allegatum per Fely.ut dixi,licet apud Angelum illud dictum non reperiam . & idem putarem ſi illam iniuriã iniurians reuocaret antequam in iudicio conueniretur actione iniuriarum,& in hoc puto legem longobardorum bene conſideraſſe, ut in l. 2. de iniuriis mul.apud longobardos,ibi pulſatus pœnitens, & ſponte dicitur pœnitere ex quo non fuit præuentus,ut in l. 1.§.mater.uerſ.quid ergo.ff.ad ſena.conſul.tertu.

12 Nec † obſtat ꝑdictis.d.l.q̃cquid calore,& l. diuortio.ff. de repudiis. q̃a illa procedũt q̃n dãnũ datũ per pœnitẽtiã in priſtinũ reuocat̃,ſecus ſi irreuocabile ſit,ut patet ĩ uerbo cõuitioſo & ĩiurioſo,ut dicũt Pet.de bella ꝑti.Bal.Ang.& oẽs in d.l.ſi nõ conuicii,unde illud, euolat ſemel emiſ-

13 ſum irreuocabile uerbũ. Putarẽ † tñ ꝙ ſi blaſfemans ſtatim emiſſa blaſfemia,corã audiẽtibus blaſfemiã,ſe humiliaret ꝑcutiẽs pectus ſuum, uel oſculãs terrã,uel alia oſtẽderet ſigna cõtritiõis, uel a dicta blaſfemia re-

 trocederet,

proccederet, ei eſſet parcendum, & ex hoc excuſaretur, prout fuit in caſu excuſatus quidam Angelus iudæus qui negauerat omnipotentiam Dei, ut conſuluit Maria. Socc.in conſ.cij.incip.in præſenti conſultatione.lib. j. & Alex. in conſi. xv.uiſo proceſſu.lib.3.

14. Et † dixi latius ſupra in q.xx.in qua tranſi ui ſimpliciter cum dicto, Luca de penna,hic tamen contrarium cenſeo, & cum blasfemia ſit in Deũ, ut eſt dictum mitius agitur cum Deo quàm cum hominibus,ut dicit glo. in l.ſiquis rem.§.uoto.ff.de pollici.ut ſcribit Iaſo. in l. generaliter. ff. de uerb.obli.col.j. Deus enim miſericors eſt, de quo ſcriptum eſt, quotieſcunque ingemuerit peccator iniquitatum eius amplius non recordabor. c.ſceleratior.c.piuni.de pœni.diſtin.3.homo uero quærit uindictam,ut toto tit.ff.ad ſillania.& C.& ff.de ijs quibus ut indig.l. miles. §. ſocer. ff. de adulte. Angel.in conſil.244. in ſplendisſima,& alibi dicitur,ꝙ mitius agitur cum lege q̃ cum miniſtro legis. l. Celſus. ff.de arbi. ut late ſcribit Andre. Siculus in cap. Raynaldus.col. j.de teſta.ubi hanc regulam confirmat multis fundamentis, & in repetitione rubricæ de teſtamen. in fin. colum.

15. Quid † autem ſiquis ebrius dixerit blasfemiam an excuſandus ſit, Dicit Abbas antiquus in cap. ſtatuimus, in uerbo præſumpſerit, quod ſonat calorem & iracundiam animi,ſed accenſus calore iracundiæ uel uino neſcit quodammodo quid agat,unde confeſsio facta nõ præiudicat, ut dicit glo.in ca.ex literis.de diuortijs, & hoc dictum faciliter procedit in ebrio ſecundum Abbatem,per l.omne delictum.§.per uinum.ff.de re. mili.ſed Angel.de Peru.in d.l.ſi non conuicij, col. j.inquit, ꝙ ſi ebrietas poſuit iniuriantem extra ſenſum, ut uidemus cõmuniter in multis ebrioſis non tenetur actione iniuriarum,idem eſt dicendum in dormiente delinquente,ſunt enim protinus alienati a mente, nec habent affectionem faciendi iniuriam,unde non poſſunt teneri actione iniuriarum,& eſt argu.in cle.ſi furioſus.de homi.uerum, ut in futurum caueant ab ebrietate,& tali dormitione,quæ eos trahit ad has blasfemias uel iniurias,ut periculis obuietur,pœna arbitraria puniri poſſunt ex cauſa. l. hodie. ff. de pœnis,facit.l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœnis. l. ſi ſeruus ſeruũ. §.fornicarius.ff. ad l.aquiliam;& hæc pœna imponi poteſt ad cautelam, ne contemnatur Eccleſiaſtica diſciplina.c.præsbyteros.l. diſt.& pro hoc facit optimus tex.in c.excommunicatorum.23.q.v. & ibi Card. de Turre Crema.ſic Loth culpandus fuit,qui poſtquam inebriatus fuit proprijs filijs ſe immiſcuit.d.c.inebriauerunt.

16 SECVNDO † EST VIDENDVM quotuplex ſit blasfemia, Dic ꝙ eſt multiplex, ſuppoſito, ut dictum eſt, ꝙ blasfemia eſt aliquid

quid dictum uel factum in contemptum Dei,etiam ſine maledictione.c. cum caput.33.q.v.quod contingit multis modis. Primò, cum attribuitur Deo,quod ei non conuenit. Secundo,cũ ab eo remouetur,quod ei conuenit. & hoc eſt exufflare Deum. cap. quando vult Deus. 23. q. 4. Tertio, cum attribuitur creaturæ,quod Deo appropriatur, ut inquit S. Tho.in 2.2.q.13.arti. 1. Quarto, quando eius lata ſententia contemnitur. Quinto,quotiens eius Euangelium infamatur, hæc duo probantur in d.c.cum caput. Sexto,generalius,quotiens legi obſiſtitur,aut Euangelio non creditur.c.j.& ca.cum ſit.in prin.de iudæis. Septimo largius,quotiens per eum iuratur aliter q̃ debeatur, ut ſi iuratur per capillum uel caput Dei.in c.ſi quis per capillũ.22.q.1.& in auth. ut non luxuri.homines contra naturam.colla.5.Octauo,blasfemans eſt omnis ſimoniacus qui gratiam Sancti Spiritus per pecuniam nititur comparare.ca. Petrus.j.q.j.Nono omnis magicam artem exercens eſt blasfemus.ibidẽ, nam æqualiter peccat cum illis, qui blasfemantes dixerunt Chriſtum in Belzebu eijcere dæmonia.c.eos qui.j.q.j. Decimo, eſt blasfemus,omnis hæreticus.c. ſi quis inquit.j.q.j.

17 IIS † IGITVR PRAELIBATIS, Quæri poteſt quando blasfemans Deum uideatur ſuſpectus de hæreſi, Dici poteſt, ꝙ blasfemus poteſt dicere falſum de eo, ut ſunt Iudæi negantes & non credentes Chriſtum eſſe filium Dei, & iſti infideles & blasfemi dicuntur a iure, ut in c.j.& c.cum ſit.de iudæis, & idem eſt dicendum de hæretico,qui credit & dicit falſum de Deo,ut in c.ſi quis inquit.circa medium.j.q.j.Inſuper poteſt dici ꝙ blasfemus dicit falſum de Deo, ſed non ſentit malum de Deo, & tunc ſi hæc blasfemia contrariatur alicui ueritati catholicæ, uel contentæ in ſymbolo fidei,uel in ſacra ſcriptura, uel in concilijs generalibus determinatæ, uel alteri ueritati catholicæ, de quibus dictum eſt ſupra, tunc non eſt dubium ꝙ ex huiuſmodi blasfemia oritur ſuſpicio hæreſis, blasfemans tamen iſte non erit hæreticus, puta, quia dicit blasfemans iratus, Deus non poteſt facere, uel Deus non eſt omnipotẽs, uel ꝙ Genetrix Dei non fuit ſemper uirgo,prout continetur in ſymbolo fidei in quo confitemur Deum omnipotentem, & Chriſtum natum de Maria Virgine,& huiuſmodi.Et ſic blasfemia poteſt eſſe cum fide, & ſine fide, contingit enim utroque modo quem dicere ꝙ Deus non poteſt facere hoc, uel illud, & hoc non ſolum uerbo exteriori,ut patet, ſed etiã interiori,& ut dicit D.Tho.de uio in apoſtillis ad.S.Tho.in 2.2. q.xiii.arti.j. Poteſt quis credens Deum eſſe omnipotentem uelle dicere ſecum, ut iniuriam Deo faciat, quòd Deus non poteſt,& delectari in hoc mendacio, & ipſe credat contrarium, is enim qui ira ex iuſta cauſa orta

motus in hanc blasfemiam ſemel aut bis prolapſus fuerit mitisſime eſt puniendus.arg.in d.§.Imperatores.

18 Ideo † dixi iratus,quia ſi ſerio diceret uerba hæreticalia, præſumitur ſentire prout dixit,& quamuis diceret ſe catholicum,& credere quod Ecclesia credit & prædicat,ut hæreticus eſſet puniendus, ut late ſcribitur in deciſione Rotæ incipiente Accuſatus de hæreſi.in antiquis. Item dixi de ira ex iuſta cauſa orta, quia ſi eſſet iratus ob iniuſtam cauſam, puta ob perditionem factam in ludo, tunc grauius puniendus,argu.c.inebriauerūt.xv.q.j.ut inquit Abbas in c.ſtatuimus.de maledi. Item dixi, ſemel aut bis,quia ſi pluries deduceretur in conſuetudinem, grauius eſſet puniendus,ut dicunt cy.& Saly. in l.2.C.de reb.credi.& Ioan.de Ana.in d.c.ſtatuimus.col.7.nec lubricum linguæ ſtatim ad delictum eſt trahendum,& perſonæ qualitas conſideranda eſt,an ſanæ mentis fuerit,uel extra mentem in l.famoſi.§.j.ff.ad l.Iuliam maieſta.& in l.j.C. ſi quis impera.maledi. & quia illa uerba prolata a blasfemante hæreticalia ſunt, ex eorum prolatione inordinata ſuſpicio hæreſis prodit, hoc eſt,an proferens illa habeat errorem in mente circa illum articulum fidei, cui uerba blasfema aduerſantur,quam ſuſpitionem temperat ira, & impedit cauſari præſumptionem hæreſis, quæ hæreſis præſumitur in ſerio loquente, ut dixi per illam deciſionem Rotæ.

19 Niſi † probaretur abſentia intentionis hæreticæ, quod probatur difficile,ut in l.j.C. de ſiccarijs.& hæc ſatis probantur ex ijs quæ ſupra dixi circa temperandam pœnam delicti per iram commiſſi, nam ſicut delictum per iram commiſſum procedentem ex iuſta cauſa non punitur pęna ordinaria, Sic blasfemia etiam hæreticalis non iudicatur ut hæreſis, ſed ut ſuſpicio hęreſis,niſi conſtaret de errore blasfemantis per eius confeſſionem,quia aliis dixit,ut ſupra eſt dictum.

20 Et ſic † punitur pęna extraordinaria,ſcilicet pecuniaria uel alia,quia, ut inquit Ioan.de Imo.in cle.nolentes.col.3.de hæreticis, qui proferunt uerba hæreticalia quæ nullam habent excuſationem,& proferunt ludendo,uel ex iracundia, uel ex fatua ſimplicitate, poſſunt puniri pecuniaria pœna,quam imponit Eccleſia.c.quanquam.xxiij.diſtin.c. in archiepiſcopatu, de rapto.& hoc confirmatur,quia ſi fautores hæreticorum poſſunt puniri pœna pecuniaria.c.Accuſatus.§.ſi uero,de hær.li. 6. ergo & offendentes fidē catholicam blasfemijs ſuis,& ſic pecuniaria pœna ꝑ uiā licitæ condēnationis non impeditur per diſpoſitionē dictæ cle.nolentes.In qua ſolū prohibetur extorqutio pecuniæ,quæ ſonat in uiciū, ut ibi dicit Ioā.de Imo.Et ſi forſan blasfemās eſſet pauper,& nō hr̄et in ære, an poſſit imponi corporalis, ut puta ueruerorū uel fuſtigationis pęna,puto ꝙ

ſic,per

ſic, per regulam quæ traditur in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. om. iu. ſi blaſfemans eſt perſona uilis, Bart. ſentit in l. j. in fi. ff. de pœnis, & Saly. in l. ſed & ſi ſeuerior. col. iij. C. de ijs qui nota. infa. & probatur in l. quicunque. §. quòd ſi fecerint. C. de hæreti.

21 Nec † hanc pœnam poteſt iudex remittere, prout poteſt remittere mulctam ratione paupertatis, ut in l. illicitas. §. præſes. ff. de offi. præſidis & Bal. in l. fi. C. de modo mulcta. dicit Bar. in l. j. in fi. ff. de pœnis, & Bal. in l. certa ratione. C. quando prouo. non eſt ne. quia ueniæ locus non eſt, ubi maieſtas diuina tam deteſtabiliter offenditur, & uilipenditur, ut inquit Bal. in d. l. accuſationem. col. iij. C. qui accuſa. non poſſunt. ſi enim offendatur poteſtas temporalis, inultum hoc crimen non dimittitur, ut in c. j. de maledi. ne ulterius in talia uerba prorumpatur, & in l. j. in uerbo, iniuria. C. ſi quis princip. male. & l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſt. quomodo diſsimulanda ſunt quæ in æternæ poteſtatis iniuriam cōmittuntur, cum longe grauius ſit æternam quàm temporalem lædere maieſtatem. c. uergentis. de hære. & c. cum ſecundum leges. eo. tit. li. 6. & in auth. Gazaros. C. de hære. ita arguit tex. in auth. ut non luxu. col. 6. & gl. in c. ſtatuimus. de male. ea nanque quæ in nos committuntur facile poſſumus dimittere, ea uero quæ in Deum commiſſa ſunt non poſſumus relaxare ſine cordis contritione, ut in c. ſi is qui prælatus. & c. inter querelas. 23. q. 4. Ea propter dicebat Aug. in c. ſi ea. cau. & q. ſi ea de quibus uehementer Deus offenditur, inſequi uel ulciſci differimus, ad iraſcendum utique diuinitatis patientiam prouocamus, non ne Achor filius zare præterijt mandatum domini, & ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit, & ille erat unus homo, atque utinam ſolus perijſſet in ſcelere ſuo.

22 Et † non immerito Iuſtinianus Imperator pœnam ſtatuit ultimi ſupplicij contra blaſfemantes Deum, cū propter has blaſfemias fames, terremotus, & peſtilentiæ ſuper loca blaſfemantium ueniant, ut dicit tex. in d. auth. ut non luxu. homi. & ideo dicitur Eccleſi. 23. uir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet a domo illius plaga, ut in cap. & ſi Chriſtus. de iur. iur. & forſan ideo ab italia non recedunt bella mortifera, peſtilenciæ, & terremotus, quia contra Reuerendisſimam Sanctisſimaque humanitatem chriſti redemptoris noſtri & integerrimam eius genitricem ſemperque Virginem & aduocatam noſtram blaſfemiæ nephandæ quotidie impune committuntur, nec non peccatum illud propter quod uenit ira in filios diffidentiæ, quaſi oculis conniuentibus inultum prætermittitur, propter quæ duo peccata indicibilia, quæ os polluunt, aures offendunt, & aerem inficiunt, præfatus Imperator illud authenticum ius condidit, quod utinam ad unguem ſeruaretur, quia

facilitas ueniæ incentiuum delinquendi tribuit.in c.ut clericorum, de vita & hone.cleri. & Ecclesi. 8. dicitur, quia non proferuntur cito contra malos ſententię,abſque ullo timore filij hominum perpetrant mala. facit.c.non inuenitur.23.q.4.

23 Accedit † ad prædicta.d.c.ſtatuimus,ibi,nullam miſericordiam habiturus.& ſic non admittitur diſpenſatio, & ſi forſan eſſet perſona nobilis & pauper quæ non poſſet pecuniariam condemnationem ſoluere, debet imponi publica pœnitentia ,ex quo non eſſet fuſtigandus propter eius nobilitatem,alias ſi poſſet ſoluere pecuniariam condemnationem, & illam publicam pœnitentiam eleemoſinis redimere,ęquum eſt,ut ad hoc admittatur.c.j. de uoto,cum alijs,ut dicit Abbas poſt Hoſtien.in d. c.ſtatuimus,& conſentire uidetur erranti qui ad reſecanda, quæ corrigi debent,non occurrit.c.conſentire.83.diſt.

24 ET PROPRIVS † ACCEDENDO ad propoſitam quæſtionem, dicendũ eſt,ꝙ duplici modo poteſt quis iurare per caput Dei, per iecur Dei,uel cor Dei,& huiuſmodi.Primo,deteſtando aut uituperando. Secundo,affirmando uel iurando, uidetur utroque modo talẽ deteſtationem ſeu iuramentum non eſſe blasfemiam Theologice ſumptã, nam dicit.S. Anto.in 2.parte ſummę.tit.x.c.4.in prin.ꝙ cum quis iurat per membra Dei,uel ſanctorum.

25 Aut iurat † per membra inhoneſta , ut per culum Dei,uel per membra pudenda Virginis,aut ſanctorum,& eſt mortale peccatum,quia ſonat blasfemiam, & notabilem irreuerentiam , ſic intelligitur ſecundum eum.c.ſi quis per capillum , Aut iurat per membra honeſta , ut per corpus uel ſanguinem,per caput Dei & huiuſmodi , tunc de ſe ex modo iurandi non eſt peccatum, ſed eſſe poteſt ſi ex contemptu, uel irreuerentia hoc ageret,& in effectu hoc ſequitur magiſter Siluester de prierio.in ſua ſumma.in uerbo blasfemia.§.ij.& Ange.de Claua. in uerbo iuramentũ. §.xij.idem dicit Rayne.in ſua ſumma.libr.j.par.j.tit.de iuramento.uerſi.ſciendum,& idem habetur in ſumma confeſſorum.lib.j.titu.8.q.7.incipien. quid de ijs qui iurant per membra Dei, ubi dicitur,ꝙ ſi quis aliquando iurat per caput aut per oculos domini,aut per alia membra eius, quæ in cæteris hominibus non cenſentur turpia uel inhoneſta , uel per quæ conſueuerunt homines iurare, non credo inquam ꝙ peccet mortaliter.Ribaldos autem & illos qui aſſidue iurant per membra domini, nõ audeo inquit a mortali excuſare,& credo blasfemiam eſſe, quando quis iurat per membra domini , quæ in alijs hominibus reputantur inhoneſta , & quod dict. cap. ſiquis per capillum. intelligitur quando habetur in conſuetudine , ſecundum glo. Villen. & ultimo loco dominus Cardin.

din.de uio in ſua ſumma in uerbo blaſfemia,inquit, ſcito quoque dicere ad ſanguinem Dei, uel ad corpus Dei, ſiue inuocando per modum iurantis, ſiue reſonando in rixa, aut turbatione contra aliquem, non eſt blaſfemia, quoniam poſtquam uerbum caro factum eſt, Deus habet & corpus & ſanguinem,& non dicitur per modum iniuriantis,quamuis irreuerenter. Quando ſecundo modo dicitur,& propterea peccatum eſt graue,non tamen mortale, quia non contra ſed præter Deum eſt, & tanto grauius, quanto frequentius,& Ange.de Claua.in dic. §. xij.intelligit. d.cap. ſiquis per capillum, quando iuratur per pudenda membra, ſeu inhoneſta.

26 Et quamuis † prædicti doctores ſint fulti magna authoritate, nihilominus cauſa ueritatis indagandæ, poſſet dici ꝙ iurantes per caput Dei uel per alia membra humana, Deo ea ſic attribuendo,ſit blaſfemia theologice ſumpta, quod expreſſe probatur per.d.c.ſiquis per capillum.22. q. j. ubi dicitur, ꝙ ſiquis per capillum Dei, uel caput iurauit, uel alio modo blaſfemia contra Deum uſus fuerit, ſi in Eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur,ſi laycus,anathematizetur, & ibi dicit Archi.ꝙ ideo prohibemur iurare per capillum, caput, & huiuſmodi, ne diuinam naturam huiuſmodi membra habere credamus, ſicut quidam hæretici id falſo crediderunt,qui dicebantur Antropomorphitæ,ut in.c. quidam autem hæretici.uerſi.Antropomorphitæ,uel ſcientes non habere peierare non metuamus,& intelligit nomine Dei diuinam naturam, non diuinā perſonā ſcilicet Dei filius habet talia, ſecundum quod eſt homo, per quę iurare prohibemur,ſicut per creaturas, & dicit Cardi.de Turre Crema. in d. c. ſiquis per capillum,ꝙ. d.c.loquitur contra illos qui credunt Deum ſecū dum diuinitatem habere caput, & capillos, ſicut fuerunt quidam hæretici dicentes Deum habere membra corporalia, ſicut fuerunt Antropomorphitæ,ut in d. c. quidam autem,aut certe contra illos qui irreuerenter nominant membra Chriſti,& quodam exquiſito modo iurandi diuidunt ipſum,quaſi membratim, qui ualde rationabiliter ſunt redarguendi, maxime qui per membra Chriſti iurant, quæ in alijs non cenſentur honeſta.

27 Vnde † mihi uidetur ꝙ duo principalia decidantur in d. c. ſiquis per capillum,primum eſt,ꝙ iurare per capillos uel caput Dei, uel alia membra eſt blaſfemia. Secundū eſt,ꝙ iurātes huiuſmodi iuramētis blaſfemis peccant mortaliter,primum patet ibi,uel alio modo, intelligitur ſimili, prout dictio hæc,alius alia aliud, de ſe ſignificat ſimilitudinē pcedentiū uerborū quibus coniūgitur,& facit poſitionē eiuſdē qualitatis cū pcedētibus,ut not.Panor.in c.accedēs.de præbēdis.& gl.in l. ſi fugitiuū.& ibi

Bal.Saly.& Pau.de Caſt.C.de ſeruis fugi. cum alijs quæ ego late ſcripſi in c.quoniam,in 7.notabili.nu.30.de hær.lib. 6. unde uel alio modo intellige.i.per alia membra humana, diſcurrendo per illa,puta iurando p̱ cor,manus,oculos, & huiuſmodi blasfema contra Deum, uidetur ergo ibi caſus,ꝙ iurare per membra Dei eſt blasfemia,quæ de eius propria ſignificatione eſt execrari,maledicere uerbis,calumnias inferre, & dignitati honorique alterius derogare.

28 Eſt enim † præcum,ut dicit Calepi.& ſic comprehendit theologicam & iuridicam blasfemiam,Deo maledicendo,& illi attribuendo membra humana,quæ non habet,prout illi hæretici dicti Antropomorphitæ,quaſi formantes hominem aſſerebant, pro eo, ꝙ ignorantia ruſtica Deum habere humana mẽbra,quæ in diuinis libris ſcripta ſunt, arbitrabantur, Antropos enim græce,latine homo interpretatur,ignorãs uocem domini qui ait,Spiritus eſt Deus incorporeus eſt enim,nec enim membris diſtinguitur,nec corporis mole cenſetur,ut in d.c. quidam autem.uer. Antropomorphitæ.ſic igitur prædictum iuramentnm blasfemia eſt,quia attribuit Deo quod non eſt in eo, prout dictum eſt in diffinitione blasfemiæ ſupra.

29 Cum † illud Dei ad diuinam naturam referatur,non autem ad Chriſtum, qui habet humana membra, ſciebat enim conditor illius canonis Chriſtum Deum eſſe,& humana mẽbra habere, & ideo ſi fuiſſet eius intentio, in illo nomine Dei intelligi de Chriſto, non utique dixiſſet blasfemiam eſſe attribuere Chriſto membra,cum illa habeat,intelligit ergo illud nomen Dei,ideſt diuinam naturam,& quod huiuſmodi iuramentũ ſit blasfemia,probatur in tex.illius authenticæ vt non luxu.homines cõtra natu.colla.6.ibi, & ab alijs blasfemis uerbis & iurare per capillos & caput ſcilicet Dei,ut ibi dicit glo.& ijs proxima.

30 Si enim † inquit contra homines factæ blasfemiæ impunitæ non relinquntur, multo magis qui ipſum Deum blasfemant, digni ſunt ſupplicia ſuſtinere,ubi dicit Bar.in 2.nota.ꝙ talis iurans per membra Dei dicitur Deum blasfemare,vt probatur ibi,& ab alijs blasfemijs,& ſi ex forma ſtatuti imponitur certa pœna blasfemãti Deũ, iurãs p̱ mẽbra Dei tã ꝙ̃ Deũ blasfemans debet puniri pœna ſtatuti,& pro hoc etiam ponderat tex.in d.c.ſiqͣs p̱ capillũ,ibi,ſiqͣs p̱ capillũ Dei uel caput iurauerit,uel alio modo blasfemia ꝯ̃ Deũ uſus fuerit &c.& ſic iurans per mẽbra Dei dr̃ blasfemare. Et pro harũ confirmatione adduco qđ inquit Ep̃s Abulen. Matthæ.v.q.83.quærens. An liceat iurare per mẽbra Dei, & reſpondet ꝙ nullo modo licet, immo reputatur blasfemia magna,& grauior pœna infligitur.c.ſi quis.22.q.j.& hoc intelligitur de quocunque membro,

quia

quia eadē eſt ratio de oībus,& idē eſt ſiquis per corpus Dei iurauerit,q̄a licet corpus non ſit membrum,continet tamen omnia membra,& ſic eſt blasfemia iurare per corpus,quia iuratur per multa membra, & ſic iurare per aliqua membra Dei non ſolum eſt malum,ſed etiā eſt blasfemia, quia taliter iurans attribuit Deo quandā imperfectionē.ſ. habere mēbra humana,quæ non habet,& ſic eſt hæreſis,ut in d.c. quidā autem hæretici.

31 Nec obſtat † ſi dicatur ꝙ non ſit blaſphemia iurare per membra humana in Deo, quia Chriſtus Deus & homo eſt, & membra humana habet,ſicut nos,& ideo nihil ſibi attribuimus quod non habet, ad hoc dicimus,ꝙ ſiquis dicat p caput Chriſti,uel per oculos, non eſt blaſphemia, quia habet,licet ſit inhoneſtum iurare per creaturam in Deo,nam caput Chriſti creatura eſt,& omnes partes corporis ſui, honeſtius eſt ergo iurare per Chriſtū abſolute, qui Deus eſt,quàm per partes ſui corporis,quę ſunt aliquid creatum,& hoc quia uidetur quædam irreuerentia ſic diuidere Chriſtum iurando per quaſdam partes eius,& nō per alias, quaſi exhibēdo honorem quibuſdam & non alijs,cum in Chriſto nulla ſit diuiſio, etiam irreuerentia eſt, cum rem aliquam nominauerimus, omittere id quod in ea eſt optimum,& nominare id,quod eſt minus perfectum,& ita eſt cum quis per aliquod membrum corporis Chriſti iurauerit.nam omittit deitatem eius quæ eſt infinitū bonum, & ueneratur aliquod membrū eius, quod reſpectu diuinitatis nullius uenerationis eſt,qn̄ tamē per caput Dei,uel per aliud membrum in uanum iuratur, non nominando Chriſtū,blaſphemia eſt, quia licet Chriſtus ſit Deus, tamen nominando Deū abſolute intelligimus ſolū naturā diuinā uel perſonas diuinas ſolū quantū ad diuinā naturā & nō quantū ad humanitatē aſſumptā a uerbo, natura tn̄ diuina & perſonæ ſ̄m iſtā naturā non habent mēbra aliqua nec corpus,ideo eſt blaſphemia aſcribere eis membra,uel corpus,ſicut homini aſcribimus, & ita intelligimus quòd ſit blaſphemia iurare per capillum Dei,uel per alia membra Dei,cum nulla habeat.

32 Et ſic † patet ex p̄dictis indiſtincte ꝓhibitū eſſe iurare ꝑ mēbra Dei,quia eſt blaſphemia,& ꝑ mēbra Chriſti,q̄a eſt irreuerentia,prout eſt dictū, & idē tenet Arch,in d.c.ſiq̄s ꝑ capillū,& Io.de Ana.in d.c.ſtatuimus.col.x. Hoſt.uero in ſūma de maleſi.§.ſi.uerſ.q̄d ſiq̄s iurat,inq̄t, ꝙ ſi q̄s iurat ꝑ uētrē,uel ꝑ corpus,uel ꝑ capillum,ſi hoc facit affirmando.ſicut Burgundiones,dicentes per animum Dei,non habet locū.d.c.ſtatuimus,quaſi dicat ꝙ non eſt blaſphemia,ſecus ſi hoc faceret deteſtando,uel uituperando,q̄uis iratus,ſicut idem Burgundiones,& Frācigenæ,& Hyſpani,apud nos dicunt,per uentrē uel per caput qn̄ irati ſunt, & hoc dicit probari in d.ca. ſiquis per capillum,& in d. authen.ut non luxu.homines contra naturam.

turam.Sed hoc dictum Hoſtien.in prima parte eſt cōtra dictum.c.ſiquis per capillum,ubi omnino prohibetur iurari per membra Dei,quę prohibitio loquitur indiſtincte, nec facit differentiam ſi hoc iuramentum fiat affirmando uel deteſtando,quia ſemper eſt blaſfemia,nam attribuuntur Deo membra humana quæ non ſunt in eo,licet quo ad impoſitionē pœnæ ipſi iuranti poſſit haberi aliqua differentia ſecundum grauitatem peccati diminuendo uel augendo pœnam,ut ſupra late fuit dictum.

33 Et dicebat† Bal.in l.accuſationem.colu.2.C.qui accu.non poſſ.quòd Epiſcopus non poteſt facere pacem Dei, & iurare per pudenda Chriſti eſt ſpecies hæreſis,& inquit Ioan.de Fantu. poſt Vgoli. ꝙ iurans falſum per membra Dei incurrit duplex delictum,periurij,& blaſphemiæ.ſequitur Ioan.de Ana.in d.c.ſtatuimus.& uerbum blaſphemiæ,& omne uerbū importans contumeliam dicitur maledictum, ut dicit Bald. in l.j. C. ſiquis imperato.male.plura alia dixi circa hanc materiam ſupra.q.6.

34 Nec †obſtat ꝙ ſacra ſcriptura loquens de Deo attribuere uideatur illi membra humana,ad hoc dicendum eſt,ꝙ oportet ea membra corporea,ſicut manus,oculos,brachium,aures, quæ in ſcriptura attribuuntur Deo,ſpiritualiter intelligere,ratione ſuorum actuum,non corporaliter ut per os loquutionem,qua in prophetis & ſanctis uiris loquutus eſt,per oculos immenſitatem intelligentiæ qua uniuerſa perluſtrat & proſpicit, per manus prouidentiam,& operationem, qua ipſe omnia condidit, & gubernat,per brachia uirtutem,qua cuncta ſuſtentat & moderatur, & ſic de aliis, ut late ſcribit Diuus Hieronymus in ſuo tractatu de eſſentia Trinitatis & membris domini. incipien. Omnipotens Deus.dicens ꝙ ſiquis Deo humana membra ſeu motus animæ more humano ineſſe credit. ꝓculdubio in corde ſuo idola fabricat,& applica quæ dixi ſupra.q. 14.& ſcribit Card.de Turre Cre.late in d.c.quidam autem hæretici.uerſi.Antropomorfitæ, ubi confutat errorem illorum hæreticorum, dicens illos qui membra humana attribuunt Deo eſſe inter hæreticos computādos,& eos talia aſſerentes Epiphanius clariſſimus Doctor pro ſuis erroribus a communione fidelium ſeparauit,cum Spiritus ſit Deus, Ioan.4. & Spiritus carnem & oſſa non habent.& ſic patet blaſphemiam eſſe iurare per caput Dei,ſeu alia membra humana Dei.

35 Hinc†ſuccedit,ꝙ hæc blaſphemia ſapit hæreſim manifeſte ex doctrina doctorum,quia illa eſt propoſitio ſapiens hæreſim ex qua cum notorio uero,quod negari non poteſt,ſequitur hæreſis proprie dicta,cum ergo uerum ſit,& negari non poteſt,Deum non habere membra humana, & aliquis ſit iurās per membra Dei humana, ex hoc ſequitur hæreſis proprie dicta,ꝙ Deus habet humana membra, prout late dixi ſupra in 6 .q.

manifeſte

manifeſte de ſe patet, & nulla tergiuerſatione negari poteſt hæreſim nõ ſapere, ut late expoſui ſupra in q. 23. uerſi. non obſtat primo.

36 Quinimmo † ſi ulterius ſpeculemur, magis uidetur dicta blaſphemia eſſe hæreticalis quàm hæreſim ſapiens, & contraria ſacro Euangelio atteſtanti Deum Spiritum eſſe, & conſequenter non habere membra humana, contrariatur etiam hæreſi damnatæ, ut proxime dixi, & conſequenter blaſphemantes per membra Dei incurrere hæreſim, uel ſaltem ſuſpitionem hæreſis, & inquiſitores contra hos blaſphemantes poſſe procedere, ut in c. Accuſatus. §. ſane. de hæret. libr. 6. & non ſolum contra hæreticos id poſſunt, ſed etiam contra ſuſpectos de hæreſi, ut eſt tex. in ca. ut officium inquiſitionis. in prin. ibi, uel ſuſpectos, de hære. lib. vj. cle. j. §. ſane. ibi, contra diffamatos uel ſuſpectos, de uſuris.

37 Hanc † autem hæreſim ſeu ſuſpitionem hæreſis contra illum blaſphemantem poterit iudex inueſtigare ex conditione perſonæ, paſsione, iracũdia, ex frequentia, ſeu conſuetudine blaſphemantis, ſi ioco, ſi ſerio, ſi iniuria, ſi lubrico linguæ, ſi petulantia, & demum ex uariis generibus cauſarum poterit animi ſui motum informare, quorum regula certa tradi nõ poteſt, ſed relinquitur arbitrio iudicantis. arg. l. de minore. §. plurimum, ff. de quæſtioni. l. 3. §. ideoque. ff. de teſti. quẽ. §. declarat ſingulariter Bal. in l. teſtium. col. 2. C. de teſti. habeat tamen inquiſitor ſemper ante oculos, ne quem non hæreticum iudicet hæreticum, nec eum qui hæreticus eſt liberet, ut in cle. j. §. uerum. de hæret. & in c. cum æterni tribunal. de re iudi. lib. vj.

38 Secundum † principale quod noto. in d. c. ſiquis per capillum, & id ſatis in præmiſsis præſupponitur, ꝙ blaſphemans per caput Dei uel per alia membra etiam inhoneſta peccat mortaliter, quod ſuadetur, quia taliter iurans ſi eſt clericus debet deponi, ſi laycus anathematizari, & tamẽ depoſitio ab ordine Eccleſiaſtico non fit niſi pro criminibus grauibus grauioribus ſeu grauiſsimis, ut late per Anto. de Butrio in c. At ſi clerici. de iudi. in c. cum non ab homine. eod. tit. in c. tuæ. de pœnis. excommunicatio non fertur niſi pro peccato mortali, ut dicit tex. in c. nemo Epiſcoporum. 11. q. 3. glo. in c. ex parte. de uerbo. ſign. & dicit S. Tho. in 4. diſt. 18. ꝙ iudex Eccleſiaſticus excludit per excommunicationẽ a regno quodammodo, & cum non debeat excludere niſi indignos, ut ex diſtinctione clauis patet, & nullus redditur indignus niſi per peccatum mortale charitatem ammiſſerit, quæ eſt uia ducens ad regnum, & ſic manifeſte patet, ꝙ ex quo non debet quis excommunicari, niſi pro mortali, & pro hac blaſphemia quis debet excommunicari, ergo ſequitur ꝙ talis blaſphemans mortaliter peccat, & ideo non eſt tenenda theorica doctorum contrariũ aſſeren-

aſſerentium,quos ſupra allegaui. Nec ut ſibi perſuadent præfati Doctores tex.d.c.ſiquis ꝑ capillũ, facit differentiam inter membra honeſta uel inhoneſta,nec inter ſolitum ſic blaſphemare, uel non ſolitum , ut patet cuilibet intuenti,uerum eſt tamen quòd grauius peccat blaſphemãs per membra inhoneſta quàm per honeſta, & grauius etiam peccat qui conſueuit blaſphemare,quàm qui non conſueuit,ut de hoc latius dixi ſupra in quæſtio.6.

39 Et pro† abſolutione huius totius quæſtionis, Quæro an liceat iurare per ſanctos.ſ. Virginem Mariam,Petrum,Paulũ,& alios.ad hoc dici poteſt ſecundum doctores,ꝙ per creaturas nullatenus licet iurare, ſi habetur reſpectus duntaxat ad ipſam creaturam intendens illam inuocare in teſtimonium,ſeu ad confirmatiouem actus,tunc enim,honorem Deo debitum,impenderet creaturæ,& ſic committeret idolatriam.c. perlatum, & c.uenerabiles.de conſecra.diſt.3.ut dicit Abbas in c.& ſi Chriſtus.col. 3.de iureiuran.& huiuſmodi iuramentum per creaturas reducitur ſecundum Card.de Vio ad blaſphemiam, quia cum aliquis intendit uere iurare,intẽdit teſtimonium infallibile adducere,& dum per creaturam iurat, profitetur creaturam illam eſſe infallibilem teſtem , quod eſt proprium Dei ueri,& per hoc attribuit,quod eſt proprium Dei,alteri.ſ. creaturæ, quòd eſt blaſphemare, & ſic iurare per creaturas eſt peccatum blaſphemiæ,& dicebat Ray.ꝙ qui iurat per creaturam non conceſſam debet acerrime caſtigari,& ſi perſtiterit in uicio,debet excommunicari.

40 Verum eſt† tamen,ꝙ per aliquas creaturas licitum eſt iurare aliquando iure hoc permittente,nam iurare poſſumus per crucem ſanctam , & in manu Epiſcopi.c.qui periurat.22.q.v.item per Euangelium. c. ſi aliqua.22.q.1.item per ordinem.in c.quotiens.j.q.7. item per ſalutẽ principis.l.3.ff.de iureiuran.ſed hoc non uidetur licere in ca.monet te.§. fin. 22.q.1.item per altare & reliquias.c.habemus.22.q.2. item per fidei interpoſitionem.c.ad aures, de eo quod metus cau. prout ſcribit Hoſtien. in d.c.Et ſi Chriſtus,& alij moderniores,item conſuetudo interpretatur, ut iuramentum factum ſuper quolibet libro ualeat, ut dicit glo. in auth. ius iuran. quod præſta. ab ijs. col.2. in uerbo.quatuor,& glo.in cle.j.§. porro.in uerbo.tracta.de hæreticis, & ſiquis iuraret dicens in ueritate dico uobis,ualet hoc dictum tanquàm iuramentum.Alex. in conſi.212.nu. xiij.in vj.

41 Et aduerte† ꝙ quando chriſtiani iurant per creaturas, ut per ſancta Euangelia,aut per ſanctos &c.hoc iuſiurandum pie interpretandum eſt, hoc eſt ſecundum chriſtianum morem , & ſanctum, ut intentio iurantis ſit,Deum in creatura afferre in teſtem , & non ipſam ſecundum ſe creaturam,

turam, Et iuxta hanc diſtinctionem diſcerne diuerſa ſcripta prohibētia, & concedentia iurare per creaturas, nam prohibentia intelliguntur de creaturis ſecundum ſe, concedentia intelliguntur de creaturis ut in eis eſt Deus. Dicebat etiam Epiſcopus Abulen. ſuper Mathe. c. 5. q. 82. quod in iuramento facto per creaturam ipſa creatura poteſt dupliciter conſiderari, uel in ſe & abſolute, & ſic non licet per eam iurare, uel in comparatione ad creatorem, & ſic licet ex iuſta cauſa, & eſt notandum, ꝙ ſiquis iurauerit per creaturam, uel per falſos Deos. ſeu idola, ꝙ tale iuramentum obligat ſecundum Auguſt. ad Publiolam, & S. Tho. in 2.2. q. 1. & ſic iurās ſi non adimplet quod iurauit, uel falſum iurauerit, bis peccat, in ſic iurando, & in peierando, ut in d. c. monet te, vt ibi late ſcribit Cardi. de Turre Crema. in j. arti.

42 Sed †nunc oportune quæreretur de eo qui in crucem domini noſtri Ieſu Chriſti, ſeu in imaginem Virginis Mariæ uel ſanctorum, lapidem proiecerit, an ſit ut blaſphemus puniendus, hanc quæſtionem mouet Ioan. de Ana. in d. c. ſtatuimus. col. 6. uerſi. quæro iuxta prædicta. uide ibi per cũ.

SVMMARIVM.

1 *Libri hæreticales reperti penes aliquem an arguant illum hæreticum.*
2 *Inſtrumenta ſunt probationes probatæ & non probationes ſimplices.*
3 *Doctoris dictum debet lege probari, alias eſt ſomnium.*
4 *Libri hæreticorum abſolute non prohibentur legi.*
5 *Intellectus. l. quicunque. §. fi. C. de hære.*
6 *Libros hæreticorum debent Epiſcopi legere, & illos impugnare.*
7 *Libros reprobatos licet legere homini literato ad impugnandum illos.*
8 *Extrauagans Leonis. x. prohibētis ſcripta lutheri legi, non comprehendit Epiſcopos, Inquiſitores, & doctos ad impugnandum.*
9 *Decretum concilij Conſtantienſis circa libros reprobatos.*
10 *Libros hæreticorum hodie non curant Epiſcopi legere.*
11 *Libri hæreticales in certis caſibus legi non debent.*
12 *Libri hæreticales reperti penes aliquem non faciunt illum hæreticum, contra Archi. & ſequaces.*
13 *Hæreſim perfectam tria faciunt.*
14 *Librorum hæreticorum inuentio penes aliquem facit ſuſpectum de hæreſi, attenta conditione perſonæ.*
15 *Hæreticus non iudicatur ex præſumptione hominis.*
16 *Hæreticus non iudicatur per ſigna æquiuoca.*
17 *Libri hæreticales inuenti penes illorum authorem mortuum probant illum*

illum hæreticum.
18 *Intellectus.c.ſane.uerſi.& ſi forte.24.q.2.*
19 *Origenis hæretici homeliæ quare leguntur in Eccleſia.*
20 *Hæreticus moriens ſine reuocatione hæreſis damnatur.*
21 *Libris reprobatis inuentis penes aliquem, iſte talis debet interrogari de fide.*
22 *Librorum hæreticorum inuentio facit ſuſpectum de hæreſi illum penes quem reperiuntur.*
23 *Falſarius præſumitur qui habet penes ſe inſtrumenta falſa.*
24 *Procuratorium mandatum repertum penes aliquem facit præſumere illum eſſe procuratorem.*
25 *Libris reprobatis penes aliquem inuentis ad hoc ut præſumatur hæreticus conſideranda eſt conditio perſonæ.*
26 *Limitatio ad dictum Bar.in l.dominus horreorum.ff.locati.*
27 *Biblia an debeat permitti conuerti in linguam uulgarem.*
28 *Epiſcopi & alij prælati debent ſcire ſcripturam ſacram ad inſtruendum alios.*
29 *Sacerdotes ſimplices debent habere notitiam canonum pœnitentialium.*
30 *Layci quid debent credere de ijs quæ fidei ſunt.*
31 *Credere articulis fidei implicite quid ſit.*
32 *Layco ſufficit ſcire præcepta Dei, & Eccleſiæ, ſacerdotibus uero curam animarum habentibus aliquid plus.*
33 *Prædicatores arguit, quales eſſe debeant oſtendit.*
34 *Biblia traducta in linguam uulgarem, multi errores ſequuntur.*
35 *Sacræ ſcripturæ profunditatem nullus ſcire poteſt niſi ex reuelatione diuina.*

VIGESIMA OCTAVA QVAESTIO.

1 VIgeſimo octauo † Quæro. An ex eo ſolo, ꝙ penes aliquem reperiuntur libri hæreticales, ſeu reprobatæ lectionis, ſit iſte vt hæreticus cenſendus, & videtur dicendum ꝙ ſit, per id quod not. Roma. in ſingulari ſuo. 326. incipiente. eo ipſo. vbi dicit quòd eo ipſo ꝙ libri hæreſis reperiuntur penes aliquem poteſt ille de hæreſi cõdemnari. ſecundum Archi. in c. ſane, el 2. uerſi. & ſi forte. 24. q. 2. & dicit de hoc eſſe caſum in d. uerſi. & ſi forte, ubi inquit Arch. ꝙ in crimine hæreſeos pro enormitate, & odio delicti ſufficit hoc ad plenam probationem, vt libri reprobatæ lectionis apud aliquem inueniantur, ut ibi habetur, hoc tamen dictum Arch. & Ludo. Roma. puto falſum, tum quia non probatur

probatur in d.c.ſane.in verſi.& ſi forte,tum etiam quia non concluderet neceſſario hæreſim in habente dictos libros. Primum patet, quia dictus verſi.loquitur in eo,qui illos compoſuit,ordinauit, ſeu tradidit, & ideo oportebat ꝙ probaretur nominatim, & expreſſe legeretur Cecilianum fuiſſe authorem illorum librorũ,vel alios fuiſſe authores. ad hoc vt poſt mortem poſſent anathematizari, & conſequenter tanquã hæretici damnari,itaque ille tex.non loquitur de ſimplici poſſeſſore librorum, vt poſſit de hæreſi damnari,ſed de authore penes quem dicti libri reperiuntur, ſeu ordinatore illorum,& pro hoc facit optime glo. ibi in verbo eorundem librorum,inquiens,ꝙ ſi in ſcrinio alicuius inueniētur rationes, vel inſtrumenta per quæ patet eum vſurarium fuiſſe, ꝙ poteſt excommunicari,niſi de vſuris ſatisfecerit,& ſic ſentit. ꝙ ille vſurarius erat, ex quo rationes illæ erant ab eo editæ, & inſtrumenta de eo tanquàm authore illarum vſurarum loquebantur,& hoc expreſſe per inſtrumēta probabatur.

2 Quia†inſtrumenta ſunt probationes probatæ, vt dicit Bal.in l.2.C. quando fiſcus vel priua.& inquit Bal.in l.imperator.col.2.ff. de ſtatu homi.ꝙ inſtrumentum eſt veritas apparens & probatio probata, & nõ probatio ſimplex & ideo non indiget diſceptatione fori.cum alijs,vt ſcribit. d.Iaſon.in l.j.col.v.verſi.circa primam.ff.de operis no.nuncia.

3 Et†ideo cum.l.ſuper qua fundatur dictum Archid.illud non probet, ſequitur ꝙ tali dicto non eſt ſtandum,quia dictum doctoris debet intelligi ſecũdum l.quam.allegat,vt dicit Bar.in l.non ſolum.§.ſi liberationis. col.2.ff.de libera.lega.& ideo cum pro dicto ſuo Arch.non allegat.l.vel decreti deciſionem,non facit obſtaculum,vt dicit Bal. & glo. in l.res publica.C.ex quib.cau.maio.& quod non probatur lege,eſt ſomnium,vt dicit Bal.in l.diuortio.in prin.col.pe.ff.ſolu.matri.

4 Secundo†licet libri reprobati reperiantur penes aliquem, non ſequitur concludenter,ergo ille eſt hæreticus, ſi tamen ille non fuit author illorum librorum, quia lectio librorum reprobatorum non interdicitur abſolute, immo pro tempore & neceſſitate licitum eſt hæreticorum libros legere.c.Epiſcopus.37.diſt.vt illis lectis ſciamus ab illis cauere, & illos reprobare,& impugnare,vnde ait pro neceſſitate, cum.ſ. hæreſis aliqua venit impugnanda,quod nequaquàm fieri poteſt,niſi ipſi libri hæreticorum legãtur,& examinentur vbi errant, & ibi impugnandi ſunt, vicium enim vitari non poteſt niſi præcognitum,niſi enim Auguſtinus.Iſidorus, Hieronymus, & alij hæreticorum impugnatores legiſſent hæreticorũ dicta,non excitaſſent nos eorum errores cauere,nec ipſi & alij ſancti ſcripſiſſent contra hæreticos, niſi eorum dicta perlegiſſent, pro tempore vero dicit,ſi hæreſi vrgente, cum viderit hæreticos multos pullulare contra

tra Eccleſiam & eam moleſtare, ſecundum Vgo. & Archi.

5 Vnde † l. quicunque. §. fin. C. de hæreticis. iubens hæreticorum libros conburi, intelligitur ſecundum Hugu. de libris hæreticorum qui manifeſtam continent falſitatem, & nullam vtilitatem, ſed d. c. Epiſcopus loquitur de hæreticorum libris, qui aliquam veritatem vel vtilitatem continent, vel continere dicuntur. vel qui ſaltem ſunt neceſſarij ad eorum reprobationem.

6 Vel clarius † dici poteſt ſecundum Card. Alex. in d. c. Epiſcopus. ꝙ ſi liber hæreticorum communiter inter bonas & catholicas ſententias continet errores & ſententias per Eccleſias condemnatas, & tunc Epiſcopi & alij prælati, qui Eccleſiam repreſentant, non ſolum poſſunt, ſed debent ꝑlegere dictos libros, vt granum excutiant a paleis, & zizaniam ſeparent a frumento. i. errores damnent. damnatoſque prædicent, & bonas ſententias ſibi retineant, vt ibi, & ſic procedit dictum Ioannis de Fantucis. Sed alijs forſan, præſertim in ſacris literis non expertis hoc non licet, ne labātur ex ignorantia in errores. ſicut & illis regulariter prohibitum eſt de ijs diſputare, vel prædicare. c. cum ex iniuncto. de hæret. & c. quicunque. de hæret. & hoc probatur in d. c. Epiſcopus, a contrario ſenſu, quia hoc permittendo Epiſcopo, cæteri prohiberi videntur ab huiuſmodi librorum lectione. c. nonne. de præſumptio.

7 Putarem † tamen ex mente dicti. c. Epiſcopus, ꝙ ſicut Epiſcopo licet tales libros legere, ex præſumptione iuris, quæ præſumit quod doctus ſit & literatus, quia ſecundum regulam apoſtolicam, oportet Epiſcopum eſſe doctorem i. ad Thimo. 3. ideſt doctum, ſecundum Chriſoſtomum, dicebat enim Hiero. ſuper Malachiā. 2. in verbo. lex veritatis in ore eius, ſacerdos ſi de lege interrogetur, doceat, reſiſtentes conuincat, alioquin ſibi fruſtra iactat dignitatem cuius non exhibet operationem, ita pariter cuilibet docto & catholico ſcienti confutare cauillationes uulpinas hæreticorum, licitum foret legere hos hæreticorum libros, ad effectum conuincendi hæreticos de eorum impietate, quia tales ad id eliguntur, a DEO Paul. ad Ephe. 4. inquit, ipſe. ſ. Chriſtus dedit Eccleſiæ quoſdā Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios autem paſtores & Doctores ad conſumationē ſanctornm in opus miniſterij in ædificationē corporis Chriſti, & ad hæc facit. l. non dubium. C. de legibus, & quæ ibi ſcribūt Bal. & moderniores.

8 Vnde † in extrauaganti Leonis. x. incipien. exurgat Deus. in qua excommunicantur omnes qui tenent, ſeu legunt opera lutheri hæreſiarchæ, cuius dogma hæreticum fere totum inficit orbem, non arbitror comprehēdi Epiſcopos, doctos, & inquiſitores hæreticæ prauitatis, ſeu alios doctores, qui errata lutheri legunt ad eius hęreſes, verbo, uel ſcripto cōfutādas,

hæc

hæc enim interpretatio æqua eſt, & iuri conformis, alias nullus ſcripſiſſet contra illius hæreſiarchæ errores, cum multi lectis & perlectis erroribus contra illos ſcripſerint, uidelicet Reuerendiſsimus Thomas de Vio Gaietanus Sanct. Romanæ Eccleſi. Cardinalis titu. ſancti Sixti, magiſter Silueſter de Prierio ſacri palatij Apoſtolici magiſter, Thomas Radinus Placentinus, Ambroſius Catharinus, Iacobus Hochſtraten. Doctor & inquiſitor. Dominus Ioannes Cocleus Doctor & Decanus Francforden. Dominus Ioannes Echius Doctor iuris. Iacobus Latomus Louanienſis, Ioannes Faber Epiſcopi Conſtantienſis in ſpiritualibus Vicarius, Dominus Ioannes Roffenſis Epiſcopus, academiæ Cantabrigenſis Cancellarius, Iodocus Elic, Toucus neo portuenſis Doctor Theologus, & demum frater Bernardus Intzemburgus Theologus ordinis prædicatorum.

9 Et hoc † confirmatur ex decreto concilij conſtantien. habito ſeſſione octaua, ubi poſt condemnationem articulorum Ioannis Witcleff, inhibetur, nequis legat libros, tractatus, ſeu opuſcula dicti Ioannis, ſub ijs uerbis, diſtrictius inhibendo, ne quis Chriſti nomine inſignitus audeat aliquem ex libris legere, exponere, uel tenere, aut illis quomodolibet uti, uel illos, niſi in ipſorum reprobationem allegare, publice uel occulte &c. & In eodem decreto reprobat & condemnat, aliorum libros, & illorum lectionem, doctrinam, expoſitionem, & allegationem, niſi ad eorum reprobationem, ut habetur in 2. parte conciliorum generalium folio. cxv. cum ſequenti, & ſic ad reprobationem licitum eſt habere, & legere libros hæreticales Epiſcopis ſeu doctoribus catholicis.

10 Hodie † tamen pauci apparent Epiſcopi, & in eis verificatur illud Virgilianum, apparent rari nantes in gurgite uaſto, qui hanc curam legendi libros hæreticorum ad eorum confutationem ſubeant, tum, ne dicam, ob defectum ſcientiæ, tum ob multiplices occupationes, cap. inter cætera. de officio ordina. quibus ut plurimum uoluntarij occupantur in curijs ſummi Pontificis, Imperatoris, & Regum, gregibus proprijs relictis, & forſan derelictis, mercenario ſuo contenti, ad quem nihil pertinet de ouibus, ut dicit paſtorum paſtor in Euangelio. Ioan. x.

11 Si uero † nullas catholicas ſententias continerent libri hæreticales, tunc, ſi non ſubeſſet cauſa neceſſaria propter quam legi debeant libri hæreticales, deberent comburi, ut in dict. §. fina. l. quicunque. C. de hæreticis, & l. matematicos. C. de Epiſcop. audi. & propterea Papa Gregorius, & Innocen. IIII. mandauerunt comburi librum quem Iudæi uo-

cant talmut, in quo multæ hæreſes continentur, & puniri illos, qui do corent illas hæreſes & ſaluarent, ut inquit Ioan. And. in c. quod ſuper iis, colum. 3. de uoto. Idem poſſet dici ſi liber hæreticalis recenter prodiiſſet in lucem, antequam ueuiret in noticiam multorum, quia tunc ne multis innoteſceret eſſet illico comburendus. argument. in cap. reſecandæ. 24. q. 3. ſi tamen cauſa neceſſaria ſubeſſet quare legi deberent libri hæreticales nullas catholicas ſcientias continentes ſiue eſſet ſpecialis, puta ut certus hæreticus qui illos errores dogmatizauit confutaretur, ſiue generalis, ut quia multi pullularent hæretici illis erroribus inuoluti, ut defectus illorum librorum per oſtenſiones & contrarietates illorum, ac fundamentorum, & motiuorum in eis expreſſorum clarius & planius detegantur, ut patet in Alcorano agarenorum, tunc liceret Epiſcopis & doctoribus catholicis legere, non autem aliis in ſacris literis non eruditis nec expertis.

12 Præterea † dictum Archidiaconi, dato quod diceretur eſſe uerum, eſſet tamen dubitabile, quia ad conſtituendum aliquem hæreticum non reperitur iure cautum, quòd ſola librorum reprobatorum inuentio apud aliquem faciat ipſum hæreticum, etiam ſi fuerit author illorum librorum, quia poſſibile eſt quòd author libri errauerit, & non propterea eſſet hæreticus, quia ut inquit Auguſt. in libro contra academicos, errare potero, ſed hæreticus non ero.

13 Nam † ultra dicta per me ſupra. q. 2. ſecundum Alexandrum de Ales, tria faciunt perfectam hæreſim, ſcilicet falſa credulitas, peruerſa uoluntas, & pertinax defenſio, & ſecundum Petrum de Tarantaſia in quarto. hæreſis habet initium in ratione, & complementum in uoluntate, & ſic hæreſis principaliter conſiſtit in corde, id eſt in conſenſu mentis, uel uoluntatis, ſecundum Hylarium. Secundario in ore, unde ſi interrogetur de fide iſte penes quem huiuſmodi libri reperiuntur, & catholice reſpondeat, non eſt hæreticus reputandus, quia non conuincitur concludenti probatione, namque non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe. l. neque natales. C. de probatio. cap. in præſentia. de probatio. hæc enim ſtant ſimul, quod libri hæreticales ſint apud eum, & quòd ipſe non credat hæreſibus in eis contentis, uel quod ipſe errans compoſuit, & tamen non ſit hæreticus, cum non ſit pertinax, ſed paratus corrigi, præſertim ſi eſt error circa apices fidei, & ideo non eſt hæreticus iudicandus. capit. hæc eſt fides. xxiiij. quæſt. prima.

14 Poſſet † tamen ex hac inuentione librorum oriri ſuſpitio hæreſis, attenta qualitate perſonæ, & propterea idem Archi. prudentius in ca.

2. colum. 2. de hæretic. libro ſexto, inquit, illos eſſe ſuſpectos qui libros hæreticorum ſuſcipiūt,& eis purgationem indicendam, niſi eos ſtatim deſtruxerint incendio, uel alio modo, quia tunc credit' Innoxios iudicandos. cap. ſi quis. quinta quæſt. prima. ſicut dicimus de illis qui ſermones hæreticorum audierint, nam ſi ſemel tantum audierint, & nunquam poſtea redire uoluerint, non debent iudicari credentes, non enim uidentur approbare, quod poſtea uitauerunt, ut eſt efficax argumen. cap. conſtat. j. quæſt. j. ſi uero pluries audierint, non carent ſuſpitione maxima, & poſſet illis indici purgatio, iuxta illud, qui uero inuenti fuerint ſola ſuſpitione notabiles. cap. excommunicamus. §. qui autem. de hæretic.

15 Inſuper † non ex alia ratione poſſet dici hæreticus ille ſecundum prædictos doctores penes quem reperiuntur libri hæreticales, niſi quia credere præſumitur erroribus hæreticorum, qui illos libros conſcripſerunt, & ſic præſumptione hominis iudicaretur hæreticus, quod non eſt dicendum, quia in hoc crimine etiam ex uehementi præſumptione nullus condemnatur, ut in c. literas. de præſumptio.

16 Non † enim de facili debet quis credens hæreticus iudicari, quia ſigna huius credulitatis, uel uerba non debent eſſe æquiuoca, ſed certa, quæ ad bonum retorqueri non poſſunt, nec ad aliud niſi ad id quod expreſſe indicant, & tunc pro probationibus ſunt habenda, & hæc indicia ſiue ſigna dicuntur perſpicua. l. dolum. C. de dolo, ut dicit Archid. in dict. cap. ſecundo. colum. ij. Fely. in cap. excommunicamus. j. colum. penult. de hæretic. & dicebat Ocham in ſuo dialogo. prima parte. libro. 7. cap. 3. quod ille dicitur credens hæreticorum errori, qui nullum poteſt habere ſenſum catholicum, & ille eſt hæreticus etiam reputandus, qui pertinaciter defendit hæreticorum errorem, qui nullum poteſt habere ſenſum catholicum. c. qui aliorum. 24. q. 3.

17 Sed in eo † quod ſupra dixi, quod licet penes authorem librorum hæreticorum reperiantur dicti libri, ex eo non debet iſte hęreticus reputari, hoc uidetur formaliter contra text. in dict. cap. ſane. in uerſicu. & ſi forte. prout etiam ſupra in prin. huius. q. dixi, ſic intelligendum. non autem in eo, qui non fuit dictorum librorum author, & ſic ibi tenui, quod huiuſmodi author poteſt ut hæreticus damnari, ſicut fuit damnatus Cecilianus, & alij dictorum librorum authores, & merito, quia non præſumuntur ſcripſiſſe niſi ea quæ crediderunt. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupellecti. legat. cum uerba ſint notæ paſsionum animæ ſecundum Ariſtotelem, ut ibi notatur, & ſcribit Bald. in conſil. ſciſmatis. colum. 7. cap. ijs autem. xxij. quæſt. ij. & in capitulo ſecun-

do requiris. de appellat. & animus iudicis per uerba inſerta demonſtratur vt notat gloſſ. in l. prætor. ff. de iudi. & mens teſtatoris ex ipſius uerbis colligitur. l. non aliter. in principio. ff. de legat. 3. & etiam mens legiſlatoris uerbis colligitur. l. nominis, & rei. §. uerbum. ff. de verborum ſignifica. Quinimmo, vt inquit Caſsiodorus, nullum eſt magis uerum teſtimonium quam qualitas inſpecta uerborum, ut refert Bald. in l. agnoſcendos. C. de inge. manumi. facit cap. humanæ aures. 2. q. v. cum alijs. ſimil.

18 Ad † dictum cap. Sane. reſpondeo, quòd loquitur in authore librorum mortuo, qui eo ipſo quod probatur libros hæreticales edidiſſe, & non fuiſſe proteſtatum, illos ſupponendo correctioni Eccleſiæ, ut hæreticus damnari poteſt. cap. damnamus. in fin. de Summa. Trini. ſic etiam damnatus fuit Origenes, ut in d. c. Sanc. uerſi. item ſi ad tempora, vt dicit glo. in cap. fraternitatis. de hæreti.

19 Et quamuis † aliquæ homeliæ Origenis legantur in Eccleſia, hoc ex eo eſt quia ab Eccleſia fuerunt approbata opuſcula eius, quæ beatus Hieronymus non repudiauit legenda, cætera autem omnia cum authore ſuo ſunt renuenda, vt habetur in cap. ſancta Romana Eccleſia. xv. diſtinct. quia damnato authore damnantur & eius opera, ut in dict. cap. fraternitatis, & propterea rationi & iuri conforme eſſet quòd quando legitur lectio, ſeu homelia Origenis in Eccleſia, deberet ſic legi cum adiectione, lectio ſeu homelia Origenis ſecundum Beatum Hieronymum.

20 Vnde † ex quo non conſtat de errorum reuocatione illius authoris, ipſum in peccato hoc, ſcilicet hæreſis deceſsiſſe conſtat, & pro tali non eſt orandum, nec oblatio facienda, nec ſepultura inter chriſtianos concedenda, capit. Sicut ait Beatus Leo. de hæretici, ut ibi dicit gloſſ. quia conſtat eum deceſsiſſe in peccato mortali, cap. placuit. xxiij. quæſt. quinta. & dicitur conſtare ex quo non conſtat de contritione illius, quia ſi contritus fuiſſet ſecus eſſet. cap. fures & latrones. 13. quæſt. 2. & ſic tanquam deprehenſus in hæreſi, quia ſcripſit contra determinata per ſacram ſcripturam & fidem catholicam, iſte damnatur, quorum quodlibet tenebatur credere, & hæc deprehenſio eſt per facti euidentiam. capitulo. ad abolendam. in gloſſ. in uerbo; deprehenſi. de hæretic. cap. ſuper quibuſdam, de uerborum ſignificat. Hoſtien. in ſumma de hæretic. §. qualiter deprehendantur; & ſic fuit damnatus Origenes tanquam hæreticus, vt habetur in dict. capit. Sane, & in dict. capitulo. Sancta Romana Eccleſia, prout de eius condemnatione late ſcribit. Dominus Petrus Garcia Epiſcopus

Vſſe-

Vſſelen.in libello ſuo contra comitem mirandulanum in.13. concluſione apologetica.

21 Si uero † author librorum hæreticalium uiueret, & penes ipſum ii libri non probatæ lectionis reperirentur, non ſtatim ut hæreticus eſſet damnandus, ſed eſſet prius de fide interrogandus. argument. capitu. cum contumacia. de hæretic. libro ſexto, vt poſſit agnoſci an ſit hæreticus uel errans, aut de hæreſi ſuſpectus, & an uelit ad arbitrium Epiſcopi, uel inquiſitoris ſuſpitionem purgare. capi. ad abolendam. §. qui uero, de hæretic. & demum cum eo diſcutienda erunt quæ cum accuſato, uel inquiſito de hæreſi diſcuti debent.

22 Ex quibus † patet concluſio, ꝙ ſola inuentio librorum hæreticalium penes aliquem uiuum non facit ipſum hæreticum, ſed ſuſpectum de hæreſi, ut dicit Archi. in d.c.2. de hære. lib. 6. pro quo facit quod inquit Barto. in l. fi. ff. de quæſtio, ꝙ ſi res furtiua reperitur penes aliquem, talis inuentio facit indicium ad torturam contra illũ. l. inciuilem, & l. in ciuile. C. de fur. idem dicit Ange. in l. 2. & l. milites, & l. fina. C. de quæſtionibus, & l. ancillæ. C. de furt. ſequitur Angel. de Aretin. in tracta. maleficior. in verbo, fama publica. in 2. carta. uerſicu. quæro an unum indicium.

23 Et ille † qui habet penes ſe inſtrumenta falſa præſumitur falſarius niſi oſtenderit a quo illa habuerit. l. maiorem. C. de falſis, & ibi Bald. notat. quem ſequitur Alex. in conſi. 77. in cauſa accuſationis. col. 2. libr. 1. cap. ad falſariorum. in princip. de crimi. falſi. & ideo dicit glo. ſingularis in l. cum ita. §. ſpecies. ff. de lega. 2. quòd ſi reperitur carceratus mortuus, ꝙ cuſtos carceris debet probare ipſum non eſſe mortuum dolo uel culpa ſua, alias præſumitur contra eum, quam ſequitur Ioan. de Ana. in dict. cap. ad falſariorum. colum. 1. & Alexand. in conſi. 158. incipient. in lite & cauſa uertente. colum. j. libr. 2. & Angel. in dict. uerbo. fama publica. facit. l. fin. ff. de cuſto. reorum. Hinc etiam dicitur, ꝙ ille præſumitur procurator penes quem reperiuntur acta cauſæ. glo. in ca. coram dilectis. de offic. delegat. quam ad hoc allegat Bartol. in l. carbonianum. §. cauſæ. ff. de carbo. edicto. & ſi inſtrumentum nominum debitorum uxoris reperitur penes maritum præſumitur eſſe procurator conſtitutus ab uxore, ut dicit glo. in l. fi. C. de pactis con.

24 Accedit † quòd inquit Bald. in l. ſi qua per calumniam. column. final. C. de Epiſcop. & cleric. in fin. quòd portans procuratorium inſtrumentum & dicens ſe eſſe illum de quo inſtrumentum loquitur, licet ignoratus ſit, ille eſſe præſumitur, & plura circa hæc

ſcribunt Moderni.in l.j.C.de procura.ſequitur Barth.Cepolla. in conſi. xj.incip.Aluyſius de Mapheis.col.2.

25 Sed aduertendum † puto,ꝙ prædicta concluſio deberet limitari,& reſtringi in homine forſan alias infamato de hæreſi, uel malæ uitæ & conditionis, ſicut in ſimili dicimus in re furtiua reperta penes aliquem, ut ſi ſit malæ conditionis & famæ, præſumetur quod ipſe furto ſubtraxerit, ſecus tamen eſt in homine bonæ conditionis uitæ & famæ,qui non eſt ſolitus ſimilia facere,quia licet tales res furtiuæ reperiantur penes eum,nõ erit talis inuentio ſufficiens ad præſumendum ipſum talia bona furto ſubſtraxiſſe,ita notabiliter dicit Bal.& Ioan.de Imo. in l.fin. ff.de hæredi.inſti.facit.l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mili.Saly.in l.fi.C.de quęſti.& Ange. de Areti.in ſuo tracta.maleficiorum.in verbo.veſtem cœleſtem abſtulit,& plura ibi traduntur in apoſtilis,& Alex.in conſi.v.in cauſa inquiſitionis.lib.j.

26 Accedit † ꝙ licet Bart. in l. dominus horreorum.ff. locati, dicat,ꝙ ſi furtum factum eſt in aliqua domo,& illa frangatur, quod uicini habentes notitiam ſunt ſuſpecti,& tales de facili poſſunt torqueri ad inueſtigationem ueritatis,idem dicit Bar.in l.j.col.j.ff.de offi. præfecti.uigi.& in l.j.in fi.ff.fur.aduer.nau.caupo.& ſtabu.Tamen hæc dicta Bart.limitantur habere locum in uicinis malæ conditionis uitæ & famæ qui ſunt conſueti ſimilia facere,ſecus eſt autem in hominibus ſeu uicinis bonæ opinionis uitæ & famæ,quia tales non poſſunt torqueri,ita ſcribit Bal.in lectura antiqua in d.l.dominus horreorum,ſequitur do. Iaſo. in l.in actionibus.col.fi.ff.de in litem iurando,idem dicit Bal.in l.j.col.j. C.de loca., cum alijs ut tradit Hyppo.de Marſi. in conſi.lij. incip. miſericordia domini.Sic in propoſita quæſt.data inuentione librorum hæreticalium penes aliquem, inquirendum eſt de uita illius, conditione, qualitate uitæ, & conuerſatione,an ſit cum catholicis uel hæreticis, ut exinde poſsit iudex conſiderare,quanta ſuſpicio oriatur contra illum,& quæ in fide adhibenda teſtibus conſiderantur hic applicari poſſunt, ut in l.3. ff.de teſtibus, & quæ egregie dicit Bald.in l.teſtium.C.de teſti. facit cap.literas.de. præſumptio. cap. inter. de purgatio.cano.l.de minore.§. plurimum. ff. de quæſtio. & Bartol. in dicta.l. prima. ff. furti aduerſus nau. caupo. & ſtabu.

27 Et quia † ſupra habita fuit mentio de libris reprobatæ lectionis, opportunè quæritur, an Bibliæ latinæ ideſt ſacrarum literarum translatio in linguã uernaculã ſit periculoſa rudi populo,& inutilis,& conſequenter interdicenda, ſi quidem modernorum fantaſmata ſequimur in præfatione ſuper Mathæum, in tomis Diui Hieronymi, & in paracleſi ſiue adhor-

adhortatione ad legendos bonos libros,dicemus ſacras literas in omnes linguas vertendas eſſe,ut idiotæ,& mulierculæ quæ latinum neſciunt,ſacram ſcripturam noſſe poſsint, Sic ꝗ ſcriptura ipſa plenius diuulgetur, & ab omnibus intelligatur. Dico igitur in propoſitio dubio pro eius ab ſolutione tractanda ſunt. Primum ꝗ intelligentia Bibliȩ omnibus neceſſaria non eſt, & conſequenter quòd illius translatio in vulgarem linguã eſt damnoſa,periculoſa,& ſcandaloſa.

28 Quo † ad primum dicendum eſt, non omnes Chriſtianos obligatos eſſe ad ſcientiam iuris diuini,ſcilicet legis,& prophetarum, Euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ, quæ continentur in Biblia, quia ſi de prælatis Eccleſiæ loquimur, Epiſcopis ſcilicet & prælatis maioribus, iſtos dicemus ad hanc ſcientiam obnoxios, cum teneantur omni poſcenti reddere rationem de ea quæ eſt in eis fide & ſpe, ut habetur prima. Petri 3. & ideo ab eis requiritur in promotione, ſcientia noui teſtamenti,ſacrorũ canonum, libri apoſtolici,& omnis diuinæ ſcripturæ, & ſic fundamentũ ſummi ſacerdotij,eſt uera diuinarum ſcripturarum diſciplina, ut eſt tex. in c. omnes pſallentes. 38. diſtin. & dicit ibi tex. ꝗ dictam ſacram ſcripturam debent ſcire Epiſcopi in promptu & ſcrutabiliter,ſcilicet quo ad ſenſum,ut intelligant quæ legunt,debet enim Epiſcopus legem domini prompte debite & firmiter habere in corde ad meditandum,& recte ad regendum ſubditos,& in ore ad illos inſtruendum,quia Malachiȩ. 2. dicitur, labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt de ore eius,quia Angelus domini eſt.

29 Sed † proh dolor, in pluribus uerificatur illud Exechi. 3. Perijt lex a ſacerdote, quia ſacerdotes cotempſerunt legem meam, iuris autem canonici ignorantia quo ad ſacramentorum communium diſputationẽ, & ad canones pœnitentiales, & ad ſanctorum legendas non excuſat a peccato alios ſacerdotes, ſi faciunt contra ſtatuta patrum, & ponit ad literam Diuus Augu. in c. quæ ipſis. 38. diſt. dicens, adeo eſſe neceſſaria a ſacerdotibus ſciri,ꝗ ſi unum ex ibi poſitis defuerit, conuenienter non debent habere nomen ſacerdotis.

30 Layci † uero ſolum tenentur ad noticiam decalogi,& eorum quæ pertinent ad fidem,prout continetur in ſymbolo,ut ſcribit Alex. de Ales in 2. par. ſummæ. q. 129. membro. 8. & propterea dicebat Inno. in rubr. de ſumma Trini. & alij ſcribentes,poſt eum,ꝗ ſecundum diuerſitatem hominum datur menſura credendi & ſciendi,nam layci adulti debent credere unum eſſe Deum, & remuneratorem omnium, & credere articulos fidei implicite, hãc menſurã debent excedere clerici habentes curam animarũm,debent enim ſcire articulos explicite. c. j. & 2. 38. diſt. Epiſcopi

uero debent plus ſcire, ut omni poſcenti reddant rationem, ut in d. cap. omnes pſallentes. Sed clericis inferioribus qui non habent expenſas, ut poſsint intendere ſtudio, & habere magiſtros, ſed proprijs manibus ſibi uictum quærunt, uidetur ſufficere, ut inquit Innoc. ſi credant implicite, ſicut & layci, debent tamen aliquid plus ſcire de ſacramento altaris in quo quotidie uerſantur. Dicit inſuper Inno. ꝙ layci habentes talentum ingenij non peccant ſi non ſubſiſtunt cognitioni fidei, quia ad hoc non uerſatur eorum profeſsio, ſatis enim eſt quòd talentum ingenij non abſcondant in terra.

31 EST † AVTEM credere articulis fidei implicite, quando ſimplices credunt omnia quæ tenet Eccleſia, nec ſciunt fidem explicare, nec defendere, ut dicit Sco. in 3. ſententiarum. diſtin. 25. quæſt. j. circa finem, & aliter declarat Ocham. lib. 3. primæ partis ſui dialogi. ca. j. dicens, ꝙ credere implicite eſt alicui vniuerſali, ex quo multa ſequuntur, firmiter aſſentire, & nulli cõtrario pertinaciter adhærere, & ideo qui firmiter tenet omnia tradita in ſcriptura, & non adhæret ꝑtinaciter alicui aſſertioni contrariæ ueritati ortodoxæ, fidem catholicam inuiolatam tenet & integram, & eſt catholicus cenſendus. & s. Bona. in d. lib. 3. diſtin. 25. inquit, ꝙ credere implicite, eſt credere in generali uniuerſaliter omne qđ credit ſacroſancta mater Eccleſia, ita ꝙ in particulari a nullo illorum diſſentiat, nec aliquem articulorum diſcredat.

32 Et licet † oportunum ſit omnibus non ſolum credere omnes articulos implicite, ſed etiam quoſdam explicite poſt aduentum Chriſti, non tamen eſt neceſſarium omnibus, maxime ſimplicibus credere omnes explicite, ſed illis potius conuenit, qui officium docendi & prædicandi aſſumunt, ſicut ſunt habentes curam animarum, & qui ſunt prædicatores uerbi Dei, & Doctores ſacræ ſcripturę, & quorum conuerſatio uerſatur circa fidei ueritatem. Patet igitur, vulgus, cuius contemplatione, ut dicitur traducitur ſacra ſcriptura in linguam vulgarem, non teneri, nec poſſe totam ſacram ſcripturam noſce, ſed ſufficit ſcire dominicam orationem, ſymbolum fidei, mãdata Dei, præcepta Eccleſiæ, quæ palam in Eccleſijs tradũtur, nec totius ſacræ ſcripturæ cognitio omnibus eſt neceſſaria, hoc enim quaſi impoſsibile eſſet, & impoſsibilium nulla eſt obligatio. l. impoſsibilium. ff. de regu. iur. & teſtante Beato Hieronymo. ſi quis diceret Deum nobis præcepiſſe impoſsibile, anathema ſit, & ad prædicta uide omnino. s. Tho. in 2. 2. q. 2. arti. 6. & 7.

33 Et quia † de prædicatoribus uerbi diuini facta eſt mentio, diſcat qlibet qualem oporteat eſſe eum qui populo Ieſum Euãgelizat, ille ergo, q in Eccleſia Dei ad populum declamat operã det ut ꝑceptis reſpõdeant

opera.

opera. Qui enim fecerit & docuerit, is magnus uocabitur in regno cœlorum. Vis quidem delicta efficaciter arguere, fac in te non inueniant alij quod redarguant, humilitatem doces, ipſe mitis eſto, ad patientiam hortaris, ab iracundia recede, ſtupra deteſtaris, & adulteria, caſtitatem ſerua. iuſtitiam doces, & in uicia inueheris, nihil improbe tu agas, unde laudis quoque humanæ uitanda tibi captatio eſt, non iactandum ingenium, nõ uariarũ rerũ oſtẽtãda cognitio ut in ſuis plectionibus facere conſueuerunt poetarum & oratorum interpretes, ſed, proh dolor, audio plures eſſe, qui nihil horum, qui prædicant agunt, ſuperbi ſunt, uoraces, ambitioſi, iracundi, inuidi, auari, luxurioſi, & ad bonũ alterius pigri, tenta eos, & experimentũ facies, & quando muliercularũ conſortia ſine dedecore inire non ualent, colloquia monacharũ, uiduarũque diuitũ ſibi prætextu pietatis procurant, & ab eis mutuo pecunias ſugellant, quas nunq̃ ſine iudice reddunt, ſed hos de uita, quia in penetralibus ſuis grauiora agunt, ſunt enim pharyſeorum, hypocritarũ ſectatores, contra quos Chriſtus inuehitur Matthæi. 23. loquor tñ de talibus, ſi qui ſunt, ſalua ſemper reuerentia bonorum, uerbum tamen diuinum ſemper bonũ eſt audire qualiſcunque ſit ipſius prædicator iuxta præceptum Domini Mat. c. 23.

34 QVOAD † SECVNDVM. uero, ꝙ tranſlatio Bibliæ in uulgarem linguam ſit damnoſa, periculoſa, ſiue ſcandaloſa idiotis, hoc manifeſte perpenditur, cum enim idiota legerit paſſus ſacræ ſcripturæ in uulgarem linguam traductæ, cuius interpres non habetur uulgaris, prolabetur in errores infinitos, falſum pro uero intelligens, & ſic daretur anſa facilis cadendi in hæreſim, ut patet ex pluribus pauca exempla, dic mihi quomodo populus rudis, ſeu muliercula intelligens de Chriſto, de quo ſcriptum eſt Pſalm. xxj. Deus Deus meus quare me dereliquiſti, longe a ſalute mea uerba delictorum meorum, nunquid intelliget, ꝙ Deus dereliquit eum? abſit, cum ipſe Chriſtus eſſet uerbum Dei Deus, nunquid etiam intelliget Chriſtum fuiſſe peccatorem? abſit, cum peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. 1. Pe. 2. intelligenda eſt ergo illa authoritas. Secundum catholicos expoſitores, ꝙ in ea loquitur Chriſtus ſecundum Auguſt. & magiſtrum in gloſ. dicentes quare me dereliquiſti, id eſt pœnæ, & culpæ expoſuiſti me, cum & Deus eſſet, non enim dereliquerat eũ Deus cum eſſet verbum Dei Deus. Sed pro nobis hoc dicit, qui in eo ſumus vnum vt membra, & ſumus corpus eius, corpus enim Chriſti eſt Eccleſia, pro qua etiam verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & Auguſtinus in eodem loco inquit, Quare dicit dereliquiſti me, niſi quia nos ibi eramus, niſi quia corpus Chriſti eſt Eccleſia. Sequitur longe a ſalute mea uerba delictorum meorum, de quo dictum eſt qui pecca-

tum

tum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, quomodo dicit delictorum meorum, niſi quia & pro delictis noſtris ipſe præcatur, & delicta noſtra ſua delicta fecit, vt iuſtitiam ſuam noſtram iuſticiam faceret. Quid inſuper diceret inepta anus, de illo uerſu, Pſalm. 37. Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum, & in Pſal. 39. Circundederunt me mala quorum non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ & non potui ut uiderem, & illud Pſalm. 40. Domine miſerere mei, ſana animā meā, quia peccaui tibi, quæ authoritates de Chriſto intelligūtur ſecūdum catholicos tractatores, ſine quorum explanatione nullus niſi diuino numine illuſtratus poſſet illas intelligere, ſine diſcrimine erroris uel ſcandali. Si enim hæretici hæbraicas græcas & latinas literas docti, q. potuerunt catholicorum expoſitiones legere ob prauam intelligentiam ſacræ ſcripturæ prolapſi ſunt in plures errores, quanto magis prolabetur rudis populus in infinitos errores, qui ſolū corticem literæ, nō ſenſum ſeu medullam illius animaduertet, & propterea dicebat Diuus Hieronymus in Epiſtola ad Galatas, & habetur in c. Marcion. j. q. j. non putemus in verbis ſcripturarum Euangeliū eſſe, Sed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis, Intentio enim uerbis præfertur. c. humanæ aures. 22. q. 2. l. ſcire leges. ff. de legib. In hoc uerificari poteſt, quod inquit Paulus. 2. ad Corinthi. 3. litera enim occidit ſpiritus autem viuificat, & communis intelligentia ad id inducitur, nam per literam uetus teſtamentum, per ſpiritum nouum intelligitur, quia iudæi ſolum ad corticem literæ reſpiciunt, non autem ad id quod per literam importatur. Inde inhærentes cortici literæ, non ſenſui iudayzare dicuntur, & non eſt dubium in legem eum committere qui uerba legis amplexus contra legis nititur uoluntatem. l. non dubium. cum gl. in uerbo. amplexus. C. de legib. & Bal. in l. quicunque. colu. 3. C. de ſer. fugi. merito ergo litera ipſa ſic intellecta abſque ueræ intelligentiæ ſpiritu legētes adducet in errores, prout teſtimonio diui Hieronymi cōprobari poteſt, qui ad Galatas inquit. non opera carnis diuinorum uoluminum hyſtoria continet, non ualde eos iuuans, qui ſic eam intelligunt ut ſcripta eſt, nam eodem Hieronymo atteſtante ſuper Marcum cap. tertio. conſuetudo eſt diuinæ ſcripturæ allegorice loqui, & cum aliud dicat, aliud uelit intelligi. Quomodo ergo populus ſenſus myſticos intelliget, qui uix uerba ipſa capere poteſt, ſi enim ſic eſſet, ut occulta ex ſolis uerbis caperentur, ad quid membranas tot occupant interpretationes catholicorum doctorum, & gloſemmata. Et ad quid ultra dicet lector idiota, cum apud Marcum legerit Chriſtum hora tertia crucifixum. & in Luca hora ſexta, nōne dicet Euangeliſtas ad inuicem aduerſos, neſciet enim concordantias ad

id & ad alia plura ſimilia prima fronte contraria,quæ dantur ab Auguſt.
& ab aliis authoribus catholicis, iudæi enim crucifixerũt lingua hora ter
tia,milites uero manibus hora ſexta.cap.periculoſe.de pœn.diſt.j.Quid
inſuper,cum in ſacra ſcriptura attribuantur Deo membra humana, non
ne cenſebit Deum humana membra habere,uti fuerunt nonnulli hæreti-
ci uocati Antropomorphitæ.pro eo,ꝙ ignorantia ruſtica Deum habere
humana membra,quæ in diuinis libris ſcripta ſunt,arbitrantur. Antropos
enim græce,latine homo interpretatur, ignorantes uocem domini, qui
ait ſpiritus eſt Deus,incorporeus eſt enim, nec enim membris diſtingui-
tur,nec corporis mole cenſetur,ut in cap.quidam autem.§.Antropomor
phitæ.24.q.3.Quid demũ dicent Neophiti de iudayſmo ad chiſtianitatẽ
conuerſi, cum Bibliam ipſam uernaculo ſermone traductam lectitaue-
rint,ubi de paſchatis iudęorum inſtitutione & celebritate, de feſtorum,
Sabbatorum,ieiuniorumque ſolemnitate,ac aliarum cerimoniarum ob-
ſeruantia late pertractatur,quæ cum uiderit ea a Deo inſtituta,per Moy-
ſem promulgata,nõne ea dicent durare,cum in ſignum fœderis perpetui
putauerint edicta,& cum ipſi dum eſſent in iudayſmo ea imbiberint,nũc
tenatius obſeruabunt. Et utinam ij ſoli in hac cecitate permanerent, nec
alios ad hæc traherent qui neſciunt quomodo, & quãdo illa ceſſauerint,
& quòd omnia patribus illis in figuris contingebant,adeo, ꝙ eorum ob-
ſeruatio,quæ tunc Chriſtum uenturum ſignificabat,& erat tunc neceſſa-
rio tenenda,nunc eſt peſtifera, & illa obſeruantes in hæreſim damnatam
incidunt,& contra eos tanquam contra hæreticos eſt procedendum.cap.
contra chriſtianos.de hære.lib.6. Denique concludendum eſt periculo-
ſam damnoſamque eſſe Bibliæ in uulgarem ſermonem trãſlationem per
prædicta & alia quæ a pluribus ſcripta ſunt in quendam qui in ſuis operi-
bus contrarium cenſuit.

35 Acceditq; ad prædicta,ꝙ tanta eſt dignitas & ſublimitas ſacræ ſcriptu-
ræ,ꝙ non niſi per reuelationem diuinam intellectus uerus nonnullorum
in ea contentorum haberi põteſt,immò intelligens ſacram ſcripturã ali-
ter quàm Spiritus Sanctus flagitat,a,quo ſcripta eſt, licet ab Eccleſia non
receſſerit,hæreticus tamẽ appellari poteſt.c.hæreſis.22.q.3.legitur enim
actuum.7.cap.quòd dicit Philippus Eunucho legenti Eſaiam prophetã,
putas ne intelligis quæ legis,qui ait,quomodo poſſum,ſi non aliquis oſtẽ
derit mihi,quaſi diceret,nullo modo,ex quibus uerbis habetur, ꝙ ex uer-
bis ſcripturæ, quæ legerat Eunuchus non poteſt aliquis primum intelle-
ctum ipſorum colligere,niſi ab alio doceatur, ergo ratione ſimili aliorũ
q̃ ſunt æq;,uel magis obſcura, non poteſt primus intellectus haberi, niſi
reuelatis appareat,& ideo Pſalm.117.præcabatur Deum dicẽs. da mihi
intel-

intellectum & ſcrutabor legem tuam, plura enim ſunt in lege ueteri, quorum nulla ratio poteſt per hominem ad literam asſignari, quare præcepit illa Deus filijs Iſrael, ſicut illud eſt, non arabis in boue & aſino, Item non indues ueſtem lana linoque contextam, Item alibi, non ſeres agrũ diuerſo ſemine, ut habetur in gloſ. cap. ſed penſandum. 6. diſtin. & per conſequens primus intellectus talium contentorum in lege abſque reuelatione haberi non poteſt, ſunt enim in ſacra ſcriptura latẽtia myſteria, & ſenſus abſconditi, & ſignanter de libro leuitico ſcribitur, ꝙ ſingula ſacrificia immo ſingulæ penè ſyllabæ, & ueſtes Aaron, & totus ordo leuiticus inſpirant cœleſtia ſacramenta, & de Apocalipſi Ioannis dicitur, ꝙ tot habet ſacramenta, quot uerba. Quis inquàm poſſet enarrare altitudinem & profunditatem prophetarum, ut beatus Hieronymus inquit de propheta Amos in prologo Bibliæ. c. 7. ibi, quis enim digne exprimat tria & quatuor ſcelera Damaſci. Et ideo merito idem Hieronymus in eodem prologo. c. 6. deplorabat calamitatem ſuorum temporum, in quibus licet ſine præuio monſtrante ſemitam in ſcripturis ſanctis quiſquàm ingredi non posſit, ſicut æque de alijs etiam artibus mechanicis eſt cenſendum, nihilominus tamen ſola ſcripturarum ars eſt, quam ſibi omnes pasſim uendicant, ut dici posſit, ſcribimus indocti doctique poemata pasſim, hanc garula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta uerboſus, hanc uniuerſi præſumunt, lacerant, docent anteq̃ diſcant, quod confirmatur authoritate Diui Gregorij ſuper Ezechielem homelia. xv. inquientis. ſcriptura ſacra tota quidem propter nos ſcripta eſt, ſed non tota intelligitur a uobis. Quomodo ergo idiota legens Bibliam in uulgarem ſermonem traductam poterit intelligere myſteria & ſacramenta in uerbis occulta, & latentia ſine inſtructore, & utinam ſola ignorantia eſſet contentus, ut non incideret in errores penè infinitos, qui faciliter profluere poſſunt ex cortice uerborum, ut ſupra tactum eſt. Quid inquam dicturus eſt idiota cũ cantica canticorum Salomonis perlegerit, ubi ſuperficies uerborum uidetur continere amorem carnalem, laſciuum, & inhoneſtum, nonne erronee dicet cantilenas illas eſſe editas ab amatore uoluptuoſo ad mulierẽ amatam, hoc quidem indubie arbitrabitur, ex quo ſine diuina reuelatione, & abſque catholicis doctoribus temerarie aggreditur illa legenda. Et propterea ad propulſandum hoc ſcandalum dicunt aliqui edicto iudæorum olim cautum fuiſſe ne quis plebeius & popularis præſumeret legere canticum canticorum Salomonis, nec tria prima capitula geneſeos, nec primum capitulum Ezechielis prophetæ, nec totam illam partem a 44. capitulo uſque ad finem eiuſdem libri, eo ꝙ in ijs quatuor partibus continentur myſteria & ſecreta profundisſima & ineffabilia, ideo ſolis peritiſ-

peritiſsimis magiſtris conceditur huius ſtudium & lectio, horum teſtis eſt Hieronymus in præfatione quatuor homeliarum, quas edidit ſuper cãtica, & ideo arbitror optima ratione a generalibus inquiſitoribus Hyſpaniæ ſancitum eſſe, nequis Bibliam uulgaris ſermonis habeat legatue, cum experimento compertum ſit hinc multa ſcandala & pericula animarum eſſe ſuborta.

SVMMARIVM.

1 *An ad hoc ut aliquis ſit cenſendus hæreticus neceſſario requiratur pertinacia.*
2 *Pertinacia requiritur ad conſtituendum quem hæreticum.*
3 *Intellectus.c.dicit Apoſtolus.24.q.3.*
4 *Plura ad intellectum dicti.c.dicit Apoſtolus.*
5 *Dictio, maxime, & , præſertim, idem important, & in eis non procedit argumentum a contrario ſenſu.*
6 *Veritatem quærens & ſequens doctrinam patris ſui habet aliquam excuſationem ab hæreſi.*
7 *Pertinacia requiritur ad conſtituendum aliquem hæreticum.*
8 *Pertinax hæreticus dicitur qui prædicat fidem noſtram eſſe falſam.*
9 *Contumax & pertinax æquiparantur in iure, & de uno ad alterum licita eſt argumentatio.*
10 *Equiparatis duobus in iure, ſtatutum in uno habet locum in altero.*
11 *Hæreticus pertinax eſt qui dicit ſe nolle deſiſtere ab errore.*
12 *Contumax manifeſtus eſt qui dicit ſe nolle uenire.*
13 *Proteſtans quòd non intendit dicere contra fidem excuſatur a fide.*
14 *Proteſtatio quam faciunt prædicantes quòd non intendunt aliquid dicere contra fidem eſt multum a iudicibus attendenda.*
15 *Prædicans ſeu aliquid dicens contra fidem catholicam ſine proteſtatione eſt hæreticus tenendus.*
16 *Ignorantia aſinina eſt ignorare quæ in Eccleſia quotidie ennunciantur.*
17 *Ignorantia periti in arte non excuſat eum ſi in ea delinquit.*
18 *Prædicans ſeu dicens aliquam propoſitionem contra fidem ſine proteſtatione quomodo poteſt excuſari.*
19 *Dubia facta uel uerba in melius ſunt interpretanda.*
20 *Profitentes errorem hæreticorum ſunt hæretici manifeſti.*
21 *Profeſſio multis modis capitur in iure.*
22 *Profeſſio capitur pro ſecta ſeu diſciplina.*
23 *Intellectus.c.ſuper quibuſdam.§.j.de uerb.ſig.*

Verba

24 *Verba cui non conueniunt nec legis diſpoſitio conuenit.*
25 *Hæretici ſunt manifeſti, defenſores errorum hæreticorum.*
26 *Hæreticus manifeſtus eſt qui coram ſuo prælato conuictus eſt de hæreſi.*
27 *Notorium & euidens quid ſit.*
28 *Confeſsio iudicialis poteſt reuocari uſque ad ſententiam.*
29 *Pertinacia hæretici confeſsi quomodo probetur.*
30 *Pertinacia an probetur ex uerbis uel factis hæreticalibus.*
31 *Hæretici condemnati a ſuis prælatis pertinaces cenſentur.*
32 *Sententia iudicis præſumitur iuſta niſi ſit interpoſita appellatio.*
33 *Solutio ad.c. ſuper quibuſdam. de uer. ſigni.*
34 *Intellectus ad.c. Ait Cæleſtinus. 24.q.1.*
35 *Intellectu.c. Hæc eſt fides. 24.q.1.*
36 *Lex licet non diſtinguat, ex aliqua alia.l. uel canone diſtinguere poſſumus,*
37 *Intelligere ſacram ſcripturam aliter quam Spiritus Sanctus docuit quomodo intelligitur.*
38 *Hæreticus etiam occultus ab eccleſia ſeparatus eſt.*
39 *Intellectus.c.j. de hære.*
40 *Hæreticus eſt ſiue ſit inuentor hæreſis ſiue ſectator.*
41 *Hæreticus iudicandus eſt qui palam tenet hæreſim, licet in occulto ſit fidelis.*
42 *Hæretici uolunt habere ſequaces, & uolunt haberi ſingulares.*
43 *Hæretici frequenter fiunt cauſa aſſequendi principatum.*

VIGESIMA NONA QVAESTIO.

1 VIgeſimo nono† Quæro, An ad hoc ut aliquis ſit cenſendus hæreticus neceſſario requiratur in illo pertinacia, ut eſt dictum ſupra.q.2.& prima facie uidẽtur multa iura non requirere in hæretico pertinaciam, immo ſine ea, cenſent aliquem eſſe hæreticum. ut probatur in c. ſuper quibuſdam. §. j. de uerbo. ſign. ubi dicit illos intelligendos eſſe manifeſtos hęreticos, qui contra fidem catholicam publice prædicant. aut profitentur, ſeu defendunt eorum errorem, uel qui coram prælatis ſuis conuicti ſunt, uel confeſsi, uel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica prauitate, in quibus uerbis nulla ſit mẽtio de pertinacia, ſi ſingulas partes alternatiuę ſeu diſiunctiue orationis prædictæ perſpexerit, quinimmo ex illo tex. euidenter colligitur, ꝙ quicunque publice prædicat contra catholicam fidem, licet non pertinaciter erret, eſt dicendus hæreticus, quod probatur in c. Ait cœleſtinus. 24.q.1. ubi Neſtorius & eius ſequaces ex quo contra fidem catholicam prædicare cæperunt

runt

runt excommunicandi & alios deponendi amiſerunt poteſtatem, & ſic hæretici iudicantur,& tñ ibi non attenditur nec mentio fit de aliqua pertinacia in prædicantibus contra catholicam fidem. Accedit ad hoc text.in c.Hæc eſt fides.24.q.1.ubi diuus Hieronymus Papam alloquens inquit. Si autem hæc noſtra confeſsio apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me inculpare uoluerit ſe imperitum aut maliuolum uel etiã non catholicum,ſed hæreticum comprobabit,ubi etiam nõ fit mentio de pertinacia ad iudicandum aliquem hæreticum,& pro hoc facit tex.in cap.j. 24.q.1.ubi dicitur, ꝙ omnis incidens in hæreſim damnatam eius damnationis ſe participem facit,& ſic ibi ad conſtituendum hæreticum ſufficit ꝙ in damnatam hæreſim incidat,non facta differentia ſiue pertinaciter ſiue non pertinaciter inciderit,& idem habetur in c.maiores. xxiiij.q.j. ꝙ quiſquis erroris. i. hæreſis communicator exiſteret principali ſententia damnationis eius eſſet obſtrictus,& idem deciditur in c.Acatius. ea.cau. & q.quod corroboratur in c.hæreſis.24.q.3.ubi dicitur, ꝙ quicunque aliter ſcripturam intelligit, quam ſenſus Spiritus Sancti flagitat a quo ſcripta eſt,licet ab Eccleſia non receſſerit,tamen hæreticus appellari poteſt, ubi de pertinacia nulla habetur mẽtio.Accedit.c.j.de hæret.dicens, quòd dubius in fide infidelis eſt,& ſic dubitans de fide etiam non pertinaciter, hereticus eſt,quia in dubitante non requirit pertinaciam.c.aperte.24.q. 1.& dicit tex.in c.audiuimus.§.ſi autem,ea.cauſa,& q. quòd ſiquis ex corde ſuo nouam hæreſim cõfinxerit,ex quo talia prædicare cœperit,non poteſt deijcere quemꝙ̃ iam proſtratus.ſ.per hæreſim,ut dicit ibi glo.& ſic iſte prædicans,licet non pertinax, hæreticus cenſetur. Pro ijs facit hæc ratiocinatio,fides quæ non eſt firma,non eſt uera fides, hinc dicitur in c. firmiter credimus. de Summa Trin.quòd omnis catholicus firmiter credere debet,& etiã in ſymbolo Athanaſij continetur,hæc eſt fides catholica,quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit ſaluus eſſe non poterit.fides ergo debet eſſe firma,ſed dubitans in fide, q̃uis non pertinaciter,non habet fidẽ firmã,ſed infirmã teſte Bernardo, qui libro quinto ad Eugenium Papam ait,fides ſi habet hæſitationem infirma eſt,ergo dubitans de fide nõ habet veram fidem,& cõſequẽter non catholicus ſed hæreticus eſt cẽſendus.Item ad eſſe hæreſis nõ requiritur pertinacia, ſed tãtum ꝙ ſit dogma peruerſum. c.inter hæreſim. 24. q. 3. ergo nec ad eſſe hæreticum requiritur pertinacia, ſed tãtum aſſenſus erroris ſeu falſæ doctrinæ.inſuper in c.hæreticus.ea.cauſa.& q.diſtinitur hereticus,& ibi nulla fit mẽtio de pertinacia,ergo uel diſtinitio illa eſt defectuoſa,uel pertinacia nõ requiritur ad eſſe hæreticum. Vltimo hæreticus dicitur multis modis,ut tangitur in gl.in c.inter hæreſim.ea.cau.& q. utpote dubius

in fide, ſimoniacus, excommunicatus, ut late dixi in rubri. de hæreti. lib. 6. q. 13. & in ijs non requiritur pertinacia. per quæ ſingula uidetur dicendum quem poſſe iudicari hæreticum quàmuis non reperiatur in eo pertinacia.

2 SED † IIS NON obſtantibus puto contrarium eſſe uerius, hoc eſt neceſſariam eſſe pertinaciam ad cenſendum quem eſſe hæreticũ, prout dixi ſupra in 2. & 3. q. & hoc magis cõfirmatur per tex. in c. dicit Apoſtolus. 24. q. 3. ubi dicitur, qui ſententiam ſuam quis falſam, atque peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt (præſertim, quam non audacia ſuæ præſumptionis pepererint, ſed a ſeductis atque in errorẽ lapſis parentibus acceperint, quęrunt autem cauta ſollicitudine ueritatem, corrigi parati cum inuenerint) nequaq̃ ſunt inter hæreticos deputandi, ubi efficaciter probatur, ꝙ quis non eſt cenſendus hæreticus ſi non defendit errorem ſuum pertinaciter, & ſic ad conſtitutionem hæretici pertinacia requiritur, a contrario ſenſu, quod eſt ualidum. l. conuenticulam. C. de Epiſco. & cle. cum alijs.

3 Nec † mihi placet ſi diceretur ꝙ ad hoc ut tenens falſam ſententiã contra fidem non ſit iudicandus hæreticus, quatuor requiruntur iuxta illum tex. Primum, ꝙ nulla pertinaci animoſitate illam erroneam ſententiam defendat. Secundum, ꝙ talem ſententiam non audacia ſuæ præſumptionis inuenerit, ſed a ſeductis parentibus, & in errorem lapſis acceperit. Tertiũ, ꝙ quærat cauta ſollicitudine ueritatem. Quartum, ꝙ paratus ſit corrigi cum inuenerit, quicunque ergo haberet hæc quatuor requiſitã ſecundum hoc non eſſet iudicandus hæreticus, Sin autem unum iſtorum deficeret, eſſet hæreticus cenſendus.

4 Quia † cum ad conſtitutionem unius, plura requiruntur, uno deficiẽte non conſtituitur, ſicut domus conficitur ex tecto & duobus parietibus, uno pariete uel tecto deficiente non eſt domus. l. ſolum. ff. de rei. uendi. & l. eum qui edes. ff. de uſucapio. facit. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſti. Ad hoc dico, ꝙ hæc quatuor collecta ex. d. c. dicit Apoſtolus. non ſunt neceſſaria copulatiue ad excuſandum aliquem ab hæreſi, quia ſicut ad conſtitutionem hæretici, ſufficit ꝙ errans ſit pertinax uere uel præſumptiue, uere dico, quia defendit errorem ſuum, præſumptiue quia a canone præſumitur pertinax, ut late dixi ſupra in 2. q. ita ad excuſationem errantis ſufficit ceſſare in eo pertinaciam, quàmuis alia de quibus in d. cap. dicit apoſtolus non concurrant, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l. j. §. uideamus. ff. de ijs qui ſui iur. ſunt uel alie. Secundum patet, quia ad excuſationem hæretici non ſufficit, ſiue hæreſim ab alio didicerit, ſiue ex corde ſuo nouam hæreſim confinxerit, tex. eſt in c. j. iũcto. c. audiuimus. §. ſin autem.

tem.24.q.j.nam,ut ibi dicit tex.omnis hæreticus aut iam damnatam hæreſim ſequitur aut nouam confingit, & in ijs quæ fidei ſunt non multum diſtat in uicio, uel decipere poſſe uel decipi chriſtianum,ut eſt tex.iuncta glo.in c.ſi cupis.xvj.q.j.maxime quando erraret in ijs quæ ſunt de iure naturali,vt dicit Cardi.in clem.j.§.porro.de Summa. Trinitate.uel in ijs quorum eſt publica prædicatio in loco,quia quæ publice dicuntur,& ab omnibus ſciuntur ignorare non licet.c.in tua.qui matri. accuſa.Abbas in c. j.col.3. de poſtul. præla.Bar. in l.ſi tutor petitus. C.de peri.tuto.cle.unica.§.fi.de conceſſio.præben.& non excuſatur receptans bannitum propter ignorantiam,quando erat notorium in ciuitate ꝙ erat bannitus.ſecundum Bart. in l omnes.C.de agri.& cenſi.lib. xj.cum alijs, ut tradunt moderni.in l.Ticius.§.Lucius.ff.de liberi.& poſthu. late per dominos de rota.in deciſi.444.extra rotam petebatur.Tertium etiam patet, quia quando quis eſt errans in ijs quæ fidei ſunt, quamuis non quærat cauta ſollicitudine ueritatem,nihilominus cum eidem ueritas oſtenditur ſi ipſe non eſt ptinax in defendendo errorem, ſed eſt paratus corrigi,non eſt iudicandus hæreticus.c.Hæc eſt fides,in glo.24. q.j.tex.eſt in cap.qui in Eccleſia. 24.q 3.& ſic patet ꝙ ad excuſationem hæretici ſufficit,ꝙ non ſit pertinax,quamuis errorem habuerit a ſe uel ab alijs,& non quærat cauta ſollicitudine ueritatem, ſed ſufficit ꝙ ſit ſemper paratus corrigi, ſi id quod ſentit falſum ſibi oſtenderetur eſſe contra fidem, aut contra determinationem Eccleſiæ ſanctæ, ut ex præmiſsis clare deducitur.Non obſtat.d.c.dicit apoſtolus. in uerbo.præſertim,quia mens conditoris eſt dicere nõ eſſe hæreticum eum qui non eſt pertinax & eſt paratus corrigi,ſiue ab alijs doctus fuerit illam hæreſim,ſiue a ſeipſo illã confixerit, & ſiue cauta ſollicitudine ueritatem quæſiuerit, ſiue non,uerum eſt tamen ꝙ multo maior ratio militat vt non ſit iudicandus hæreticus, qui abſque eo quòd non eſt pertinax & eſt paratus corrigi fuit doctus illam hæreſim a parentibus lapſis, & etiam quia curat cauta ſollicitudine veritatem.

5 Et hoc † probatur per illam dictionem,præſertim,cuius natura eſt,vt dicat idem in caſu contrario,ſed maiorem rationem in expreſſo,vt de dictione,maxime,idem importante dicit glo.in l.illud.ff.ad l.Aqui.Abbas in capitulo.firmiter.§.una.col.fi.de Summa Trin.& fide cath.& in c. ad abolendam.de filiis præsbyte.& tali caſu non põt ſummi arg.a contrario ſenſu.ut de dictione, etiam, ſcribit Iacob.Butri. in l. conuenticulam.C.de epiſcop.& cleri.ut tradit do. Iaſ. in l.j. in prin.col.vj.ff.de of. eius cui mandata eſt iuriſdi.&,præſertim,exponitur.i.maxime,ut dicit Archi.in c.cũ cõtumacia.de hære.lib.6.& in c.dudum.de præben.lib.6.

Aa ſcribit

ſcribit Alberi.de Roſate in ſuo dictionario, in verbo, præſertim, & Bart. Brixien. in ſuo repertorio. in verbo, præſertim.

6 Et hæc † cauta ſollicitudo inquirendi ueritatem erroris in quo erat ille, & dogmatizatio parentum ad hoc poſſent prodeſſe, vt minor ſuſpicio hæreſis contra illum inſurgat, & ſi in aliquo eſſet culpabilis mitius cum eo agatur; ut eſt de mente. d. c. dicit apoſtolus. ponderando, ut dixi, illam dictionem, præſertim, facit, quia patris veſtigia filius imitatur. ca. dominus noſter. lvj. diſt. nec poteſt filius facere niſi quod viderit patrem faciētem. c. ſaluator. in fin. de conſe. diſt. ultima. & ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri. gloſſ. in l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſta. & diſcipulus magiſtrum ſæpe ſequitur. c. cum beatiſsimus. 24. q. j. Spe. tradit in prohemio ſui operis. §. cæterum, & quærens conſilium petitioris excuſatur in ſindicatu. Saly. in l. fi. C. de pœna. iudi. qui male. iudi. & habens conſilium vnius excellentis doctoris excuſatur ab expenſis, ut ſcribit Ioan. And. in c. j. de cōſti. libr. 6. Abbas in c. calumniam. de pœnis. cum alijs, ut tradit Dec. in l. iuris ignorantia. C. qui. admi. Et ſic quærens ueritatem ab alijs & ſequēs doctrinam ſui patris aliquam recipit in geſtis ſuis excuſationem, & ita eſt dicendum in d. ca. dicit apoſtolus.

7 REDEVNDO † IGITVR ad propoſitum, ꝙ pertinacia requiratur ad conſtituendum quem hæreticum, hoc probatur authoritate diui Auguſtini in c. qui in Eccleſia. 24. q. 3. vbi inquit. ꝙ in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumque quid ſapiunt, ſi correcti ut ſanum rectūque ſapiant reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt. Ex quibus verbis perſpicue colligitur omnes qui in Eccleſia Chriſti morbidum prauumque quid ſapiunt, non eſſe ſtatim hæreticos iudicandos, ſed qui pertinaces ſunt in prauis ſuis dogmatibus, itaque ſiue correcti reſiſtant, ſiue emendare nolint, ſiue etiam defenſare perſiſtunt, illud quod prauum in Eccleſia ſentiunt, hæretici iudicantur. Et hic poſſunt colligi tres modi cognoſcendi pertinaciam alicuius in Eccleſia Dei aliquid male ſentientis. Facit ad prædicta, quia errantes qui quærūt a catholicis ueritatē non ſunt repellendi. c. ſciſma. 24. q. j. & qui quærunt ueritatem non ſunt pertinaces, ergo a contrario ſenſu apparet, ꝙ pertinacia requiritur ad iudicandum quem hæreticum. paratus enim corrigi non eſt iudicandus hęreticus, ut dicit apoſtolus, quod probatur in cap. damnamus. in fin. de Summa Trini. vbi licet Abbas Ioachin erraſſet in fide, ex quo erat paratus corrigi non fuit damnatus hæreticus. Præterea hæreſis dicitur ab electione, quia unuſquiſque eligit eam diſciplinam quam putat meliorem. cap. hæreſis. xxiiij. quæſt. 3. ſed electio firmam importat adheſionem,

heſionem, quia quod ex electione fit quaſi ex habitu firmato precedit, ergo ad eſſe hæreticum requiritur ꝙ firmiter adhæreat errori ſuo, & ſic quod ſit pertinax. quotupliciter autem pertinacia capiatur, explica ut dixi ſupra in q. 3.

AD EA VERO QVAE in contrarium adducta ſunt reſpondendum eſt. Et primo ad.c.ſuper quibuſdam. §. j. diſtinguendo de illo qui publice prædicat contra fidem, an ſit cenſendus hæreticus pertinax. Deinde diſcurremus per ſingula uerba dicti.§.

8 Aut † enim quis prædicat forſan contra fidem catholicam, dicens illam eſſe falſam, dubiam, uanam, & inſanam, talis indubitanter eſt hæreticus manifeſtus, nam talis ſine manifeſta pertinacia inueniri non poteſt, quia non eſt paratus corrigi per fidem chriſtianam, ſi non reputat eam ueram, certam, & ſanam, & ſic manifeſtus hæreticus, & pertinax eſt cenſendus, vt in d. §. ubi nota ꝙ circa hanc materiam iura æquiparant hæc duo aduerbia, contumaciter & pertinaciter, vt probatur in d. c. qui in Eccleſia. in uerbo, contumaciter, & iuncto.d.c. dicit apoſtolus. in uerbo, pertinacia, cle. 1.§. ſanè. in uerbo, pertinaciter, de uſuris, ubi etiam probatur ꝙ pertinacia requiritur ad iudicandum quem hæreticum. in extrauaganti. inter nonnullos. de verb.ſig. in princ. facit.ca. cum contumacia. de hæreti.lib.6.

9 Et ideo † de contumace ad pertinacem licita erit argumentatio tanquam a pari. ſeu a ratione idemptitatis, unde dicitur, ubi eadem ratio idem ius.l.non poſſunt.ff.de legib.l.ſi Ticio.§.fi.ff.de acqui.poſſ. c.multi.in fi. 2.q.1.

10 Et quando † duo æquiparantur a lege, ſtatutum in uno ex æquiparatis cenſetur ſtatutum in altero, ut eſt glo. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit, & ibi Bart. & alii notant. C.de ſer.fugi.gloſſ. expreſſior in l. quod uero contra. ff. de legib. ſcribunt late moderni. in l. 1.ff.de lega.1.D.Iaſo. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſ. Eccleſ.l.fi.C.de inoffi.teſta. Alex. de Imol. in l. ſi poſtulante. ff. ad Trebelli. & l. centurio. colum. 2.ff.de vulga. & pupillari ſubſtitutione. in lege. Gallus. §. quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthum. colum. 4.

11 Pro † tanto dico, quod ſi contingat aliquem prædicare contra fidẽ aliquem errorem, qui fidei obuiat chriſtianæ, proteſtando ꝙ nunquam ab aſſertione ſua deſiſſet, talis quidem pertinax eſt, & non paratus corrigi, & ideo eſt cenſendus hæreticus, & in hoc etiam caſu intelligitur. d. §. 1.d.c. ſuper quibuſdam.

12 Nam † ſicut ille dicitur manifeſtus contumax patenter, & exiſtenter, qui dixit ſe nolle uenire, ut in c. uenerabilibus. §. ſecus autem. de ſenten.

exco.lib.6. Bar.in l. Diuus.ff.de in integ.reſti.& Bal.in l.fi.cod.tit.gl.& ibi Cardi.in 6.q.de dolo.& contu.cum alijs,ut ſcribit Fely.in ca. quo ad conſultationem.col 12.de re iudi.Bal.in conſi.338.ad euidentiam. libr. 1.dominus Iaſ.in l. qui Romæ.in princ.col.2.ff.de verb.oblig.& Barto. per Alexan.in conſi.81.incipien.ſtantibus ijs.lib.4.ſic pari ratione eſt dicendus iſte prædicator manifeſtus pertinax, inquiens ꝙ nunquam ab aſſertione ſua deſiſtet,præſuppoſita æquiparantia in hac materia, contumaciæ,ſcilicet & pertinaciæ, ut ſupra dixi. Verba enim ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſſionum, ideſt deſideriorum, uel contrariorum,vnde lingua eſt nuncius,organum,intellectus,tuba,& præco,ut dicit Bald. in conſi.ſciſmatis.col.x.& ſunt declaratiua intentionis noſtræ. l.Labeo. §.idem Tubero.ff.de ſupellecti.legata.l.de quibus.ad fin.ff.de legib.l.nepos Proculo.ff.de uerbo.ſignifi.

13 AVT † ALIQVIS prædicat publice contra fidem, proteſtando,ꝙ nihil intendit contra fidem orthodoxam tenere, uel temere defendere, & talis non eſt cenſendus pertinax, quia non errat ex malicia ſeu pertinacia,ſed ex ſimplicitate,uel ignorantia,ideo non eſt cenſendus hæreticus, nec ex ſola tali publica prædicatione debet hæreticus reputari, & ijs proteſtationibus hodie utuntur prædicatores, diſputatores, & ſcriptores, ne de hæreſi inculpentur, & ſic in hoc caſu non habet locum diſpoſitio dicti.§. 1. quem uero effectum habeant eæ proteſtationes dixi ſupra late in q.12.

14 ADVERTENDVM † eſt tamen circa huiuſmodi proteſtationes, quo animo dicantur,nam ut inquit Hieronymus in Epiſtola ad Panucium,frequenter hæretici,dum coguntur ſubſcribere, ne de Eccleſia expellantur,ſuum errorem palliant fictis uerbis, & ea temperant & ordine uertunt,ut catholicam credantur tenere ſententiam & quam ſe tenere uerbis ſimulant corde negant, & quod ſermone coguntur dicere,mente damnant,& ſi quando aperta blaſfemia publice auribus fuerit reuelata,& uiderint contra ſe audientium turbam circumfremere, tunc ſimplicitate ſimulata dicunt audiuiſſe ſe primum,& magiſtrum dicere neſciūt, cumque eorum ſcripta tuentur,uoce negant,quod lite is profitentur. Et ideo cum tenentes doctrinam hæreticam proteſtantur, ꝙ nō intendūt, dicere contra fidem,& Eccleſiæ determinationem,non faciliter tali proteſtationi eſt ſtandum,ſed ſubtiliter inquirendum, ne hæreticorum decipiat nos diſciplina,quoniam frequenter repertum eſt, ꝙ aſſerunt fidem eſſe,quod ipſi credunt,& ipſam ſuam ſectam dicunt Eccleſiam, ut dicit Auguſti.contra Donatum, unde cum catholicus audit fidem & Eccleſiam, intelligit fidem catholicam, & Eccleſiam Romanam, hæreticus

uero

uero intendit fidem ſuam hæreſim & eccleſiam illam ſectam contra quã dicere non intendit, propterea dicit tex. in c. ut officium. §. ſi uero. de hæreti. lib. 6. prouiſo ſolerter ne ſimulata conuerſione redeant fraudulenter, uos, immo ſeipſos fallentes, ſub agni ſpecie lupum gerant.

15 AVT † ALIQVIS prædicat publice contra fidem ſimpliciter, & abſque omni proteſtatione, ſcilicet aliquam aſſertionem hæreticam affirmando, tunc ſi illa aſſertio eſt notorie damnata ab Eccleſia, & ipſe prædicator hoc ſciebat, uel ſcire debebat, uel præſumebatur, uel forſan contradicit articulis fidei, qui omnibus noti ſunt, & eos ignorare non licet, tunc talis ſine dubio hæreticus manifeſtus eſt cenſendus, & in hoc caſu etiam loqui poteſt. d. §. j. nam ſi quis diceret, licitam eſſe fornicationem, vel illam non peccatum eſſe, uel plures eſſe Deos, uel uerbum diuinum non fuiſſe incarnatum, uel Spiritum Sanctum non procedere a Patre & Filio, & huiuſmodi, quis dubitat, ꝙ talis non ſit cenſendus hæreticus pertinax, quia ſciens contradicit articulis fidei, uel tenet damnatam hæreſim, quia forſan aſſereret legem cum Euangelio, circunciſionem cũ Baptiſmo obſeruanda, ut in c. maiores, de bap. & hoc probatur in l. 2. in uerbo. læui argumento. C. de hæreti. ubi dicitur hæreticorum uocabulo continentur, & latis aduerſus eos ſanctionibus debent ſuccumbere, qui uel læui argumento a iudicio catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deuiare. ubi dicit gloſſ. in uerbo. læui argumento, idest errent in illo articulo, qui manifeſte debet ſciri, quia pertinaciter illud aſſerit, & ita ab omnibus intelligitur. d. l. 2. exponendo argumentum pro articulo, ut dicit Alberi. de Roſate, in ſuo dictionario. in uerbo. argumentum, glo. & Ioan. de Imo. in c. literas, de præſump. cum alijs quæ ego ſcripſi in rubr. de hære. lib. 6. q. 13. uer. & ideo quando doctores dicunt &c. ubi dedi nouum intellectum ad d. l. 2.

16 Et ideo † dicebat Card. de Turre Cre. in ca. ſciſma. 24. q. j. ꝙ errantiũ in articulis fidei eſt ſimplicitas aſinina, quia doctrina Euangelica & fides catholica tam crebro in Eccleſia docentur & prædicantur ꝙ nulla ignorantia eſt prætendenda, tum primo, quia cõtinue adeſt in Eccleſia Chriſtus, cuius ueritas, & miracula patent, ut nemo de peccato hæreſis habeat excuſationem ut ipſe teſtatur Ioan. xv. Secundo, quia habent quoq; chriſtianos & notos a quibus ueritatem fidei exquirere poſſent, & errores uitare, tũ tertio, quia habent Eccleſiam, in qua paratus eſt Petrus & ſui ſucceſſores reddere rationem de ea quæ in eis eſt fide & charitate. j. Petr. 3. unde prædicans huiuſmodi aſſertionem contrariam articulis fidei uel determinationi ſanctæ Eccleſiæ non poteſt de hæreſi & pertinacia excuſari, quin dicatur manifeſtus hæreticus pertinax.

17 Et ſicut† doctor non poteſt petere reſtitutionem in integrum, ſi læſio nem prætendat, ſic nec prædicator ignorantiam, & ei obiici poteſt profeſsio & deſiderium cum inuicem diſcrepant. l. profeſsio. C. de muneri. patri. li. x. & ibi per Iacobum Rebuffum. & Bal. in l. j. C. qui & aduerſus quos, cum debeat eſſe peritus & inſtructus in arte prædicandi, quam profitetur, & ideo imperitia culpæ adnumeratur. l. imperitia. ff. de regu. iur. §. præterea. inſti. de lege aquil. medicus quidem de imperitia tenetur. l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offic. præſidis. l. qua actione. §. ſi. ff. ad l. aquil. cum alijs quæ tradit Deci. in d. l. imperitia. & Fely. in c. tua nos. de homi. ſic iudex per imperitiam male iudicans de imperitia tenetur. l. ſi quis ſeruū. §. cenſus. ff. loca. ex quo enim erat imperitus non debuit permittere ſe iudicem fieri, quia ſapientiæ ſeptimo ſcribitur. noli eſſe iudex ſi non potes uirtute ideſt iuſticia iniquitates irrumpere, & ſi errauit in ijs quæ de iure clarisſima ſunt, ut puta circa legem fusſiam caninam, ut inſtit. de lege. fuſsia cani. tollen. durius punitur, ſi autem in l. illa Gallus Aquilius. ff. de liberi. & poſthu. mitius, vt dicit gl. ſingularis. inſti. de obli. quæ ex qua. deli. naſ. ubi Ange. Areti. dicit idem eſſe ſi fuerit ſequtus intellectum multorum doctorum in una lege, quæ habet plures intellectus, licet ille non ſit communis. vt inquit Bart. in l. cum prolatis. in fin. ff. de re iudica. & quando eſſent diuerſæ ſententiæ magiſtrorum ſuper aliqua aſſertione, neutra ſententia eſt iudicanda ſapere hæreſim, ſecundum Inn. in c. ne innitaris, de conſti. quem refert & ſequitur Ang. de Peru. in c. ſanctisſima & illuſtrisſima Regina. col. 6.

18 AVT † VERO aliquis non præuia aliqua proteſtatione prædicat propoſitionem aliquam fidei catholicæ contrariam, & ipſius prædicantis non apparet pertinacia, eſtque illa propoſitio non obuians articulis fidei, uel alicui ueritati catholicæ, ita ꝙ prætendi pōt aliqua ignorantia ex parte prædicātis, uel forſan illa propoſitio ſecundum diuerſos modos intelligendi poteſt trahi ad ſenſum catholicum, uel hæreticum, tunc talis non eſt cenſendus hæreticus manifeſtus, ſed examinandus eſt diligenter, an pertinaciter adhæreat errori quem publice prædicauit, uel ſi intelligat illam propoſitionem in ſenſu catholico, ſeu hæretico. argum. c. cum contumacia, de hæreti. libr. 6. & ſi inuentus fuerit pertinax, debet hæreticus iudicari, uel ſuſpectus de hæreſi, prout iuridice poterit Epiſcopus uel inquiſitor iudicare, ante quidem examinationem catholicus eſt reputandus, & cum de pertinacia eius & errore non conſtet, non eſt iudicandus hæreticus.

19 Sicut enim † facta, quorum dubium eſt quo animo fiant in meliorē partem debemus interpretari, ut in c. eſtote. de regu. iur. ita cum neſci-

mus

mus quo animo quis aliquam propoſitionem cõtra fidem aſſerat, an animo ſcilicet pertinaciter adhęrendi ſuæ aſſertioni, uel animo corrigendi ſe (ſi errauerit) in meliorem partem interpretari debemus, ſuſpicando ꝙ paratus eſt corrigi cum ueritas fuerit ſibi oſtenſa, & pro hoc eſt gloſſ. ordinaria ſuper illud ad Roma. 14. qui non manducat, manducantem non iudicet eius. dicens, quòd dubia in meliorem partem ſunt interpretanda, & hoc clare procedit quando fit interpretatio diffiniendo ſiue determinando, & ſic in rerum iudicio debet aliquis niti ad hoc ut interpretetur unumquodque ſecundum quod eſt, ſed in iudicio perſonarum debemus in melius interpretari, ut dicit S. Tho. in 2. 2. q. 60. arti. 4. & ibi Cardi. de uio late ſcribit. facit. l. benignius. ff. de legib. tradit Roma. in cõſi. 61. Florentina conſtitutio. col. 2. cum alijs, ut ſcribit Dec. in l. ſemper in dubijs. de reg. iur. & hæc benignitas in correctione ſubditorum attenditur, ſed non debet eſſe nimia, ne ſubditos reſoluat in malum, ut dicitur in c. diſciplina. 45. diſtin. & hoc intelligitur ſeruata prius uerborum proprietate, quę in re dubia in primis attenditur, ut dicit gl. in l. non poſſunt. ff. de legib. ut colligitur ex doctrina Abba. quem ibi Deci. ſequitur in cap. j. de conſti.

20 SECVNDO † CENSENTVR eſſe hæretici manifeſti & conſequenter pertinaces illi qui profitentur errorem hæreticorum, ut in d. cap. ſuper quibuſdam. §. j. profeſsio enim a uoluntate firmata ſolet procedere, & ideo qui profitentur errorem contrarium catholicæ ueritati ſunt reputati firmati in errore, quare pro pertinacibus ſunt habendi, & ex hoc ſequitur, ꝙ omnes iurantes ſe errorem aliquem fidei Chriſtianæ contrarium ſeruaturos, uel abiurantes quamcunque ueritatem catholicam, inter pertinaces & manifeſtos hæreticos ſunt cenſendi, ſicut enim profeſsio & iuramentum, ita iuratio & abiuratio uoluntatem ſupponunt firmatam.

21 Et † quamuis in iure multifarie capiatur profeſsio, nam aliquando capitur pro reſponſione ad interrogata. in l. non nudis. C. de probat. ubi glo. dicit ꝙ aſſeuerare eſt ſine interrogatione aliquid uerum uel falſum affirmare & profiteri, & ad interrogata reſpondere, quam ſequitur ibi Bald. dicens, profiteor quandoque diſpoſitiue, quandoque enunciatiue capitur, & eandem uim habent. l. tale pactum, in prin. ff. de pact. facit. l. neque profeſsio. C. de teſtam. alibi capitur profeſsio pro ſcriptura, qua quis confitetur ſe cenſum debere pro aliquo prędio. l. fi. C. ſine cenſu, uel reliqui. fund. comp. non poſſe. alibi profeſsio pro atteſtatione teſtium exponitur. l. cum de ætate. ff. de proba. l. j. §. in cauſa. ff. de quæſtio. alibi profeſsio pro promiſsione. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de eden.

alibi profeſsio pro confeſsione.c.j.de Summa Trini. & fid.catho.lib. 6. l.fi. §. quotiens. ff. de iudi.l. omnes.C.de iudi.& tex.in cle. j. in princip. ibi,orthodoxæ fidei profeſſores.de iur. iuran. alibi etiam capitur profeſſio pro illa ſponſione ſeu promisſione, quam faciunt ingredientes aliq̃ religionem approbatam,in qua promittunt ſeruare uotum caſtitatis, obedientiæ,& paupertatis,& alia ſpectantia ad regulam,& tales dicuntur profeſſores illius ordinis uel regulæ.c.j.de regulari.lib.6.

22 Tamen † in propoſito capitur profeſsio ſecundum Lucam de penna in.d.l.profeſsio.C.de munc. patri.libr.x. pro ſecta uel diſciplina, quam quis confitetur ſe adiſcere,uel docere,aut tenere & credere, ꝓut eſt chriſtiana profeſsio,unde dicitur,cuius profeſsionis es tu,& reſpondeat chriſtianæ,uel iudaycæ, uel mahometicæ,uel arrianæ,ſeu Lutheranæ,& huiuſmodi.Hinc etiam dicitur referendo ad diſciplinam,cuius es profeſsionis,reſpondeat Theologicæ,Logicæ,uel Phiſicæ,& huiuſmodi,inde dicitur ego profiteor ius ciuile,& canonicum, quia fateor me eſſe legiſtam, & canoniſtam,& ita loquitur tex.in d.l.profeſsio. & totus titulus.C.de profeſſo,& medi.lib.x.& titulus de profeſſo.qui in urbe conſtanti.C.lib. xij. & dicit Calepinus in ſuo uocabulario in uerbo. profeſsio. ꝙ profeſsio eſt confeſsio palam facta, & profitetur qui publice fatetur, inde qui liberales artes docent, profeſſores dicuntur, quia artes illas ſe ſcire, & poſſe publice tradere fatentur.

23 Vnde † in propoſito in d.ca. ſuper quibuſdam.intelligo manifeſtos hæreticos,qui profitentur errores hæreticorum, qui publice docent,adiſcunt errores hæreticorum, ut eis credant, non ut illos confutent,& dicunt ſe eſſe profeſsionis mahometicæ, iudaycæ,arrianæ,ſeu lutheranæ, & huiuſmodi, appellantes ſeu profitentes ſe tales, hos quidem arbitror comprehendi ſub illo uerbo profiteri.

24 Et ideo † cui conueniunt uerba legis conuenit legis diſpoſitio. l.4.§. totiens.ff de dam.infec.c.indemnitatibus,de electio.lib. 6. cum alijs,ut tradunt Moder.in d.§.totiens,vbi Bart.in fin.cum ſimilibus.ut tradit ibi Alex.& idem Alex.in conſi.17.requiſitus.lib.j.& in conſ.lvij.perſpectis, li.2 And.Sicu.in c.ſignificante.de reſcrip.& in conſi.x.in 2.lib.Fely.in c. nonnulli.in pe.col.de reſcrip.& Bar.in l.qui ſeparantis.col.fi.C.vnde lib. inquit ꝙ licet uerba non conueniant ſatis eſt ꝙ mens currat, idem not. Bar.in l.curatoris.col.2.C.de nego.geſt.quinimo uidetur, ꝙ licet uerba in totum non conueniant, quatenus tamen adaptari poſſunt, illa diſpoſitio debet ſeruari, per ea quæ ſcribit Ludo. Roma. in conſilio. cccccxxxiij. incipiente. in quo quæritur. ubi inter alia allegat glo. in cap. j. de deci.

TER-

25 TERTIO † DICVNTVR Hæretici manifeſti & conſequenter pertinaces qui errores hæreticorum defendunt, ut in d.c. ſuper quibuſdam, hoc uidelicet modo, quòd aſſertione temeraria defendant dictos hæreticorũ errores, puta quòd Arrius, uel Martinus lutherus in ijs in quibus deuiat a fide dicit ueritatem, & ijs ſimiles, tales quidem pertinaces hæretici manifeſti ſunt, ut in d.c. ſuper quibuſdam, facit. capitulũ. qui in Eccleſia. 24. q. 3. & qui defendit errores hæreticorum, damnabilior eſt illo qui errat, & non ſolum eſt hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha. c. qui aliorum. 24. q. 3. & in eodem caſu intellige capitulũ. qui conſentit. 11. q. 3. & quamuis uideatur loqui de illo qui defendit errantem, tamen intellige, quòd ibi ille defendebat errorem & errantem per prædictum. capitu. qui aliorum, alias enim non eſſet acrius puniendus errante, & ita habes caſum ſecundum Arch. in c. quicunque. de hæret. lib. 6. in quo plus punitur conſulens, quàm faciens. facit. l. j. & l. utrum. ff. ad. l. Pomp. de parri. Si uero defenderet aliquis hæreticorum errores in ſcholis cauſa diſputationis, cum talis eſſet paratus corrigi, non eſſet ut hæreticus iudicandus, dicit glo. in l. nemo. C. de Summa Trin. Bal. in l. ſi poſſeſſor. §. quanquam. ff. de petitio. hæredi.

26 QVARTO † DICVNTVR Hæretici manifeſti & conſequenter pertinaces, qui coram prælatis ſuis conuicti ſunt, uel confeſſi. i. ſuper hæretica prauitate, intellige quando ij conuincuntur, uel confitentur in iudicio habuiſſe errorem in mente eorum quæ ſunt contra fidẽ cũ adhæſione uoluntatis, & ſic cum pertinacia, ut in capit. hæreſis. 24. q. 3. & ita requiritur, quòd hæc hæretica prauitas non ſolum ſit in uerbis uel in facto, ſed etiam quòd ſit in conuicto, uel confitente iudicialiter, tũc quidem manifeſtus hæreticus eſt, quia manifeſtum eſt, quòd per probationem uel confeſſionem conſtat in iudicio. capitulo. cum olim. de uerbor. ſignificatione.

27 Et hoc † etiam dicitur notorium, & euidens. c. manifeſte. 2. quæſt. 1. tradit Domi. de ſancto Gemi. in conſi. 54. quidam ſacerdos. colu. 2. idem dicit Abbas in dicto capitulo. ſuper quibuſdam, & intelligo conuictum ante ſententiam, ut differat a caſu ſequenti de hæreticis ſententialiter condemnatis, & poſt concluſum in cauſa, itaquod nihil poſſit obijci ad offuſcandam notorietatem, nam notorium non poteſt ex aliqua cauſa offuſcari. capitulo. primo. de offi. delega. lib. 6. & pro hoc facit tex. in d. c. cũ olim, ibi, nulla tergiuerſatione celari poteſt. glo. ſingularis in c. ſignificauerunt, de teſtib. concludit Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. colu. 18. & ibi dominus Iaſon col. 24. ff. de acquiren. poſſeſſ. & Abbas in d. capitulo. olim.

Idem

28 Idem † etiam eſt dicendum de confeſſo hæreſim, ꝙ confeſsio non ſit reuocata, ad hoc ut dicatur confeſſus hæreſim hæreticus manifeſtus, nam reuocari poteſt uſque ad ſententiam, & excuſari cap. cum dilecti. de accuſatio. c. fi. de confe. ut ſcribit Abbas in d. ca. cum olim, ſequitur Soc. in conſi. 4. uiſis actis. lib. 2. & Fely. in d. c. cum dilecti. in 11. notabili. Franc. de Aret. in conſi. 146. uiſa conſultatione. Bal. in l. de tutela. C. de in integ. reſtitu.

29 Pertinacia † autem cõuicti de hæreſi poteſt probari uere ſi defendebat errorem, uel alijs modis de quibus dicam in ſequenti quæſtione, uel præſumptiue, prout late dixi ſupra in 3. q. ſed pertinacia confeſsi poteſt patere per eius confeſsionem, nam ſicut de hæreſi liquet iudici per eius confeſsionem, alias enim non poſſet ſciri, loquor de illo qui non conuincitur per teſtes, uel alias probationes, ut dicit Bal. in l. ſiquis non dicam rapere. col. j. C. de Epiſco. & cleri. ſic de eius pertinacia poteſt conſtare per eius confeſsionem, & hæc probatio per confeſsionem accuſati eſt releuatio ab onere probandi, ſicut & iuramentum, ſecundum Bal. & Pau. de Caſt. in rubri. C. de probationibus. idem dicunt Ioan. Andre. Anto. de But. & Panor. in rubr. de probatio. cum aliis, ut tradit. d. Iaſon. in l. cum te tranſegiſſe. C. de tranſactio.

30 Si uero † hæretica prauitas non eſſet in conuicto uel confeſſo, ſed eſſet ſolum in eius uerbis, uel facto, tunc licet illa uerba uel facta eſſent hæreticalia, non eſſet dictator illorum uerborum uel factor hæreticus nec occultus, nec manifeſtus, quia licet errauerit, non eſt pertinax, nam errãtes qui quærunt ueritatem non ſunt a catholicis repellendi, & conſequenter non ſunt hæretici. c. ſciſma. 24. q. j. iſti enim ſunt parati corrigi, & ideo non ſunt hæretici cenſendi. gl. in c. dicit apoſtolus. 24. q. 3. unde licet Hierony. Auguſt. Cypria. & alij doctores errauerint in aliquibus, & ſic errores ipſorum praui fuiſſent, ipſi tñ pertinaces non fuerunt, eo quia ſe ſummiſerunt Eccleſiæ. facit. c. damnamus in fi. de Summa Trin. & fide catho. & ideo non fuerunt hæretici.

31 Vltimo † ſententialiter ſuper hæretica prauitate a prælatis condemnati dicuntur manifeſti hæretici, & conſequenter pertinaces, quia ſentẽtia iudicis facit notorium. in c. ueſtra. de cohabi. cleri. uel muli. l. emptorem in prin. ff. de actio. emp. & uend. & c. fi. de tempo. ordi. Anto. de But. in repeti. d. c. ueſtra, col. xx. uerſi. quæro ſecundo. & cum nullus ſit damnandus de hæreſi niſi in eo inueniatur error in intellectu, & pertinacia in uoluntate, ut eſt ſæpe dictum.

32 Pro † ſententia iudicis præſumitur ꝙ ſit recte & rite condemnatus. l. Hærennius. §. Gaia. ff. de euictio. c. in præſentia. de renunci. ſi illa trãſiuit

in

in rem iudicatam,& ſic non fuit ab illa interpoſita appellatio, ſecus ſi pẽderet cauſa per appellationem,ut ſcribit Franc.de Curte,in cõſi.23.ego quoque,glo.in c.non ſolum.de appella.lib.6.cum aliis, quæ tradit Deci. in l.res iudicata.ff.de regu.iur.& Ioan.de Imo.& Ludo. Roma. in l. 4. §. condemnatum.ff.de re.iudi. Alexan.de Imo.in l.ſciendum.colum.6.uerſi.ſi autem eſt auctus.ff.de uerbo.obliga.facit, ꝙ pro ſacro iudicis præſumitur.l.2.C.de offi.ciui.iudi.Bal.in l.j.C.ne quis in ſua cau.officiũ enim publicum pręſumptionem bonæ fidei inducit.Bal.in l.errore.C.de teſta. colum.j.facit.c.cum ad ſedem.in fi.de reſt.ſpolia.moderni.in l.iuſte poſſidet.ff.de acquirend.poſſeſsio.Alexan.late in l.qui Romæ.§.duo fratres, colum. 8. ff. de uerbor.obligatio. & ſic in ijs ſententialiter condemnatis pertinacia fuit deprehenſa cum errore intellectus, ut ſupra dictum eſt in 2.quæſtio.

33 Et ſic†habes intellectum.d.c.ſuper quibuſdam.§.j. ꝙ in illis quatuor generibus perſonarum,ſcilicet iu prædicantibus contra fidem,in profitẽtibus errores hæreticorum, in defendentibus etiam errores hæreticorũ, & in condemnatis de hæretica prauitate,neceſſario eſt intelligendum, ꝙ pertinacia interfuit, alias non fuiſſent dicendi hæretici, ut ex dictis in 2. q.demoſtratur,& ſic patet ſolutio ad dictum.c.ſuper quibuſdam.

34 Et pari†modo reſponderi poteſt.ad d.c.ait Cœleſtinus. quia illa uerba,ex quo talia prædicare cæperunt,ibi poſita,per quæ præſupponitur illos fuiſſe hæreticos, & ideo perdidiſſe poteſtatem excommunicandi, & alios deponendi,intelligenda ſunt de publice prædicãtibus errores ſuos eos temere aſſerendo,& proteſtando ſe nunq̃ eoſdem reuocaturos, ſeu pertinaces ſe quomodolibet oſtendendo,ut dixi in eadem quæſtione.uerſi.aut aliquis prædicat publice.

35 Ad.d.†c.hæc eſt fides.dicendum eſt,diuum Hieronymum conſideraſſe animum calumniantis,nam ſi ex imperitia quis dictis ab ipſo authoritãte apoſtolica comprobatis contradixerit,ſe imperitum oſtendet, ſe ex malitia maliuolum,ſi ex errore, non catholicum ſed hæreticum comprobabit,pręſupponitur enim ꝙ ſi hęreticus eſt,ꝙ pertinax eſt,quia ſine pertinacia non conſtituitur aliquis hæreticus, unde iſte de quo Hieronymus loquitur contradicebat determinatis a ſede Apoſtolica,uel publice prædicando,uel pertinaciter defendẽdo ſuos errores,uel alio modo,quo pertinaciam cum ſuo errore oſtendebat.Ad.d.c.j.24.q,j.dici poteſt ꝙ loquitur de illo qui ſcienter labitur in hæreſim damnatam, talis quidem iudicandus eſt hæreticus, ſecus ſi ignoranter,& licet in dict.cap.non fiat diſtinctio inter ſcienter,& ignoranter,uel pertinaciter, uel non pertinaciter labentem in hæreſim damnatam, hæc diſtinctio neceſſaria eſt ut ſupra

pra proxime dixi in eadem quæſtione.

36 Et † quamuis ubi.l.non diſtinguit,nec nos diſtinguere debeamus.l.de præcio.ff.de publicia.l.j.§.generaliter.ff.de lega.præſta.hoc tamen uerũ eſt quando nec illa lex,nec alia,nec ratio diſtinguit,ut dicit Bal.in d.l.de præcio,ſi enim per aliam.l.uel per ipſam legem,uel per rationem diſtinagueretur diſpoſitum in l.illa diſtinctio admittenda eſt,ut per glo.in d.l.de præcio.quam ibi Bal.ſequitur.quia una lex per aliam declaratur.l.ſed & poſteriorem.ff.de legib.& in §.capite tertio.inſti.de.l.acqui.nam una lex recipit interpretationem ab alia lege.gl.notabilis,in auth.offeratur.C.de litis conteſta.& l.ſciendum.ff.qui ſatisdare cogantur.Et eodẽ modo intelligẽdum eſt.d.c.maiores,& d.c.Acatius.quia in utroque capitulo loquitur conditor ipſorum de illis qui pertinaciter errori damnato cõmunicauerunt,prout dixi ad reſponſionem.c.j.24.q.j.

37 Ad.d.†c.hæreſis,dicendum eſt ex mente doctorum,ꝙ intelligere ſacram ſcripturam aliter quam Spiritus Sanctus docuit contingit dupliciter.Primo ſine pertinacia,& iſte intelligens ſic non eſt hæreticus,quia paratus eſt corrigi,ut in d.c.hæc eſt fides.Secundo cum pertinaci adhæſione,& talis hæreticus eſt,& hæreticus appellari poteſt,& illud aduerbiũ taliter,expone ideſt contrario modo,ſcilicet contra fidem & bonos mores.Iuxta illud ad Galatas.j.ſiquis aliud Euãgelizauerit &c.anathema ſit,aliud ſcilicet contrarium,& quod dicit tex.licet ab Eccleſia non receſſerit,intellige corporaliter obſeruãdo ſe ab ea,quia eſt occultus hæreticus,nam forte ſua hæreſis cum ſua pertinacia non innoteſcit Eccleſiæ,& ſic Eccleſia ignorat,uel ſi erat nota Eccleſiæ,ipſa Eccleſia non poteſt eum expellere ob eius potentiam,& ideo tollerat,& hac ratione tollerabat Iulianum apoſtatam in c.Iulianus.11.q.3.

38 Iſte † tamen qui eſt hæreticus ſemper recedit ſpiritualiter ab eccleſia,licet quo ad communionem corporaliter non diſcedat,ut probatur in c.inter hæreſim.24.q.3.in fi.& hæreſis dicitur etiam diuiſio,ab hercíſco quod eſt diuido,ut dicit gl.in rubr.ff.familiæ hercíſ.Immo etiam hæreſis dicitur fornicatio ſpiritualis.c.idolatria.28.q.j.ſcribitur in ca.quæſiuit.de diuor.

39 Ad.c.†j.de hæreti.dum dicitur,dubius in fide infidelis eſt,ubi nulla fit mentio de pertinacia,poteſt dici,ꝙ illud intelligitur de dubitante in fide chriſtiana in uniuerſo,hoc eſt,quia dubitat illam eſſe ueram,uel ſanam,quam ſcit ſanctam Eccleſiam tenere & prædicare,talis enim ſic dubitantis manifeſta eſt pertinacia,qua oſtendit ſe non paratum corrigi per doctrinam quam dubitat eſſe ueram,cum nullus niſi per ueritatem corrigi ualeat,& quæ dixi ſupra ad declarationem c.ſuper quibuſdam.de uerb.

ſigni.

ſigni.de prædicante contra fidem catholicam,poſſunt hic applicari, nam primum quod oportet fidelem credere,eſt,ꝙ fides chriſtiana eſt uera, ut in c.firmiter credimus,de Summa Trin.ſi de hoc quis dubitat,nihil rema net,per quod ad aliquid firmiter credendum ualeat reuocari, & ideo taliter dubitans eſt hæreticus qui habet in ſe pertinaciam,& huiuſmodi dubitantem eſſe hæreticum cenſet glo.in cap.aperte.24.q.j.& ſic intelligitur d.c.j. de hæret. de cuius intellectu ego plura alia ſcripſi in rubrica de hæ re.lib.6.q.13.uerſi.j.dicitur hæreticus. Si uero aliquis dubitaret de aliquo articulo ſpeciali non notorio,extra tamen articulos fidei, neſciens illius deciſionem contineri in ſacra ſcriptura, uel concilijs generalibus, iſte non eſt ſtatim cenſendus hæreticus,ſed eſſet caute interrogandus,oſtenſa ſibi illius articuli ueritate,& tunc ſi eſt paratus corrigi, catholicus eſt cenſendus,ſi uero pertinax, tunc hæreticus iudicabitur, ut dixi ſupra in hac quæſtione,in uerſi.aut uero aliquis. Et eodem modo poteſt reſpõderi ad.c.audiuimus,& c.aperte,pro contrarijs allegata. Pariquemodo reſpondetur ad illam ratiocinationem, quia loquitur quando quis dubitaret de fide,uniuerſaliter dubitans illam eſſe ueram, uel ſanam determinate, & animo deliberato in dubietate perſiſtit æqualiter ſe habens ad utramque partem contradictionis.nam ut dicebat Bernardus.fides ambiguum non habet,& ſi habet,fides non eſt,& talis eſt hæreticus cẽſendus, ſecus uero eſſet de illo qui de aliquo articulo extra articulos fidei dubitaret,tunc talis prima facie non eſt reputandus hæreticus ante oſtenſionem ueritatis,quia cum credat uniuerſaliter fidem catholicam eſſe ueram,de facili poſſumus coniecturari ꝙ oſtenſa ueritate erit paratus corrigi, & ideo eſt interrogandus ut proxime dixi.Inſuper non obſtat.c.inter hæreſim.24.q.3.quia aliud eſt loqui de hæreſi, cuius tota malitia pendet ex ipſa materia quæ aſſeritur,quæ non eſt aſſerenda, ſicut Ariſtoteles dicit primo perihermenias,ꝙ ab eo ꝙ res eſt,uel nõ eſt, omnino dicitur uera uel falſa, malum autem hæretici pendet principaliter ex uoluntate eligente eam diſciplinam,ut in d.c.hæreſis, quæ eſt contraria diſciplinæ ueritatis, ideo non eſt ſimile,nec eſt bona conſequẽtia dicere,in hæreſi ſufficit dogma falſum,ergo in hæretico, quod etiam patet a diffinitione hæreſis, & a diffinitione hæretici,ut dixi ſupra in q.j.& ij.

40 Præterea ✝ non obſtat dictũ.capitulũ.hæreticus. quia ibi non diffinitur quis ſit hæreticus, ſed Auguſtinus intendit aſsignare unum modum cognoſcendi hæreticum, ut ſcilicet quicunque alicuius temporalis commodi, & maxime uanæ gloriæ, principatuſque ſui gratia falſas & nouas opiniones gignit, uel ſequitur cenſeatur hæreticus, unde licet in hac poſitione quam ponit Auguſtinus primo ponatur

natur hoc nomen hæreticus ante uerbum, & ex hoc poſſet quis opinari, ꝙ hæreticus ſit ſubiectum, tamen ſecundum rei ueritatem hæreticus debet eſſe prędicatum, & id quod ſequitur debet eſſe ſubiectum, & iſto modo ſub bono intellectu concedenda eſt uniuerſalis formata ex uerbis Auguſtini, ita uidelicet, quicunque alicuius temporalis commodi, & maxime uanæ gloriæ, principatuſque ſui gratia, animo pertinaciter defendendi, nouas opiniones, uel falſas contra fidem gignit uel ſequitur, eſt reputandus hæreticus, præterea ꝙ nõ ſit diffinitio hæretici, hoc patet, quia dicit illum hæreticum, qui nouas opiniones gignit, cum etiã ille hæreticus eſt qui ueteres hæreſes ſequitur, ut puta hodie ſi quis damnatã Arrij hæreſim ſequeretur hæreticus eſſet cenſendus, unde nõ ſolum qui nouas hæreſes gignit, ſed etiam qui ueteres imitatur hæreticus eſt c.j. iuncto. c. audiuimus. 24. q. j. Inſuper ſi quis in ſua ſola credulitate contraheret hæreſim male ſentiendo de aliquo fidei articulo, licet nõ faceret principatus uel lucri cauſa, etiam hæreticus eſſet. gl. in c. cogitationis. de pœni. diſt. j. glo. communiter approbata in cle. j. de hæret. Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. col. j. C. de Epiſc. & cle.

41 Vltimo † licet quis nouas gigneret hæreſes uel ueteres ſequeretur propter lucrum uel principatum uel aliam ſimilem cauſam, & animo pertinaci defenderet, ipſe tamen in corde ſuo teneret ueram credulitatem, nõ eſſet in ueritate iſte hæreticus coram Deo qui intuetur cor, ſed grauiſſime peccaret. Verum eſt, ꝙ a fidelibus, qui nõ habent de interioribus animæ iudicare, reputandus erit hæreticus, & tanq̃ hæreticus fugiendus, & quamuis poſtea diceret ſe illas hæreſes minime in corde tenuiſſe, ſed pro aſſequendo aliquo temporali, uel pro aliquo uitando periculo ſe finxiſſe illas hæreſes aſſereret, non eſſet ei credendum, ſed erit ut hæreticus tenendus, ſicut in ſimili habes in deciſione Rote. Dccclxxv. incipien. Accuſatus de hæreſi, & faciunt quæ dicit Bar. in ſua diſputatione viij. incipiente. per Italiam.

42 Et ad † prædicta addendum eſt, quod inquit. S. Tho. in 2. 2 quòd illi q̃ hæreſim contingunt de nouo, aliquod commodum temporale ſpectant, ſaltem principatum, uolunt enim habere ſequaces, prętere a hoc eſt commune omnibus hæreticis, quod ex ſuperbia procedit, quæ eſt amor propriæ excellentiæ, ꝙ a communi uita diſcedant, aut lænitate, aut peruerſitate, ut in c. excommunicamus. §. adiicimus, de hæret. unde Greg. hæretici communem ſententiam habere refugiunt, ne æquales cæteris oſtendãtur, & quædam noua ſemper exquirunt, quod dum alij neſciunt, de ſingularitate ſcientiæ glorientur.

43 Poſtremo † dicendum eſt ſecundum Alex. de Ales, ꝙ Auguſtinus non

poſuit hoc quaſi eſſentiale ſit hæretico, ſed ponit id quod frequentius accidit, frequenter enim accidit ꝙ hæretici hoc faciūt iſtis de cauſis, ex quo ergo Aug. in d.c. hæreticus. non intendebat hæreticum diffinire, ut ſupra fuit oſtenſum multifarie, non eſt mirum ſi de pertinacia nullam fecit mē tionem, quæ in diffinitione hæretici neceſſario requiritur, ut probatur in c. dicit Apoſtolus, quod eſt Auguſtini. 24.q.3. ut late dixi ſupra in q.2. & 3. Demum non obſtat gl. in d.c. inter hæreſim, quia licet excommunicatus, ſimoniacus, & ſimiles dicantur hæretici, & pertinacia in eis non requiratur, tamē huiuſmodi dicuntur hæretici largo ſumpto uocabulo, nos uero loquimur in hac quæſtione de hæretico propriisſime ſumpto, unde contrariis non obſtantibus, habes ꝙ ad conſtituendum hæreticum requiritur pertinacia uera uel a iure præſumpta, ut in d.q.3.

SVMMARIVM.

1 *Pertinacia hæretici conuincitur multis modis.*
2 *Pertinacia a iure præſumpta in hæretico.*
3 *Hæretici manifeſti qui ſint.*
4 *Hæreticus non excuſatur ſi odio uel amore aut ambitione hæreticus factus eſt.*
5 *Ambitionis peccatum tripliciter poteſt contingere.*
6 *Metus mortis uel cruciatus excuſat ab hæreſi.*
7 *Vis præciſa excuſat quem ab hæreſi.*
8 *Metus mortis non excuſat a peccato quo ad Deum.*
9 *Dauid comedens panes propoſitionis, & Sanſon ſe ipſum occidens non peccauerunt.*
10 *Vis conditionalis ſicut non impedit caracterem, ita uidetur, ut etiam non impediat hæreſim contrahi, argumentatur ſubtiliter.*
11 *Idolatricis ueſci quid ſit.*
12 *Pertinax hæreticus eſt qui dicit nouum, uel uetus teſtamentum eſſe falſum.*
13 *Hæretici Manichei uetus & partem noui teſtamenti reſpuebant.*
14 *Falſum Chriſtus & apoſtoli dicere non potuerunt.*
15 *Laycus illiteratus excuſatur ab hæreſi, ſecus ſi ſit theologus.*
16 *Pertinax hæreticus eſt qui dicit Eccleſiam uniuerſalem errare uel erraſſe.*
17 *Eccleſia in iis quæ ſunt fidei errare non poteſt.*
18 *Concilium generale in iis quæ ſunt fidei errare non poteſt.*
19 *Papa determinans aliquid tanquàm Papa circa fidem non poteſt errare.*
20 *Papa determinans aliquid in iis quæ ſunt fidei tanquàm Papa cum aſſenſu*

dominorum

dominorum Cardinalium errare non poteſt.

21 *Papa ſeu concilium generale extra ea quæ fidei ſunt errare poteſt.*

22 *Eccleſia an errare poſſit in ijs quæ ſunt facti.*

23 *Eccleſia an errare poſſit in ijs quæ ſunt iuris.*

24 *Papæ multi hæretici fuerunt non tanquàm Papæ ſed tanquàm homines.*

25 *Familiaritas cum hæreticis non facit quem hæreticum.*

26 *Idiota qui non tenetur credere explicite fidem catholicam dicens Eccleſiam poſſe errare non eſt hæreticus iudicandus.*

27 *Articulus fidei maior omnium eſt Eccleſiam ſanctam non poſſe errare.*

28 *Concilium generale repreſentat Eccleſiam, cui ſtandum eſt.*

29 *Concilij generalis congregatio eſt multum utilis & neceſſaria Eccleſiæ.*

30 *Hæreticus pertinax eſt negans ea quæ publice prædicantur in Eccleſia, puta quòd Chriſtus non fuit crucifixus.*

31 *Scire quis præſumitur quæ publice dicuntur.*

32 *Ignorantia an probetur per iuramentum.*

33 *Aſſerere non licet contrarium illius quod quis tenetur ſcire.*

34 *Ruſticus non excuſatur in ijs quæ publice prædicantur in Eccleſia.*

35 *Peritus errans in articulo fidei etiam non diuulgati pertinax hæreticus eſt.*

36 *Hæreticus non eſt qui paratus eſt corrigi de aſſertione contrarij alicuius articuli contenti in ſymbolo fidei quem ueriſimiliter poterat ignorare.*

37 *Hæreticus pertinax eſt qui negat articulum diuulgatum, etiam ſi ſit paratus corrigi, admittitur tamen ad miſericordiam ſi redierit.*

38 *Hæreticus pertinax eſt qui negat aſſertionem aliquam catholicam quam antea fuerat confeſſus.*

39 *Opinio Bar. in l. eos. de falſ. ff. quomodo intelligatur.*

40 *Ignorantia non poteſt allegari ab eo qui ſemel aſſeruit aliquam aſſertionem catholicam, ſi poſtea illam neget.*

41 *Præſumptio uiolenta de hæreſi eſt contra illum qui primo aſſeruit aſſertionem catholicam, poſtea negauit.*

42 *Hæreticus eſt aſſerens aliquid contra prophetas, Euangeliſtas, ſeu Epiſtolas Pauli.*

43 *Hæreticus eſt qui ſacræ ſcripturæ aliquid abſtulerit uel addiderit.*

44 *Primum & ſecundum genus catholicæ ueritatis eſt, non diſcedere ab ijs quæ in ſacra ſcriptura dicuntur, uel per relationem ſuccedentium ab apoſtolis peruenerunt, licet in ſacris ſcripturis non inueniantur inſerta.*

45 *Multa ommiſſa ab Euangeliſtis apoſtoli ſuppleuerunt facto uel uerbo, quæ non reperiuntur ſcripta.*

46 *Eccleſiæ authoritas multum ualet, etiam quòd in ſacra ſcriptura non inueniatur*

niatur ſcriptum quòd ipſa ſtatuit.

47 *Doctorum ſanctorum dictis non eſt adeo ſtandum quin liceat illis contradicere.*

48 *Conſequentia non tenet, Auguſtinus & alij doctores etiam ſancti hoc dicunt, ergo eſt uerum.*

49 *Hæreticus non eſt qui tenet contra doctrinam ſancti Auguſtini & ſimilium doctorum.*

50 *Veritas infallibilis non eſt in ſcriptis Auguſtini, Ambroſii, Hieronymi, & ſimilium.*

51 *Diſcordant in pluribus doctores ſancti ad inuicem, ideo eorum dicta non continent infallibilem ueritatem.*

52 *Veritas infallibilis eſt in ſacra ſcriptura, cui eſt omnino ſtandum.*

53 *Hæreticus non eſt qui contradicit dictis ſanctorum doctorum.*

54 *Hæreticus pertinax dicitur qui deprehenſus in hæreſi non uult reuocare errorem ſuum.*

55 *Hæreticus deprehenſus a iudice, correctus an debeat ſtatim reuocare errorem ſuum.*

56 *Epiſcopus uel inquiſitor debent oſtendere accuſato de hæreſi quòd ſua opinio ſit erronea.*

57 *Hæreticus correctus etiam a priuato debet reuocare errorem ſuum.*

58 *Hæreticus quando monetur ut deſiſtat ab errore debet legitime moneri.*

59 *Epiſcopos & inquiſitores monet quid debeant facere in monendo hæreticos ut deſiſtant ab erroribus.*

60 *Hæreticus pertinax eſt qui inducit aliquem ad hæreſim, uel ut hæreſim non relinquat.*

61 *Modum nouum conuincendi aliquem de pertinacia, intellige cum modeeramine.*

62 *Conſulens punitur plus quàm faciens.*

63 *Hæreticus ut non poßit capi impediens punitur uti fautor.*

64 *Fautor hæreticorum ſeu auxiliator ſeu defenſor in quibus peccant.*

65 *Pertinax hæreticus eſt qui aliquem cogit abiurare fidem catholicam.*

66 *Abiurare quid ſignificet.*

67 *Diſputantes maxime colerici ſi dicunt aliquam aſſertionem hæreticam eſſe catholicam an ſint puniendi tanquam hæretici ſeu temerarij.*

68 *Diſputantes excedunt metas loquendi & multotiens incurrunt hæreſim.*

69 *Diſputantes tenentes aliquam aſſertionem hæreticam pro catholica cum malenconia & ira quomodo ſunt puniendi.*

70 *Fautor & defenſor hæreticorum eſt qui impugnat inquiſitores ne contra*

tra eos procedant.

71 *Defenſor catholicæ ueritatis quis eſt.*

72 *Hæreticus pertinax eſt qui non uult ſe ſubijcere iudicio Eccleſiæ.*

73 *Intellectus & pratica.c.cum contumacia.de hæreti.lib.6.*

74 *Hæreticus pertinax non eſt qui non cedit cuilibet dicenti ſuam propoſitionem eſſe hæreticam.*

75 *Nunciatio facta alicui non ſtringit ſi non fiat teſtibus uel ſcriptura.*

76 *Hæreticus quis poteſt eſſe in foro conſcientiæ, ſed non in foro Eccleſiæ.*

77 *Hæreticus ſi corrigatur a peccato, ſtatim deſiſtere debet, alias pertinax eſt.*

78 *Errantem ab errore debemus reuocare.*

79 *Hæreticus pertinax eſt qui proteſtatur ſe nunquam reuocaturum, ſi tamen ſe reuocauerit, Eccleſiæ reconciliatur.*

80 *Legem quis ſibi non poteſt imponere quin liceat ab ea diſcedere.*

81 *Peccator ſi conuertatur, Deus ei miſeretur.*

82 *Hæreticus eſt pertinax qui prohibet catholicam ueritatem prædicari.*

83 *Pertinax hæreticus eſt qui nouos errores gignit.*

84 *Hæreticus pertinax eſt qui iubet aſſertiones hæreticas prædicari & catholicas prohiberi.*

85 *Ommittere & committere par delictum eſt in proſequtione hæreticorum.*

86 *Hæreticus eſt pertinax qui uſque ad mortem perſeuerat in errore, & non fuit Eccleſiæ reconciliatus.*

TRIGESIMA QVAESTIO.

1 TRigeſimo † quæro qui ſunt modi quibus poteſt aliquis de hæreſi accuſatus de pertinacia conuinci, & ad proſequtionē huius quæſtionis præſupponendum eſt quod dixi ſupra in q. 2. hoc eſt, qđ ſit pertinacia, & quotuplex eſt ꝑtinacia. ſ. exterior & interior, quo ꝑſuppoſito, ſubnecto multos modos cōuincendi de hæreſi accuſatū de pertinacia, & q̃uis non erat mētis meæ enarrare modos conuincendi aliquem de pertinacia, ſed ꝙ ſola remiſsione eſſem contentus, vt dixi ſupra. q.3. nihilominus tamen quia plures alij modi occurrūnt addendi poſiti a doctoribus, conſentaneum duxi hos modos pertractare, prout breuiter commodiuſque uidebitur.

2 PRIMVS † IGITVR modus conuincendi de pertinacia accuſatum de hæreſi eſt ex iuris præſumptione, qñ a iure diſponitur aliquē vt hæreticū damnandū, ut patet in tranſeunte, vel redeunte ad ritus Iudæorū, qui tanq̃ hæretici condēnantur in c. contra chriſtianos, de hære. li. 6.

Item

Item ſi ſuſpectus de fide citatur, ut de fide ueniat reſponſurus, & non cō
paret, & excõicatus ſtetit in excõicatione per annum, tunc ut hæreticus
uenit damnandus.c.cum contumacia, de hære.li.6. Item ſi quis deficit in
purgatione canonica ſibi indicta ob ſuſpicionem hæreſis contra eum re
ſultantem ex dictis teſtium, uel alias, ut hæreticus damnatur.c. inter ſolli
citudinem.de purga.cano.dixi plura circa hoc in meo conſilio.xj.incip.
ſuper dubio. Itē ſi quis deprehēſus fuerit in hæreſi, & nolit redire ad græ
mium Eccleſiæ, ut hæreticus traditur iudici ſeculari pęna debita caſtigā
dus.c.ad abolendam.in pri.uerſ.niſi continuo.de hære. Idem eſt cenſen-
dum de eo qui eſt de hæreſi ſuſpectus, ſi ad arbitrium epi iuxta conſide-
rationē ſuſpitionis, qualitatēque perſonæ propriam innocentiā nō mō
ſtrauerit, ut in d.c.ad abolendam.§.qui uera.iuncta declaratione quæ tra
ditur in c.excōicamus.§.qui autem.eo.tit.de hære. Item ut hæreticus dā
natur, qui relabitur in hæreſim abiuratam, uel aliā ſimilem hæreſim abiu
rauit.d.c.ab abolendam.§.illos quoque.c. ſuper eo, & c. Accuſatus.§.cū
uero.eo.tit.li.6. Item ut hæretici damnantur omnes illi qui comprehen
duntur in.§. ille quoq; d.c. Accuſatus. Idem dicēdum eſt de illis qui in ar
ticulo mortis petierunt hæreticos cōſolatores.c.filij, uel hæredes, de hæ
reti.li.6. ij enim qui ut hæretici damnantur præſumuntur a iure pertina
ces, alias non damnarentur ut hæretici, quia de ratione formali hæretici
eſt pertinacia, ut dixi ſupra.q.2.& 3.

3 SECVNDVS † MODVS Conuincendi aliquem de pertina
cia eſt, quando a iure appellatur hæreticus manifeſtus, quia alias non eſ
ſet hæreticus, niſi eſſet pertinax. Et ſunt manifeſti hæretici, qui contra fi-
dem catholicam publice prædicant, aut profitentur, ſeu defendunt hæ-
reticorum errorem, uel qui coram prælatis ſuis conuicti ſunt de hæreſi,
uel confeſſi, uel ab eis ſententialiter condemnati de hæretica prauitate,
ut eſt tex. in c. ſuper quibuſdam.§.j.de uerb.ſig.de cuius intellectū plura
dixi ſupra in proxima.q. unde cum quis facto uel uerbo monſtrat ſe non
firmiter credere fidē chriſtianam eſſe ueram, & ſanam, ſed dubiam, uel
ad ſectam aliam ſe conuertit, faciens ſe circuncidi, uel Mahometum ado
rat, talis iudicandus eſt hæreticus manifeſtus ſine ulteriori examine, & tā
quam hæreticus pertinax condemnandus, ita dicunt Ochā, in ſuo dialo-
go, & Ioan. de Turre Crema. in tracta. de poteſtat. Papæ. li.4.c.xvj.

4 Et hæc † locū habent ēt ſi quis fuerit ductus amore, uel odio, cupidita
te, uel ambitione ad prædicta committendum, quia pp nihil horum de-
bet quis crimen, maxime hæreſis, perpetrare, pro quo facit.c. hæreticus
eſt.24.q.3. ijs enim modis peruertitur iudicium humanum. ca. quatuor
modis.xj.q.3. amor nō excuſat a delicto, ut de dante poculū amatorium

ſcribitur.l.3.§.adiectio.ff.ad.l.Corne.de Sicca.l.ſi qs aliquid.§.qui nondũ.ff.de pœnis,licet nihil ſit furore amoris uehemẽtius,quem refrenare philoſophiæ eſt.§.illud quoq;.uerſ.nouimus etenim.in auth. quib.mod. natu.filij effi.legi.coll.6.& in hoc errauerunt multi ſapientes, ut Ariſtoteles,& iuriſcõſultus Appius Claudius, q captus fuit amore cuiuſdã uirginis.l.2.§.& cum placuiſſet.ff.de ori.iur.ſalomon ẽt aſſiduitate & conuerſatione mulierũ adorauit idola,& eis tẽplũ ædificauit.c.ſalomõ.32. q.4.unde philoſophus.7.eth.inqt.ira enim & cõcupiſcentia uenereorũ manifeſte & corpus tranſmutãt,& inſanire faciunt,ut refert Albe.de Roſa.in l.unica.C.de ſena.conſ.claudiano.& odio alterius qs non debet pgrauari.l.ſi quis in ſuo.C.de inoff.teſt.c.nõ debet.de re.iur.li.6.& qui occidit fratrem ſuum,& qui odit,& qui detrahit ei pariter homicida demõſtratur.c.homicidarum.de pœ.diſt.j.facit.c.homicidiũ,ea.diſt.& Ioã.j. qui odit fratrem ſuum homicida eſt.cupiditatem intellige quæ conſiſtit in præmio uel expectatione præmii.ca.1. de re iud. lib. 6.

5 Ambitio † aũt ſemper eſt peccatũ,quod tripliciter cõtingit, uno modo,qñ quis appetit honorẽ de excellentia quã non habet, Secũdo, qñ honorẽ cupit non referendo ad Deũ.Tertio,qñ honorẽ quem habet nõ refert ẽt ad utilitatẽ aliorũ,ut ſcribit.ſ.Tho.in 2.2.q. 131.art.j.ſi ergo nõ licet amore uel odio,cupiditate uel ambitione alia crimina cõmittere, ut patet per prædicta,multo minus hoc crimẽ hæreſis,quod eſt maximũ peccatorum,ut tradit Card.de Turre Cremata.in c.quid autem.24.q.3.

6 Sed in hoc † ſecundo modo conuincendi aliquem de prauitate hæretica eſt aduertendũ,ꝙ accuſatus de hæreſi poteſt excuſari ab hæreſi,& a pertinacia,quo ad factum hæreticale in duobus caſibus,primus eſt, ſi qs forſan captus ab infidelibus,uel hæreticis,metu mortis actum hæreticalem commiſerit, puta ſi pro morte euitanda quis adorauerit Mahometũ, uel paſſus fuerit ſe circuncidi, uel ad ritus iudæorum,uel Mahometi trãſierit,uel redierit,licet peccatum mortale commiſerit,excuſandus eſt tñ ab hæreſi,& pertinacia, hoc enim modo excuſabatur Papa Marcellinus, nec fuit iudicatus hæreticus a concilio generali ad hoc congregato, licet ipſe uoluntarie ſeipſum abdicauerit a Papatu.c.nunc autem. 21.di. prout tradit Deci.in conſi.clj.maximi ponderis.col.4.peccauit tamẽ ipſe Marcellinus mortaliter, quia fecit contra legem Dei exodi.ca. xx. ubi Deus loquens de ſculptilibus,& imaginibus dicit, non adorabis ea, ſcilicet exterius, neque coles, ſcilicet interius, ut ibi exponit gloſſ. unde peccatum eſt,idolis exteriorem, uel interiorem, cultum exhibere propter quæcunque,prout late ego proſequutus ſum hanc materiam. in rub. de hæret,lib.6.q.1 .nu.67.incipien.accedit &c.

Secun-

7 Secũdus † caſus excuſationis eſt, ſi quis abſoluta ſiue præciſa coactione coactus fuerit actum hæreticalem committere, puta quia ligatus & renitens circunciditur, uel eius genua per vim ab alijs flectuntur ante idola, uel Mohometum, & ſicut dicitur abſoluta coactio, cum quis renitens, inuitus, reclamans fertur ad fontem, & cum uerborum prolatione immergitur, & talis non recipit ſacramentum baptiſmatis, ut argu. in cap. ſacris. quod metus. cauſa. ut eſt tex. in c. maiores. §. item quæritur. uerſic. ille uero. de baptiſ. & glo. iuncto tex. in cap. contra chriſtianos, de hæreti. libr. 6. ſic pariter dicendum eſt hunc paſſum uim præciſſam, & abſolutam, non abnegaſſe Chriſtum ſeu baptiſmum, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l. 1. cum alijs. ff. de ijs, qui ſui. iur. ſunt, iſte enim dicitur potius pati, quàm agere, & ideo non peccat mortaliter, ut probatur in d. c. ſacris.

8 Circa † tamen primum caſum eſt aduertendum, in quo dico, quòd ille qui mortis metu abnegat fidem, nõ eſt cenſendus hæreticus, licet mortaliter peccet, intellige in propria materia, uidelicet quãdo ſumus in ijs, quæ ſunt prohibita de lege naturæ, uel de lege diuina, etiam ꝙ eſſet talis metus qui caderet in conſtantem uirum, non enim excuſat a peccato operationem ab huiuſmodi legibus uel altera earum prohibitam, cum ſit omnino mala & non excuſanda, quod probatur in d. c. ſacris. in uerbo attenuet. quod met. cauſ. ubi metus diminuit culpam ſed non excuſat, & pro hoc dicit Ariſto. in 3. ethicorum, propter quæcunque durisſima, non eſt turpe quid agendum, & propterea machabei propter metum mortis illatum noluerunt comedere carnes ſuillas, quinimo pasſi ſunt ob hoc mortem. primo Machabeorum. 6. cap. ratio eſt quia ſecundum Ariſt. in 3. ethi. & Grego. Nicenum in libro de homine, huiuſmodi quæ per metum aguntur ſunt mixta ex uoluntario, & inuoluntario, id enim quod ꝑ metum agitur, in ſe conſideratum non eſt uoluntarium, ſed fit uoluntarium in caſu, ſcilicet ad euitandum malum quod timetur. dicit S. Tho. in 1. 2. q. 6. art. 6. ꝙ ſi quis recte cõſideret, magis ſunt hmõdi uoluntaria ꝙ̃ inuoluntaria, ut ibi per eum, & propterea dicit. l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod met. cau. ꝙ adiens hæreditatem per metum hæres efficitur, quia coactus uoluit, & ibi notat glo. ꝙ uoluntas coacta uoluntas eſt, quod habet locum in rebus propriis, ſecus in rebus quarum coactus habet adminiſtrationem. l. j. in fin. ff. de auth. tut. ut dicit Bal. in rubri. de contro. inueſtituræ. in fi.

9 Ad prædicta † etiam facit quod inquit Ioannes de Gerſon, ꝙ nulla neceſſitas excuſat in ijs quæ ſunt de lege diuina, nec obſtat ꝙ Dauid metu mortis, quæ ex neceſſitate naturæ, ſi non comediſſet, ſibi imminebat, co-

medit ſine peccato panes propoſitionis.1. Regũ.c.21.vbi licet non dicatur,ꝙ de illis comederit Dauid,Chriſtus tamen hoc declarauit Mathæi. 12. quia dicit præfatus Gerſon Dauid habuiſſe ex reuelatione, ut comederet illos panes propoſitionis, ex quo laycos panes non habebat,ſic ẽt Sanſon qui ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſsit excuſatur ob diuinam inſpirationem, ut inquit Auguſtin.de ciuitat. Dei. libro primo.capitulo. 21.

10 Et ſi † dicatur, ꝙ ſicut vis conditionalis non impedit impresſionẽ caracteris,ut in c.maiores.§.item quæritur.de baptiſmo,ita a contrario videtur dicendum,ꝙ abnegatio fidei,& ſic hæreſis contrahatur ab illo qui metu conditionali, uel cauſatiuo tranſit ad ritus paganorum,uel iudæorum,aut cultum idolorum,ſeu ad negandum fidem Chriſti, per regulã, cuius conſenſus in conſtruendo requiritur eiuſdem etiam in diſſoluendo interuenire debet.in auth.contra ſi filii.C.de repudi.in l. nihil tam naturale.ff.de regu.iur.c.1. extra eo.tit. Ad hoc dico,ꝙ prædicta non habent locum in ſpiritualibus,quæ facilius conſtruuntur, quàm deſtruantur,vt eſt tex.in c.inter corporalia.in princip.de translatio.& ideo matrimonium licet conſenſu contrahatur.c.cum locum. de ſponſa.c.ſufficit. 27.q.2. tamen contrario conſenſu diſſolui non poteſt, immo nullo modo,quia quos Deus coniunxit homo non ſeparet.c. 2.de translatio. prælato.capitu.ex parte. de conuerſi.coniugato.& idem eſt in baptiſmo, & ordine,in quibus caracter imprimitur ſpiritualis,ideo contrarius conſenſus illum delere non poteſt,ut ſcribitur per glo.& docto.in ca.1.de reg. iur. Præterea in caſu d.§. item quæritur.idcirco non ſuccurritur metum paſſo conditionalem,quia caracter ille eſt indelebilis,& ideo non poſſet ibi eſſe retro actio,nec debet,maxime cum ſit coactus,& inuitus ad meliora, argu. eorum quæ notantur in c.cum dilectus, quod met.cauſa,vt ſcribitur.in d.§.item quæritur, quæ non militant in eo qui metu conditionali abnegat fidem Chriſti, uel tranſit ad ritus alterius ſectę, quia cũ non habeat errorem in intellectu,nec pertinaciam,non eſt dicendus hæreticus, nec ex quo non habet liberam operationem poteſt dici apoſtata,ut notatur in d.c.contra chriſtianos, & ſatis probatur in l. 1. & 3. C. de apoſta.& ſicut inuitatus ad deteriora poteſt reſtitui per actionem qđ met.cauſa.d.c.cum dilectus.ca. ſuper hoc.de renuncia. quia ſcribit Ray. de penna forti.ꝙ uox prætoris dicentis, quod metus cauſa geſtum eſt ratum non habebo,de qua.in l.1.ff. quod met.cauſa,eſt uox Dei,quam poſuit in ore prætoris,refert Bal.in rubr. de contro. inueſti.in fi. & peccatum quod incurrit talis uim conditionalem paſſus, eſt forſan ex inconſtantia quam habuit circa fidem.

Quia

11 Quia † potius moriendum eſt q̄ idolaticis uefci. cap. ſicut ſatius. 32.q.4.facit cap.ſi de arca.26.q.2.ſcribit Card.de Turre Crema.in ca. nunc autem. 21.diſtin.intellige dando honorem idolo, cui eſt immolatum, quia ſic illis uefci eſt idolatrare, quod eſt grande peccatum & magis uitandum quàm mors corporalis, quia ut inquit Phi. 3. ethi. ante eſt moriendum quàm turpe committendum. Propterea laudantur ſancti martyres qui pro fide uicerunt regna cœlorum, qui pro Chriſto paſſi & mortui noluerunt idolis immolare, hæbræorum.xj. & confeſſio fidei eſt neceſſaria ad ſalutem, pro loco & tempore, quando ſcilicet per dimiſſionem huius confeſſionis ſubtraheretur honor debitus Deo.Paul.ad Roma. x. corde creditur ad iuſticiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem, ſcribit San. Thom.in 2.2.quæſt.3.arti. 2.& Auguſti.de Anco.in tractatu de poteſtate Papæ.q.v.art.2. Si uero quis extra metum mortis aliquid aſſereret, uel faceret, quod eſſet hæreticum, etiam ſi diceret ſe credere & tenere quod ſancta mater Eccleſia tenet & credit, ut hæreticus eſſet iudicandus. capitulo. contra Chriſtianos, de hæretic. libro ſexto. & late habetur in deciſione Rotæ. Dccclxxv. incipiente Accuſatus de hæreſi.

12 TERTIVS † MODVS Conuincendi aliquem de pertinacia eſt, quando diceret aliquam partem noui uel ueteris teſtamenti falſum continere, uel a catholicis non eſſe recipiendam aſſereret, hic enim hęreticus pertinax eſſet cēſendus, & fuit unus de erroribus hæreticalibus Manicheorum, qui reſpuebant vetus teſtamentum, quod reprobatur in ca. qui Epiſcopus. xxiij. diſtinctio. patet etiam per Paul. ad Romanos 7. dicentem de teſtamento ueteri, lex ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum, ergo lex uetus non debet reſpui tanquam mala.

13 Et licet † uetus teſtamentum non ſit obſeruandum ſecundum literam, quo ad legalia, quę umbram futurorum continebant, ſicut dicam infra, uide in pontificali in coronatione Papæ, quando Iudæi ueniunt obuiam ad Papam in monte Iordano, quibus Papa reſpondet, nihilominus eſt honorandum quo ad omnia conteta in eo, quantum ad authoritatē ueritatis, unde Chriſtus in Euangelio, & Apoſtoli in Epiſtolis uſi ſunt frequenter teſtimonijs & authoritatibus legis, & prophetarum ad ſuam confirmandam ueritatem, ut patet ſacram ſcripturam intuenti, unde iſti manichei reſpuentes authoritatem, & ueritatem ueteris teſtamenti, Chriſto & apoſtolis qui uetus teſtamentū induxerunt in teſtimoniū ueritatis, quā prædicabāt, plene aduerſabātur, & illos calūniari uidentur de falſis teſtimonijs, qđ impiū eſt, error eorū oſtenditur īpius, quia ſcripturā, quā

Chriſtus, qui ueritas eſt acceptat, & inducit in teſtimonium, illi ſtulti & hæretici reſpuūt. nūquid Chriſtus dicit Ioan. 5. ſi crederitis Moyſi, crederetis utique & mihi, ille enim de me ſcripſit, item dicti manichei non recipiebant totum nouum teſtamentum, tanquam in aliqua ſui parte falſum continens, ideo hæretici ſunt iudicati, cum tota ſacra ſcriptura uerum contineat, & in nulla ſui parte falſum habeat, eſt enim candor lucis æternæ, ſpeculum ſine macula ſcilicet erroris uel falſitatis, & contra hos hæreticos inuehitur Aug. in lib. de moribus Eccleſiæ, inquiens, dicere in ſacra ſcriptura aliquod falſum contineri, quid hac uoce impudentius? quid ſcœleſtius? niſi ſimulacrorum cultores Chriſti nomen odientes iſta auſi ſunt dicere.

14 Inſuper † in nouo teſtamento, aut loquitur Chriſtus, aut Apoſtoli, Chriſtus cum ſit ueritas & uita Ioan. 4. falſum dicere non potuit, Apoſtoli etiam non, cum Spiritu Sancto loqui fuerint, ſecundum illud Mathei. x. nō eſtis uos qui loquimini, ſed Spiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis, & Ioan. 16. cum uenerit ille Spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem, hinc beatus Auguſt. ad Hierony. ſcribens ait, Ego ſolis libris ſcriptorum, qui canonici appellantur didici hunc timorem, ſcilicet reuerentialem, honoremque deferre, ut nullus eorum ſcribendo errare audeam credere, ut habetur in capitulo. Ego ſolis. nona. diſtinctione.

15 Poſtremo ſi † nouum teſtamētum in aliqua ſui parte falſitatem contineret, non maneret aliqua ſui parte ſtabilis authoritas. c. ſi ad ſcripturas. diſtin. 9. ſicut ſi aliquid falſitatis reperiretur in inſtrumento, totum redditur ſuſpectum, nec ei creditur. l. 2. in fi. ff. de fide. inſtrum. Ab hoc modo conuincendi aliquem de hæreſi & pertinacia excipitur laycus illiteratus uel ſimplex, qui neſciret quid per nouum, uel uetus teſtamentum importetur, & ſeductus ab alijs dicat nouum uel uetus teſtamentum, uel aliquam partem recipi non debere, firmiter tamen crederet totam fidem Eccleſiæ eſſe recipiendam. arg. c. dicit Apoſtolus. 24. q. 3. facit quod inqt Inn. in rubr. de Summa Tri. eſt ergo diligenter examinandus, & de ueritate informandus, & ſi poſt informationem debitam, non ſe corrigeret, eſſet, ut hæreticus pertinax iudicandus. arg. c. qui in Eccleſia. 24. q. 3. quia ſacræ ſcripturæ non poſſet ſubeſſe falſum ratione emanationis ſeu originis, quia ex reuelatione eſt, Spiritu enim Sācto inſpirati loquti ſunt Dei homines. 2. Pe. j. & Iob. 13. Spiratio Dei omnipotentis Dei eſt, & Eccle. primo, fons ſapientię uerbū Dei in excelſis, tenētes ergo pertinaciter aſſertiones contrarias ſacræ ſcripturæ, in propria uerborū forma, ſiue contrariū ex ſacra ſcriptura in neceſſaria ſeu formali cōſequētia deducatur,

hære-

hæretici ſunt cenſendi,& aſſertiones hæreticæ ſunt, ut pro loquutus ſum ſupra in q. 5. Et ex dictis in hoc tertio modo pōt inferri corrolarium. ꝙ Theologus,& in ſacris literis exercitatus legendo,& conſiderādo eas, eſt obligatus certa,& explicita fide tenere,& nullatenus dubitare de multis, de quibus ſimplex,& idiota requiſitus rationabiliter,ſi non pertinaciter, dubitaret,ut ꝙ Thobias habuerit canem,uel Aaron barbam, uel arca teſtamenti de pilis caprarū cooperturam.Ita inquit Ioan.de Gerſo. in prima parte alphabeto. 14. Facit quod apud Mathe. dicit Chriſtus, donec tranſeat cœlum & terra iota unum, aut apex unus non præteribit a lege donec omnia fiant.& Lucæ.16.facilius eſt cœlum & terram præterire,q̄ de lege unū apicē cadere,Deus eñ nō pōt eſſe author mēdacij Pſal.144 Fidelis Deus in oībus uerbis ſuis,& Deut.7.ipſe eſt Deus fortis & fidelis.

16 QVARTVS † MODVS Conuincendi aliquē de pertinacia eſt ſi crederet,uel teneret uniuerſalem Eccleſiam errare,uel erraſſe, ex quo cepit Eccleſia chriſtiana congregari, licet credat fidem chriſtianam traditam a Chriſto,& ab Apoſtolis eius, in nulla parte ſui mendacium continere, talis enim,ut dicunt aliqui,non eſt examinandus, an paratus ſit corrigi, ſed eo ipſo ꝙ ta[illegible] a uerba dicit eſt ꝑtinax reputādus.ita dicebat Ochā,& Card.de Turre Cre.ſequit.Ad hunc modū conuincendi aliquem de pertinacia,ultra doctores,uidetur mihi ꝙ ſint dandæ aliquæ declarationes.

17 PRIMA † EST,ꝙ uniuerſalis Eccleſia,quæ ex congregatione fidelium omnium conſtituitur.c.in Eccleſia.de conſecra.diſt.j.in ijs quę ſunt fidei errare non poteſt,quia Chriſtus orauit pro ipſa Eccleſia,ut non deficeret c.maiores.in prin.de baptiſmo.c.a recta,& c.pudēda.24.q.j. unde impoſſibile eſt,ꝙ uera fides Chriſti remaneret in uno ſolo, ita ꝙ uerū eſt dicere,ꝙ fides non deficit in Eccleſia,ſicut ius uniuerſitatis poteſt reſidere in uno ſolo,ut notatur in c.gratum.de poſtu.prælato. traditur in l. ſicut. ff. quod cuiuſque uniuerſi.quod patuit poſt paſſionem Chriſti, nā fides remanſit duntaxat in Beata uirgine, quia omnes ſcandalizati ſunt, & relicto eo fugerunt.Matthæi.xxvj. prout fuerat prophetatum ab Eſa. lxiij. inquiente . torcular calcaui ſolus , & de gentibus non erat uir mecum, ut ibi exponit gloſſ. interlinearis, ubi dicit Dominus Vgo. Cardinalis, quòd ſola Beata mulier, & uirgo mater eius cum filio ſuo patiente fidelis extitit. & permanſit. quod ſignificatur per candelam quæ in tribus diebus tenebrarum hebdomadæ ſanctæ non extinguitur, ut dicit Guilielmus Durandi, in ſuo rationali diuinorum officiorum, in rubrica de quinta feria, & tamen Chriſtus ante paſsionem orauerat pro Petro,ut non deficeret fides ſua, ergo non dicitur deficere, nec etiam errare,ſi remaneret fides in uno ſolo, & forte hinc dicit gloſſ. in capitulo.

quamuis.xxj.diſt.ꝙ ubi ſunt boni,ibi eſt Eccleſia Romana,ita dicit Abbas in cap. ſignificaſti.colum.2.de electio. eſt ergo prima declaratio, ꝙ iſte modus intelligitur de uniuerſali Eccleſia aliquid dicente uel ſtatuente in iis quæ ſunt fidei,ꝙ errare non poſsit, Vnde credens uel aſſerens uniuerſalem Eccleſiam errare uel erraſſe,de pertinacia conuincitur,ſine ulteriori progreſſu, & in hoc uidentur omnes conuenire, quia talis credulitas uel aſſertio contradicit ſacræ ſcripturæ aperte, & catholicæ ueritati prout late dixi ſupra in q.v.

18 SECVNDA † DECLARATIO eſt,ꝙ idē modus cōuincendi aliquem de pertinacia habet locum ſiquis crederet aut aſſereret uniuerſale concilium in ijs quæ ſunt fidei errare poſſe, intelligendo de uniuerſali concilio plenario.in quo cum Eccleſiæ patribus, Romanus pontifex eorum caput & princeps unanimi conſenſu,& authoritate concurrit, & hoc concilium generale ſiue uniuerſale plenarium errare non poteſt in ijs quæ fidei ſunt,ut multis fundamentis probat Card. de Turre Crema.in ſua ſumma Eccleſiæ.lib.3.capitulo.58. quicquid contra hoc ſenſerit Ocham in ſuo dialogo . Quod poteſt ultra dicta per eum confirmari hoc medio, ille non poteſt errare in fide cuius aſſertio uel determinatio non poteſt reuocari in dubium,ſed determinatio cōcilij generalis in materia fidei non poteſt in dubium reuocari.cap.maiores.24.q.j. ubi dicitur non eſſe retractandum quod ſemel concilium generale ſtatuit contra unamquamque hæreſim,& melius hoc exprimitur in l.nemo. C.de Summa.Trin.ergo &c.maior de ſe patet,& hoc ſufficit, ut credendum ſit, ꝙ errare non poſsit . Item Eccleſia regitur Spiritu Sancto , qui eſt Spiritus ueritatis,hoc enim promiſit Chriſtus diſcipulis ſuis Ioan.17. cum uenerit ille Spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem,& ideo conciliū generale in ijs quæ ſunt fidei errare non poteſt,ut ſcribit Iacobus Alama. in 3.ſententiarum.diſt.28.q.j.circa fi.

19 TERTIA † DECLARATIO eſt,ꝙ ea quæ prædixi de uniuerſali Eccleſia,uidentur etiam habere locum in deciſis , & determinatis a ſummo pontifice tanquàm pontifice circa ea quæ ſunt fidei , in quorū deciſione errare uon poteſt,ſi aliquid ad fidem ſpectans determinaret authoritate iudiciali , non autem perſonali , & hoc uidetur comprobari ex decreto Hieronymi in cap.Hæc eſt fides.24.q.j. inquientis,ſi hæc noſtra confeſsio apoſtolatus tui iudicio comprobatur , quicunque me culpare uoluerit,ſe imperitum,uel maliuolum,uel etiam non catholicum,nō me hæreticum comprobabit,manifeſte in ijs uerbis Hieronymus cenſet , ꝙ ex approbata fidei confeſsione a Papa , aliquis obſiſtens non catholicus & ſic hæreticus iudicatur , & ibi ſic concludit Card. de Turre Crema. &

pro-

probatur in d.c.maiores.in principio,& hanc concluſionem multis fundamentis confirmat d.Card.Thomas de Vio,in ij. parte ſuæ apologiæ. cap.13.& 14.ubi reſpondet fundamentis Ocham & aliorum contrariũ ſentientium.Sed quia aliqui nimis animoſe defendunt,ꝙ non eſt neceſſario credendum determinatis a ſummo pontifice,ideo non auderem dicere., aliquem de hæreſi & pertinacia conuinci, credentem uel aſſerentem ſummum pontificem cum ſuo collegio cardinalium in ijs quæ fidei ſunt errare poſſe, putarem tamen eſſe ualde temerarium & caſtigatione dignum aſſerere contrarium, cum eſſet in depresſionem tantæ maieſtatis. arg.cap.j.de maledicis,cuius apex aut ſanctum facit, aut ſanctum inuenit.cap.non nos.40.diſtin.Et dicunt aliqui ,quòd quando quæſtio eſt de fide, huius materia eſt ad ſummum pontificem deferenda, non ut ferat ſententiam, ſed ut concilium congreget, & concilium indefectibiliter ſententiabit.

20 EGO † TAMEN ſalua determinatione S.R.E.tenerem,ſemper ſtandum eſſe determinationi ſummi pontificis circa ea quæ in cauſis fidei ipſe authoritate ſui officij, cum Reueren. dominorum Cardinalium ſenatu decideret,& non poſſe tantam ſanctitatem in ijs errare,quia ſpecialiter Petro eiuſque ſucceſſoribus dictum eſt a Chriſto, oraui pro te Petre ut non deficiat fides tua,ut in d.cap. maiores. intelligendo de errore iudiciali,ſecus de errore perſonali, quia ipſe Papa hæreticus poteſt eſſe, & de hæreſi damnari poteſt,prout multi pontifices hæretici fuerunt.ca. ſi Papa.40. diſt.ibi,a nemine iudicandus eſt niſi deprehendatur a fide deuius,ut late tradit Deci.in conſi.151.maximi ponderis.colum.ij.& dixi in repetitione cap.j.de hæreticis.lib.6.q.16.& Auguſt.de Anch.in tract. de poteſtate Papæ.q.quinta.arti.j. ſcribit aliquid Abbas in c.ſignificaſti. colu.ij.de elect.

21 Si uero † eſſemus extra ea quæ fidem tãgunt & bonos mores, ut inquit Card.in c.Anaſtaſius.xiij.diſt,concilium generale ſiue Eccleſia uniuerſalis errare poteſt, ſicut alias errauit ſuper matrimonium contrahendũ inter raptorem & raptam, & dictum Hieronymi melius ſentientis fuit prælatum ſtatuto concilij,ut probatur cap.placuit.36.q.ij.ubi a concilio generali apud Aquiſgranum, erat prohibitum matrimonium inter raptorem & raptam,ſed authoritas Hieronymi contrarium ſentientis præualuit dictum matrimonium legitimum eſſe decernentis in cap.tria.ea.cau. & q.& hodie eſt approbatum dictum Hieronymi in c.cum cauſa,& cap. fi.de rapto. & forſam innitebatur diuus Hieronymus authoritate ſacræ ſcripturæ ſuper matrimonio raptoris & raptæ,& ideo fuit prælatum eius dictum determinationi dicti concilij generalis ut traditur in c.j. xx. diſt.

Et

Et hoc habet locum,ſiue in concilio generali, ſiue in uniuerſali Eccleſia, quia eadem eſt ratio,ut in ijs errare poſsit,ut dicit Deci.in d.c.ſignificaſti,col.ij.uerſi.ſed iſta reſolutio.

22 Præterea†dicta uniuerſalis Eccleſia ſiue concilium generale errare poteſt in ijs quæ conſiſtunt in facto , puta excommunicando aliquem, qui non erat excommunicandus ex cauſa latenti,ut eſt tex.in c.a nobis.ij.de ſenten.excommunica.& ibi ſcribit Abbas.facit.c.j.de conſti.libr. 6. & in hoc errore facti peritiſsimi falluntur, ut eſt glo.in l.2. ff. de iur.& facti. igno.ita concludit Henri.Boich.& Fely.in dicto.capitulo. a nobis. & in cap. uenerabili. de teſtibus, ubi tradit an poſsit errare in canonizatione ſanctorum.

23 Dicit†tamen Henri.Boich.in d.c.a nobis,ꝙ Eccleſia non poteſt errare in ijs quæ ſunt iuris,& pro hoc allegat illud Lucæ.xij. Ego oraui pro te Petre,ut non deficiat fides tua,ut refertur in §.j.xx.diſt.& in d.cap.maiores.in prin. de baptiſ.quæ authoritas, ut dixi, fuit intellecta in ijs quæ ſunt fidei, prout omnes dicunt. Quod autem extendatur ad ea quæ ſunt iuris,ad minus poſitiui,ſatis ambigendum eſt, per ea quæ dixi, ꝙ concilium generale errauit ſuper matrimonio raptoris & raptæ.

24 De Papa†autem,conſiderando eius perſonam,non autem iudicialem poteſtatem,ꝙ errare poſsit etiam in ijs quæ ſunt fidei multis authoritatibus,& exemplis comprobari poteſt,ut proxime dixi allegando. d.ca. ſi Papa,fuerunt quidē multi,maxime pontifices,hæretici, Primus fuit Marcellinus,qui contra fidem errauit,idola adorando.c.nunc autem.21.diſt. & licet non errauerit in mente prauitati hæreticæ adhærendo,ex quo tamen facto negauit Chriſtum,dum renuit ſe confiteri chriſtianum, idolatriæ crimen commiſit, non ideo tamen fuit hæreticus, nec pro hæretico iudicatus,quia de compulſione apud concilium conſtabat.Nec obſtat ſi dicatur ꝙ ipſe Marcellinus depoſuerit ſe,uel renuntiauerit pontificatui, quia hoc non uidetur authēticum, Immo a die quo ſub Diocletiano Imperatore capite truncatus eſt, eius Epiſcopatus uacauit, quod non fuiſſet,ſi ipſe renuntiaſſet,nam a tempore renuntiationis uacaſſet.c.j. de renuntia.lib.6.cle.j.de renuntia.tradit Card.de Turre Cre.in d.c.nunc autem.art.4. Secundo fuit hæreticus Liberius Papa, qui conſenſit perfidiæ Arrianæ,ut habetur in cronicis,nam primo fuit catholicus, & feruide cōtra Arrianos proceſsit,& ob hoc Conſtantius Arrianus eum in exiliū miſſit & clerus de conſenſu eiuſdem Liberij Fœlicem præsbyterum in Papā ordinauit,qui amplius Arrianos expugnauit, in tantum ut Arriani Conſtantium rogarent, ut Liberius reſtitueretur tanquàm eis magis fauoribilis,& ſic Liberius reuocatus fuit,& Fœlix deiectus,& quia Liberius Arrianis

nis fauebat, ideo Fœlix cum catholicis cum admonitum & contumacẽ, tanquàm hæreticum de Eccleſia eiecit,& tunc ſciſma factum fuit,& perſequutio magna fidelium, & ſic de hoc Liberio proprie non poteſt dici ꝙ fuerit hæreticus exiſtens Papa,ſed,poſtquàm renunciauit papatui. Tertio, Anaſtaſius ſecũdus propter hæreticam prauitatem fuit a Romana repudiatus Eccleſia,ut habetur in c.Anaſtaſius.xix. diſ.fuit enim primo bonus,ſed poſtea ab Achatio hæretico ſeductus eſt, & cum eo communicauit,& ob hoc clerus ſeparauit ſe ab eo, & quia noluit reſtituere Achatiũ occulte,licet non potuerit,diuino iudicio percuſſus eſt,inteſtina amittendo dum aſſellaret,ut dicit glo.in d.c.Anaſtaſius.

25 Et licet † quis ob ſolam familiaritatem ſeu communicationem cũ hæreticis,non poſſet ut hæreticus damnari,ſed ab officio ſuo ſuſpendi, donec ſcandalum ſopiatur,ut in c.inter ſollicitudines.de purga.cano.& etiã ob fauorem præſtitum hæreticis, ab eo qui nunq̃ hæreſim abiurauit non incurritur hæreſis.c.accuſatus.§.ſi uero.de hære.lib.6.ſed ex communicatur ipſo iure.in c.excõmunicamus.§.credentes.de hæreticis, & ſic uidetur ꝙ Anaſtaſius non fuiſſet hæreticus ob communicationem ſeu fauorẽ ab eo præſtitum Photino & Achatio, tamen quia dictus Anaſtaſius non ſolum communicauit & fauit dictis hæreticis,ſed etiam in eadem hæreſi ſtetit,& eam prædicauit,ideo hæreticus fuit,ut dicit glo.in d.c. Anaſtaſius,& in d.§.ſi uero.Et ad hæc faciunt quæ dicunt Hoſtien.Ioan. Andre. & alij in c.quicunque.in prin.de hære.lib.6. de pluribus aliis ſummis põtificibus poſſent exempla adduci, quòd hæretici fuerunt, quæ pro nunc prætereo.

26 QVARTA † DECLARATIO eſt, ut iſte modus conuincẽdi de pertinacia accuſatum de hæreſi intelligatur in eo qui tenetur explicite credere ea quæ ſunt fidei,ſecus uidetur dicendũ de eo,qui ſolum tenetur credere implicite,qui autem ſint iſti,late dixi ſupra in 28.q.uerſ.quo ad primum,iſti enim qui non tenentur explicite credere,ſed implicite, ſi dixerint abſque pertinacia,& hæretica prauitate,ex ſimplicitate,& ignorãtia Eccleſiam errare uel erraſſe,poſſent excuſari, & ideo forte dici poſſet,ꝙ iſti examinandi ſunt ſollicite,& an parati ſint corrigi,uel non, & ſi quidem parati ſint corrigi,non eſſent pertinaces,ut hæretici iudicãdi, ſin autem corrigi nolint,ſint inter pertinaces & hæreticos numerandi.iuxta cap.qui in eccleſia.24.di.Confirmatur,quia hæc determinatio, ꝙ Eccleſia uniuerſalis non poteſt errare in ijs quæ ſunt fidei, & quæ bonos mores concernunt,fundatur in uerbis Chriſti, Mathei ultimo. ego uobiſcũ ſum uſque ad conſummationem ſeculi,& in illis uerbis, quæ Chriſtus dixit apud Lucam,xij.c.ego oraui pro te Petre,ut non deficiat fides tua, ut

regi-

regiſtratur in d.c.maiores.de baptiſ.in prin.multi ſunt illiterati,qui nunquàm hoc audiuerunt,ideo non tenentur explicite credere, & circa hæc dixi plura ſupra in d.q.28.& tradit plura Innoc.in rubri.de Summa.Trini. & hæc dicta & dicenda ſunt ſub proteſtatione de qua in frontiſpicio huius operis.

27 Dici tamen † poteſt ſecundum Petrum Ximenii de Praxano. in ſuo cõfutatorio.capitulo.142.quòd inter omnes articulos fidei, primus & maior,& maioris neceſſitatis eſt,credere uniuerſalem Eccleſiam catholicã non poſſe errare,& ille tangitur in ſymbolo Apoſtolorum,cum dicitur, ſanctam Eccleſiam catholicam,ſi enim eccleſia poſſet errare contra fidẽ iam nõ eſſet ſancta,& ſic iſte articulus eſſet falſus,quod eſt impoſſibile. eſt etiam iſte articulus maior q̃ cæteri, quia eſt ſicut fundamentum, uel ſicut principium reſpectu concluſionum,nam ſiquis erraret circa omnes articulos,& non erraret in iſto de Eccleſia uniuerſali, erit ſanabilis, quia cum crederet Eccleſiam non poſſe errare,cum illa aſſerat ſibi hoc, ſequeretur neceſſario,ꝙ deberet credere omnia eſſe uera,ſi tamen quis credat cæteros articulos,& iſtum negat,tota fides periret,quia ſi ego credo Eccleſiam uniuerſalem potuiſſe errare,dubitabo an Euangelia ſint uera, & dicam ꝙ quando Eccleſia recepit iſta quatuor Euangelia, & repulit alia, ꝙ forte errauit,ſcilicet quia illa erant uera,hæc uero falſa,& ſic de omnibus libris ſcripturæ ſanctæ,& tunc tota fides catholica periret, non ergo manet fundamentum aliquod ſi non credamus Eccleſiam uniuerſalẽ nõ poſſe errare. Dicendum eſt igitur, ꝙ qui non credit eccleſiam non poſſe errare,non credit Chriſtum,immo nihil credit de nouo,nec de ueteri teſtamento,nec intelligit,quid ſit fides,nec unde ueniat certitudo eius,cum autem ſtet Eccleſiam non poſſe errare,tenebitur ſequi eam in omnibus determinationibus ſuis,& erimus certi, ꝙ ſequendo eam, non erramus, unde ſicut tenemur credere alios articulos fidei contentos in ſymbolo,ſic pariter iſtum,ſcilicet Eccleſiam uniuerſalem non poſſe errare in ijs quæ fidẽ & mores concernunt,quam concilium generale repreſentat,& determinat dubia,quæ circa fidem emergunt.

28 Quia † Eccleſia uniuerſalis,prout eſt uniuerſitas omnium chriſtianorum per totum orbem diſperſorum, nunq̃ conuenit ad aliquid de fide determinandum,nec de moribus,ſed concilium generale cõuenit, quod dictam uniuerſalem eccleſiam repreſentat,arg.l.municipes.& l.quod maior.ff.ad munici.glo.& doct.in l.aliud.§.refertur.ff.de regu.iuris. l. ciuitas.ff.ſi cer.pet.in c.cum omnes.de conſtitu. & iſtis conciliis generalibus dubia fidei terminantibus eſt ſtandum.ſicut quatuor Euangeliis, & eodẽ honore uenerenda ſunt, quia in ijs uelut in quadrato lapide ſanctæ fidei

ſtructura

ſtructura conſurgit, uti de quatuor conciliis generalibus teſtatur Gregorius in c.ſicut.diſt. 15. & non uidetur maior ratio de illis quatuor conciliis, quàm de aliis conciliis ſuper cauſa fidei adunatis, ideo idem ius eſt cenſendum.l.illud.ff.ad.l.acqui.

29 Et frequens † conciliorum celebratio agri dominici præcipua cultura eſt, quæ uepres, ſpinas, & tribulos, hæreſim errorum & ſciſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & uineam domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit, ut habetur in c.frequens. de authoritate generalium conciliorum in pragma.ſanctio. talis reformatio in cōcilio generali maturius conficitur, quia ibi q̃ plures conuocantur, & omnes in unum conueniunt. c.canones.§.concilij uero.xv.diſt. cum alijs, ut ſcribit Deci.in conſi.cli.anteq̃ perſcruteris, col.2. merito igitur attentis prædictis aſſerens dictum concilium generale in ijs quæ fidei, ſeu morum ſunt, errare poſſe, dicēdus eſt pertinax hæreticus, cum quilibet chriſtianus ſcire debeat articulos contentos in ſymbolo fidei implicite, uel explicite, habita differentia perſonarum, ut ſcribit Innoc. in c.firmiter de Summa, Trin. ut dixi ſupra in q.28.

30 QVINTVS † EST MODVS conuincendi aliquem de pertinacia; ſiquis chriſtianus capax rationis, & maxime intelligens, neget quā cunque aſſertionem catholicam, quæ apud omnes catholicos & fideles cum quibus conuerſatur tanq̃ catholica diuulgatur, & a prædicantibus uerba Dei publice prædicatur, ſicut apud omnes catholicos publice diuulgatur, quòd Chriſtus fuit crucifixus, unde in omni Eccleſia oſtenditur crucifixus, & prædicātes uerbum Dei hoc publice nunciant, & affirmāt. & ideo ſiquis chriſtianus inter chriſtianos nutritus negaret Chriſtum eſſe crucifixum, eſſet ſtatim pertinax & hæreticus iudicandus, & quāto magis eſſet inter chriſtianos conuerſatus, & pluries intraſſet eccleſias, & uerbum Dei a pluribus audiuiſſet, & maiorem literaturam in ſacra pagina & iure canonico haberet, tanto fortius eſſet ſtatim pertinax & hæreticus iudicandus, & iſte modus fundatur in hoc, quòd nulli licet ignorare ea quæ publice fiunt.

31 Et ſic † non licet ignorare ea quæ publice diuulgantur, nunciantur & tanq̃ catholica prædicantur, quilibet enim præſumitur ſcire id quod eſt publice notum in ciuitate, uel loco.l.ſi tutor petitus. ubi Bar.notat. C.de peri.tuto.cle.unica.§.fi. de conce.præben.& quilibet de prouincia præſumitur ſcire id quod eſt publice factum in parte prouinciæ. ſcribit Abbas in cap.j.col.3.& ibi glo.de poſtula.præla. & non excuſatur receptās bannitum propter ignorantiam, quando erat notorium in ciuitate, quòd erat bannitus. ſecundum Bar.in l.omnes.C.de agri.&cenſi. lib.xj, Abbas

in c.

in c.cum in tua.qui.matri.accuſa.poſſunt.

32 Et adeo†hoc procedit,q̄ ſi probetur publice notum,& non probetur abſentia a loco, non probatur ignorantia per iuramentum ut notatur in c.præſumitur,& in c.ignorantia.de regu.iur.lib.6.ut dicebat Bal. in quo dam ſuo conſilio de quo meminit Rota. ccccxliiij. extra rotam petebatur,col. 2.licet alias ignorantia probetur per iuramentum.l.non omnes. §.a barbaris.ff.de re.milita.facit gl.in c.quod dicitis.xvj.diſ.& tradita in c.quæ in humani.12.q.2.

33 Si ergo†tenetur aliquis,quia non licet, nec præſumitur ignorare, non licet contrarium aſſerere, quia aſſerens contrarium illius quod quis tenetur ſcire, & præſumitur ſcire in iis quæ fidei ſunt, hæreticus iudicandus eſt,quia ſicut aſſertio eſt hæretica quę continet dogma falſum ueritati catholicæ contrarium,ſic aſſerens dogma falſum ueritati catholicæ contrarium eſt cenſendus hæreticus,ut dixi ſupra.q.6.unde iſte ſic aſſerens non poteſt ex ſimplicitate,nec ignorantia excuſari,quia ignorantia iuris diui ni apud omnes promulgati non excuſat in ijs ſine quibus nulla eſt ſalus, ſicut ignorantia iuris naturalis.c.turbatur.§.notandum.j. q. 4. nam in ijs par culpa eſt decipere uel decipi.capitulo.ſi cupis.xv.q.j.l.2.C.de iur.& facti igno.cap.j.& cap.2.de delict.puero.facit glo.in cle.eos.de conſangui.& affi.

34 Et pro†hoc dicit Auguſ.in enchiridion. longe tollerabilius eſt in ijs q̄ a religione ſeiuncta ſunt, mentiri,quam in ijs ſine quorum fide, & noticia Deus cœli non poteſt colli,& notatur in d.l.2.quòd etiam ruſtico erranti in iure quaſi naturali non parcitur, & in delictis quæ iure naturali prohibentur non excuſat ruſticitas, ut ibi notat Bal. & ad hunc effectum allegatur dicta.l.2.per Bal.poſt Mart. ſillanianum in l.j.C.de interdi.ma tri.& ideo quamuis laycum ſolum oporteat credere articulos fidei impli cite,ideſt credere uerum eſſe quicquid credit Eccleſia catholica, ut dicit Inno.in c.firmiter,tamen quãdo articulus fidei eſt ita apud omnes diuulgatus,ut nullus rationis capax poſſit illum ignorare,ut eſt in exẽplo poſito de Chriſto crucifixo,uel de ſimili, tunc aſſerens contrarium illius articuli eſt ut pertinax hæreticus iudicandus,

35 Si uero†aliquis qui tenetur credere explicite articulos fidei & diſtincte qui continentur in ſymbolo fidei credo in Deum, uel in quicunque uult.ut ſunt prælati Eccleſiarum,& curam animarum tenentes,ut.c.2. & pluribus aliis ſequentibus.xviij. diſt. ut dicunt Inno. & Hoſtien. in dicta rubri.& iſte aſſereret, uel crederet contrarium alicuius articuli contenti in dicto ſymbolo, etiam non diuulgati apud omnes, hæreticus pertinax eſſet iudicandus,ut ex prædictis patet, quia eadem eſt ratio in iſtis ſicut

in

in illis laycis.dicta.l.illud.ff.ad legem acqui. quia quod operatur diuulgatio apud laycos, hoc debet operari peritia apud prælatos, & curam animarum tenentes, quia ſciens non debet amplius certiorari.l.j.§.fin.ff.de actio.empt.& uend.l.nemo.ff.de reg.iur l.j.§.uſque adeo.ff.de iniurijs. c.ſcienti.de reg.iur.lib.6.

36 Quid autem † dicendum eſt, ſi ij credentes, uel aſſerentes contrarium illorum articulorum tam diuulgatorum, quam contentorum in dicto ſymbolo ſunt parati corrigi, referendo ſingula ſingulis, quam primum eſt eis dictum, uel oſtenſum hos articulos quos negant in ſacra pagina contineri, uel in determinatis a ſancta Eccleſia, an ſint ut pertinaces hæretici iudicandi, uī ꝙ nō, ut dicit gl.in c.Hęc eſt fides.24.q.j.& in c.dicit Apoſtolus.24.q.3.& dicit gl.in c.non licuit.di.17.eo ipſo ꝙ quis errat, nō dr̄ hæreticus ſi paratus eſt corrigi, ex quo ergo iſti ſunt parati corrigi nō uī ꝙ ſint ut hæretici puniendi, & eſt ratio, quia nō eſt hæreticus ſine pertinacia, ut dixi ſupra. q.xix. ad hoc dicendum eſt, ꝙ aut ſumus in illis aſſertionibus hęreticis, quas aliquis ueriſimiliter ignorare poteſt, an ſint hæreticæ uel non, licet in ueritate hæreticæ ſint, & ille credat uel aſſeueret illas ut ueras, & huic oſtenditur, & ipſe paratus ſit corrigi, tunc nulli eſt dubium, hunc hæreticum non eſſe cenſendum, & in hoc caſu uidētur loqui gloſæ allegatę in d.c. Hæc eſt fides.in d.c.licuit, & in d.c.dicit Apoſtolus. ſecus ſi non eſſet paratus corrigi, quia tunc ut hæreticus damnaretur.c.qui in Eccleſia.24.q.3.

37 Si † uero ſumus in caſu, ꝙ aliquis negaret articulum diuulgatum, uel contentum in ſymbolo, quem tenetur explicite & diſtincte credere, tunc ex quo eſt præſumptio uiolenta contra eum ꝙ ueritatem illius non ignorat per proxime allegata, ſed quod illum aſſerit ſcienter, & non ignoranter, ideo pertinax hæreticus eſt iudicandus, quāuis dicat ſe paratum corrigi, pro hoc eſt argumentum forte in ca.ſuper quibuſdam.§.j.de uerb. ſigni.c.contra chriſtianos.de hæreti.lib.6. Non eſt tamen negandum, ſi iſte de hæreſi & pertinacia conuictus redire uellet ad græmiū ſanctæ matris Eccleſiæ, confitendo errorem ſuum, eſſet admittendus ad miſericordiam, detrudendo eum ad carcerem perpetuum, cap.pe.de hæreti.ut eſt de mente Anto. de Butri.in rubri.de Summa. Trini.& fide catho.col.3. uerſicu. aduerte tamen, & hæc in ſequenti modo forſan magis enucleabuntur. Ex ijs conſiderabis an bene dixerit Ioan. Lupi, in allegatione hæreſis. colum. 4. uerſicu. quamuis ergo, ubi tenēt, negantem aſſertionem catholicam apud catholicos diuulgatam non eſſe hæreticum ſi paratus eſt corrigi, quia ut ſentio non bene loquitur, ut patet per prædicta, quia illa diuulgatio inducit contra illum negantem

illam præſumptionem, quam dixi, ex quo ille accuſatus de hæreſi cū chriſtianis communiter conuerſabatur, Eccleſias intrabat, & de ijs pertinentibus ad fidem chriſtianam ſępe audiuit prædicantes, alias autem foret dicendum ſi eſſet ſurdus a pueritia, ſeu infantia, uel nunquam fuiſſet conuerſatus cum chriſtianis, & prætenderet ignorantiam, & eſſet paratus corrigi, per prædicta.

38 SEXTVS † MODVS Cōuincendi aliquem de pertinacia eſt, ſi quis ſciens aliquam aſſertionem catholicam in ſacra ſcriptura, uel in determinatione Eccleſiæ contineri, & hoc probatur, quia illam legerit, uel confeſſus fuerit ſe legiſſe, uel illam publice prædicauerit, uel aſſeruerit publice, uel occulte, ſi poſtea contrarium aſſeruit, cum non ſit ueriſimile horum eſſe illum immemorem, uiolenta præſumptio eſt contra illum, ꝙ ſcienter negat catholicam ueritatem, & ideo pertinax hæreticus eſt cenſendus, quamuis paratus ſit corrigi, & hoc fundatur, quia erranti in ijs quæ fidei ſunt, tunc eſt credendum ꝙ paratus ſit corrigi quando putant ignorantes deuiare a catholica ueritate, ut tunc hæreticus non cēſeatur. d. c. dicit Apoſtolus, & d. c. Hæc eſt fides, quod non eſt in propoſito, nam ex quo ſemel aſſeruit catholicam ueritatem, non eſt credendum ei, ſi poſtea dicat illam ſe ignoraſſe, cum nimis indignum ſit, ut quod vnuſquiſque ſua uoce dilucide proteſtatus eſt, id uellet infirmare, teſtimonioq; proprio reſiſtere. in authen. generaliter. C. de non nume. pecu. cap. per tuas, de proba. l. ſi quis iuſiurandum. C. de rebus. credi. itaque ſtandū eſt primæ aſſertioni, & non ſecundæ contra iſtū, ut non præſumatur ignorantia, præſertim, quia præſumptio eſt pro primo dicto, quoniam fundatur in teſtimonio ſacræ ſcripturæ.

39 Et in hoc † caſu ſaluatur opinio. Bar. quam tenet in l. cos. ff. de falſis. & idem Bar. in conſi. 86. incip. non creditur, ut notat Ludo. Roma. in conſi. Dv. incip. cum idem teſtis, per tex. in d. c. per tuas, & in c. literas, de p̄ſump. Andr. Sicu. in conſi. 29. col. x. lib. j. Abbas in conſi. lij. incip. uidetur. libr. j. facit quod inquit Abbas in cap. inquiſitionis. §. tertio, & ultimo notabili, de accuſatio. dixi late in conſil. meo. xxviij. incipiente. Duo teſtes recenſiti.

40 Præterea † qui aſſeruit aliquam aſſertionem catholicam, & poſtea aſſerit contrarium non eſt audiendus, ſi ignorantiam allegat, uti contraria allegans. l. j. C. de furtis. c. unico. in uerbo, omnibus, ut Eccleſia. bene. cap. pe. in fi. de offi. delega. lib. 6. & ideo cenſendus eſt ſcienter aſſeruiſſe contrarium ueritati catholicę, quam prius agnouerat eſſe catholicam, prout præſupponitur in hoc caſu, & iſte eſt peior infideli. c. quidam, de apoſta. ubi dicitur, minus malum exiſtere, uiā domini non agnoſcere, q̄ poſt illius

lius agnitionem retroire,& hr in 2.Epiſtola Petri canonica.c.j.inquientis.melius eſt enim eis non agnoſcere uiã iuſticiæ,quam poſt agnitionem retrorſum conuerti,nec uidetur ꝙ allegari poſſit obliuio primæ aſſertionis catholicæ ueritatis, quia nullus præſumitur immemor propriæ ſalutis.l.fi.C.ad.l. Iuliam repetũ. quæ conſiſtit in unitate Eccleſiæ,extra quã nullus ſaluatur.c.firmiter.§.una uero.de Summa. Trini. Et ſicut factum memorabile, arduum & notabile non præſumitur a memoria excidere. c.cum illorum.de ſenten.excom.quem ad hoc notat Abbas ibi col.2.& Anto.de Butr.in c.ab excommunicato.col.pe.in gl.ſuper uerbo. certus, de reſcrip. ad cuius inueſtigationem ipſe tenebatur iuxta eius profesſionem,& ideo non præſumitur obliuio, etiam ſi fuiſſet factum alienum,ut ibi dicit Anto.de Butr.ut no.gl. in uerbo ignorantia.in c. innotuit.de electio.c.ad falſariorum.de crimi.falſi.dixi in conſi.meo.36.incip.ut ſatiſfaciam dubijs.

41 Et ideo † alias dicebam,ꝙ erat præſumptio uiolenta contra eum qui aſtruebat ignorantiam catholicæ ueritatis, contra quam profitetur aſſertionem hæreticam, quæ præſumptio uiolenta eſt ex diſpoſitione iuris introducta, ut ex ijs quæ dicta ſunt præſumatur hæc aſſertio contra catholicam ueritatem non ex ignorantia,ſed ex certa ſcientia,& ſic cenſendus ſit pertinax hæreticus,& non inconuenit, ꝙ ex tali præſumptione uiolenta condemnetur, quia ſi bene uideris prædicta modo allegata, hæc præſumptio uiolenta fundata ſuper illa ſciẽtia huius aſſertoris, introducitur a lege,& ab ea approbatur, & ideo iudex ex illa poteſt condẽnare in omni cauſa,etiam capitali,ut dicit Abbas in c.accedens,col.2.uerſi.nec obſtat,de accuſat.per tex.in c.de hoc.de ſimonia, ubi quis condemnatur de crimine grauisſimo, & dicitur ille deficiens condemnari ex præſumptione uiolenta,ſecundum gl.quam Abbas facit ſingularem in c.inſinuatum, de ſimo.cum alijs,ut tradit Fely.in ca.afferte,col.4.uerſi.ſed iſta limita. de præſump.facit.c.cum contumacia,& c.accuſatus.§. ille quoque,cum alijs,de hæreti.lib.6.

42 SEPTIMVS † MODVS Conuincendi aliquem de pertinacia ſecundum aliquos eſt, cum quis ſciẽter negat doctrinam ſanctorum, Sed iſtius modi ueritas dependet ab illa quæſtione,an obligemur de neceſſitate ſalutis tenere aſſertiones ſanctorum , & licet huius dubij difficultatem ego tetigerim ſupra.q. 15. nihilominus ad propoſitum noſtrũ forſan latius explicabo,& eſt aduertendum, ꝙ non fiet ſermo de ſcriptura ſacri canonis,ideſt de dictis ſanctorum comprehenſis in Biblia , ſcilicet de ſacris prophetis,& Euangeliſtis, & Epiſtolis diuorum Pauli,Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudæ, & huiuſmodi. De ijs eſt hæc concluſio,

quòd hæc dicta ſanctorum ſint catholicæ ueritates & pro talibus tenenda, & credenda, & aſſerentes ſcienter contra illa ſunt hæretici cenſendi, & aſſertiones etiam contrariæ ſicut hæreticæ, ſiue ſint contrariæ in propria uerborum forma, ſiue ſint contrariæ deductis & contentis in ſacra ſcriptura formali & neceſſaria conſequentia, ut dixi ſupra. q. v.

43 Et ultra † ibi dicta, hæc cõcluſio uidetur probari authoritate Salomonis prouerbiorum. xxx. inquientis. omnis ſermo Dei ignitus clipeus eſt omnibus ſperantibus in ſe, nec addas quicquam uerbis illius, ne arguaris, inueniariſque mendax, & ſcribitur Deute. c. 4. non addetis ad uerbũ quòd uobis loquor, nec auferetis ab eo, ex quibus patet, ꝙ ſicut de ſcriptura ſacra nihil penitus eſt auferendum, ita nihil eſt penitus addendũ, tanquam neceſſarium ad ſalutem, hinc addentibus uel auferentibus aliqd ex ſcriptura diuina, Spiritus Sanctus per Beatum Ioannem Euangeliſtam in Apocha. ultimo. terribiliter comminatur dicens, ſi quis appoſuerit ad hoc ſuper hoc, apponet ſuper eum Deus plagas, quæ ſunt in libro iſto, & ſi quis diminuerit de uerbis prophetiæ libri huius, auferet Deus partem eius de libro uitæ, & de ciuitate ſancta, quod etiam probatur authoritate Auguſtini. c. ego ſolis. 9. diſtin. inquientis. Ego ſolis ſcripturarum libris (qui canonici appellantur) didici hunc timorem, honoremque deferre, ut eorum nullum authorem aliquid erraſſe firmiſsime credam, ſi autem aliquid in eis inuenero, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud quàm mendoſum codicem eſſe, uel non eſſe aſſecutum interpretẽ, quod dictum eſt, uel minime me intellexiſſe non ambigam, idem dicit in c. quis neſciat. ead. diſt. inquit enim, quis neſciat ſanctam ſcripturam canonicam tam ueteris q̃ noui teſtamẽti certis terminis ſuis contineri, eamque poſterioribus omnibus Epiſcoporũ literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari, & diſceptari nõ poſsit, utrum uerum, utrum rectũ ſit quicquid in ea ſcriptum eſſe conſtiterit, ex quibus clare patet, quòd canonibus qui in Biblia continentur, neceſſe eſt fidem adhibere. & ideo contrarium ſcienter ſentientes hæretici ſunt cenſendi.

44 Et ex † hac concluſione infertur primum genus catholicæ ueritatis eorum, quæ in ſacra ſcriptura dicuntur, uel quæ ex eis neceſſario argumento poſſunt inferri, a, quibus non licet chriſtiano diſſentire. Secunda concluſio ſiue ſecundum genus catholicæ ueritatis eſt, eorum quæ ab Apoſtolis ad nos per ſuccedentium relationem, uel per ſcripturas fidelium peruenerunt, licet in ſacris ſcripturis non inueniantur inſerta, nec ex ſolis eis poſſunt neceſſario argumento concludi, quibus fidem indubiam explicitam uel implicitam adhibere eſt neceſſarium ad ſalutem.

45 Hoc † probatur authoritate Innocentij tertij in c.cum Marthæ.de celebra.miſſa.ait enim Multa tam de uerbis, quam de factis domini inuenimus ab Euangeliſtis ommiſſa quæ apoſtoli uel suppleſſe, uel facto expreſsiſſe legitur, quæ multis authoritatibus, & exemplis ibi comprobantur, & infra ſequitur, credimus igitur, ꝙ formam uerborum ſicut in canone reperitur, & a Chriſto Apoſtolis, & ab ipſis eorum acceperunt ſucceſſores, ex quibus uerbis colligitur ꝙ quamuis forma conficiendi ſacramẽtum eucharistiæ nunquam reperiatur ſecundum ſe tota in ſcriptura diuina, tamen ꝙ illam formam Chriſtus tradiderit eſt credendum, ut in d.c. cum Marthæ. late traditur.

46 Et dicebat † Auguſti. palam eſt ꝙ in re dubia ad fidem, & certitudinẽ ualeat catholicæ Eccleſiæ authoritas, quæ ab ipſis fundatiſsimis apoſtolorum ſedibus, uſque in hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot apoſtolorum aſſertione firmatur, ut dicit Auguſti. lib. j. ad inquiſitiones Ianuarij, illa quæ generaliter obſeruat uniuerſalis Eccleſia in libris canonicis non leguntur ab omnibus obſeruanda, quia illa ſuſcepit aut ab apoſtolis tradita, aut a concilijs, quorum in Eccleſia eſt ſaluberrima authoritas, ex quibus apparet, ꝙ ad faciendam fidem ſufficeret authoritas Eccleſiæ abſque ſcriptura diuina, inde habetur in c. ſicut omnes. diſt. xix. ꝙ omnes apoſtolicæ ſedis ſanctiones accipiendæ ſunt tãquam ipſius diuina uoce Petri firmatæ, ex qua patet ꝙ ſanctiones ſedis apoſtolicæ ſunt eiuſdem authoritatis cum ſcripturis Beati Petri, quæ inter diuinas ſcripturas cenſentur, ergo eis fides æqualiter eſt præbenda, ſed in ſanctionibus ſedis apoſtolicæ ueritates plures habẽtur, quæ in ſcripturis diuinis minime ſunt inſertæ, immo negantes hoc tollerent priuilegium Romanæ Eccleſiæ, & hæreſim incurrerent. pro quo facit. cap. Ait. 22. diſtin. ubi dicitur, qui autem Romanæ Eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditum aufferre conatur, is procul dubio in hæreſim labitur, & iſtę dicendus eſt hęreticus, Eccleſia enim uniuerſalis in ijs quæ fidei ſunt errare non poteſt, ipſa atteſtante ueritate, quæ Apoſtolis Matthæi ultimo inquit, ego uobiſcum ſum uſque ad conſumationem ſeculi, quæ etiam pro fide rogauit ne unquam deficeret.

47 Tertia † Concluſio eſt, quæ ad hunc ſeptimum modum magis applicatur, ꝙ aſſertionibus aliorum doctorum quamuis ſanctorum nõ eſt neceſſariũ ad ſalutẽ firmiter adhærere. Et non eſt illicitũ ꝯrium ſentire. hęc cõcluſio ꝓbatur authoritate Diui Auguſtini in d.c. ego ſolis. inqt enĩ, alios aũt ita lego, ut ꝗtalibet ſãctitate, ꝗtaue doctrina polleãt nõ iõ uerũ putẽ qa ipſi ita ſẽſerint, ſed qa ꝑ alios authores, uel canonicas, uel ꝓbabiles rõnes, ꝙ a uero nõ aberrant, mihi ꝑſuadere potuerunt, idẽ in d.c. q

neſciat,ait, Epiſcoporum autem literas,quæ poſt confirmatum canonē, uel ſcriptæ ſunt,vel ſcribuntur, & per ſermonē forte ſapientiorem,cuiuſ libet in ea re peritioris, & per aliorum Epiſcoporum grauiorem authoritatem doctoriſque prudentiam,& per concilia reprehendi licere,ſi qd in eis forte a ueritate eſt deuiatum.idem etiam in d.c.noli.9.diſt.loquēs de ſcripturis poſterioribus noui & ueteris teſtamenti, dicit,hoc genus literarum ab authoritate canonis diſtinguendum eſt, non enim ſic leguntur tanquam ex eis ita teſtimonium proferatur,ut contra ſentire non liceat,ubi forte aliter ſapuerint, q̃ ueritas poſtulat, Item idem Auguſt.in c.neque quorumlibet.9.diſt. inquit, neque quorumlibet diſputationes, ideſt expoſitiones,ſecundum glo. quamuis catholicorum & laudatorum hominum uelut ſcripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat (ſalua honorificentia quæ illis debetur hominibus) aliquid in corū ſcriptis improbare, atque reſpuere, ſi forte inueniremus,ꝙ aliter ſenſerint, q̃ ueritas habet diuino adiutorio,uel ab alijs intellecta, uel a nobis. inſuper idem Auguſtinus de ſuis opuſculis ſeu aſſertionibus in d. c.noli,inquit.noli meis literis, quaſi canonicis ſcripturis inſeruire, ſed in illis, quæ non credebas, cum inueneris incunctanter crede, in iſtis autem quod certum non habeas (niſi certum intellexeris) noli firmum tenere, præterea idem Auguſti. confirmat in ca.negare. 9.diſt.negare non poſſum nec debeo,ſicut in ipſis maioribus eſt, ita eſſe multa, in tam multis Epiſtolis meis, quæ poſſunt iuſto iudicio, & nulla temeritate culpari,ex quibus patet concludenter ꝙ ſcriptis ſanctorum & etiam Auguſtini nō eſt neceſſe incunctāter adhærere, ex quo inter ſcriptores Bibliæ non habentur,nam illud quod eadem facilitate contemnitur,& approbatur,ad fidem minime catholicam ſpectat,& eſto ꝙ eſſet uerum,nō debet inter catholicas ueritates numerari,quia ſecundum Hieronymum loquentem de aliquibus ſcripturis,non eadem facultate contemnuntur,qua approbantur.

48 Et ſic † per prædicta poſſunt inferri duo correlaria,primum eſt,quòd non eo ipſo, ꝙ aliquis ſanctus aliquid opinatur, illud eſſe credendum,a cunctis fidelibus tanquam ueritati conſonum approbandum eſt. ut probatur,ſicuti dixi,in d.c.noli.c.negare.& c.neque,illi enim doctores,quā tuncunque ſancti ſint,errare potuerunt,patet in ſancto Auguſti.qui ſanctus exiſtens plurima ſcripſit,& docuit cōtra catholicam ueritatem, quorum aliqua poſtmodum reuocauit, ut patet in ſuis libris retractationū, & quia iſte error non habebat pertinaciam annexam, non obuiauit illius ſanctitati, quia,ut ipſe alibi dicit,errare potero,ſed hæreticus non ero. Secundum correlarium eſt, ꝙ non omnibus ſententijs quæ inueniuntur

in

in ſanctorum opuſculis iam per eccleſiam diuulgatis eſt firmiter adhærendum tanquam catholicæ ueritati, adeo ꝙ aſſertor ſe. enter contrarius conuincatur de pertinacia, & hoc multipliciter probatur a domino Guidone carmelita Epiſcopo Maioricen. in ſuo tractatu de hæreſibus, a quo plura ex infra dicendis tranſtulit in ſua apologia. quæſt. j. comes mirandulanus.

49 Dicunt † enim ꝙ licet ſanctorum doctorum ſcripta, ſcilicet beati Cypriani martyris, Gregorij, Auguſtini, Ambroſij, Hylarij, Hieronymi, Iſidori, Proſperi, Bernardi, Anſelmi, & cæterorum huiuſmodi, legantur in Eccleſia, & cum debita reuerentia ſuſcipiantur in Eccleſia, non tamen ſunt ſic firmę authoritatis, ut eis contradicere nõ liceat, aut circa ea dubitare, ubi dicta eorum ſcriptura ſacra non probantur euidenter, aut per Eccleſiam non determinantur, firmam aut indubiam ueritatem continere, unde præciſe per dicta eorum non conuinceretur opinio hæretici, nã ubi non eſt infallibilis ueritas ibi non eſt fides certa, ex qua firmiter credatur, cum fides certa infallibili ueritati innitatur. immo circa talia nõ eſt sẽſus infallibilis, nec indubius, nec adhæſio; ſed certa & infallibilis ueritas. Ex quo enim ibi certa ueritas, & indubia fides non eſt, ei ſemper aſſentitur cum dubio, & cum formidine falſi. ut dicit Auguſt. in Epiſtola ad Hieronymum, & xj. contra Fauſtum. c. 8. & c. 16. libr. contra eundem Fauſtum. c. 2. ſi ſcriptura inquit non continet infallibilem ueritatem, & in aliqua parte ſui falſum inuenitur, non remaneret de ea certa fides qua ei firmiter credatur, & propter falſitatem in una ſui parte tota ſuſpecta habetur, & ſic fides titubaret. Quia ut dicit Auguſti. i. de doctrina chriſtiana. cap. 7. titubat fides ſi ſacrarum ſcripturarum uacillat authoritas.

50 Quod † autem in dictis ſanctorum extra canonẽ Bibliæ nõ ſit ueritas infallibilis q̃tũ ad p̃ſens attinet, ex dictis doctorũ tres ſuccurrũt ꝓbationes. Prima, quia ipſi de dictis ſuis dubitant, an in eis errauerũt uel nõ, vñ Augu. in primo de Tri. c. 2. dicit, nec pigebit me ſicubi hæſito q̃rere, nec pudebit me ſicubi erro diſcere & ſubdit ẜm aliquos Auguſt. in ca. 3. proinde quiſquis hæc legit, ubi pariter certus eſt, pergat mecum, ubi pariter hæſitat quærat mecum, ubi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me, ubi mecum, reuocet me, inquit ergo quiſquis ergo cum legit, dicit hoc non bene dictum eſt, quoniam non intelligo, loqutionem meã reprehendat, non fidem, nonne diuus Auguſtinus ſe errantem correxit? multa retractãdo, hinc ab Auguſtino editus eſt liber retractationum, in quo multa ab eo antea dicta damnat, & retractat, & forſan (ut dicit Guido carmelita.) ſi plus uixiſſet, plura retractaſſet, qui li. j. de Trin. c. j. inquit. magiſq; optabo a quolibet reprehendi, quam ſiue ab errante, ſiue ab adulante laudari,

laudator enim & errans confirmat errorẽ, adulator uero allicit ad errorem, emendauit me ergo iuſtus in miſericordia & arguet me oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum,& quamuis (ut inquit dictus Guido.) Auguſtinus loquatur humiliter,loquitur tamen ueraciter, ſcilicet ꝙ in libris ſuis aliquando errauerit,errareque potuerit, unde ipſe Auguſt.ſecundo libro ad Vincentium inquit, negare non poſſum, nec debeo, ſicuti in ipſis maioribus, & tam multis opuſculis multa eſſe, quæ poſſunt negari, & nulla temeritate reprehendi,& in lib.de uera Religione.c.3.inquit,quicquid in libris meis erroris inuenitur, mihi, quicquid autem uerum,uni omnium remuneratori, & largitori Deo tribuatur,& ideo dicendum eſt,dicta Auguſtini non ſemper in omnibus continere indubiam, aut infallibilem ueritatem, cum ipſe in ſcribendo ſua opuſcula dubitet errauerit nec ne, & quod ipſe Auguſt. de ſe dicit, de alijs etiam doctoribus dicendum eſt.

51 Secunda † probatio ſumitur a diſcordia quæ eſt inter ipſos,diſcordia enim in ſcriptoribus teſtimonium eſt falſitatis,cum ſit neceſſe,ꝙ ſaltem unus diſcordantium falſum dicat,quia neceſſario altera pars cõtradictionis eſt falſa,& ideo Auguſti.in lib.18.de ciuitate Dei.c.xlj.probat ſacræ ſcripturæ ueritatem ex mutua concordia ſcriptorum eius,in qua omnes cõcordant,& nullus ab alio diſcrepat,ſeu diſcordat,quod teſtatur ſacræ ſcripturæ indubiam & infallibilem ueritatem. Vero enim, teſte philoſopho, omne conſonat, in alijs uero eſt diſcordia, diſcordant quippe doctores a doctoribus,diſcipuli a diſcipulis,& diſcipuli a doctoribus,quominus aũt ſit in dictis ꝑdictorũ doctorũ diſſenſus extra canonicas ſcripturas,nemo,q eorũ libros legit,ambigit. Diſcordat quidẽ Augu.ab alijs doctoribus,circa intelligentiã operũ ſex dierũ,q̃ alij ponũt,qđ Deus fecit illa ſex dierũ opera ſecundũ ſucceſſionem tꝑis dierũ. A quibus diſcordat Auguſt. qui ponit omnia ſimul facta,iuxta illud,qui uiuit in ęternũ creauit omnia ſimul, unde motus Auguſtinus numerat illos ſex dies, non ſecundum ſucceſſionem temporis, ſed ſecundum diſtinctionem cognitionis Angelicæ in uerbo,& eorum propria natura. Et tamen ex hoc non dicuntur illi,uel iſti hæretici,hinc patet, ꝙ una dictarum opinionum ſit falſa,& per conſequens dicta eorum non innituntur infallibili ueritati. Similiter diſcordant Hieronymus & Auguſtinus, quia Auguſtinus omniũ Pſalmorum authorem facit Dauid, quod Hieronymus negat. Item diſcordant ſuper reprehenſione, quam fecit Paulus Petro, an fuerit de mortali an ueniali. Item diſcordant in ceſſatione legalium, quando fuit facta, & ſic unus alteri contradicendo falſum dicit, tamen non ſequitur quòd alter eorum ſit cenſendus hæreticus. Item Hieronymus

ronymus in prologo primi Regum, ſeu in quæſtionibus affirmat quòd Samuel fuit uerus ſacerdos quod expreſſe negat Auguſtinus in libro de quæſtionibus noui & ueteris teſtamenti, dicens Samuelem non fuiſſe ſacerdotem, cum non fuerit de filiis Aaron. Et Hierony. primo contra Iouinianum dicit, ſimulque cognoſcendum eſt, ꝙ Samuel leuita non ſacerdos, nec pontifex fuit, ideoque non nominatur inter ſacerdotes, ſed inter eos qui inuocant nomen domini. Dicta ergo iſtorum non innituntur infallibili ueritati, cum ſibi contradicant, quorum una pars neceſſario eſt falſa, ut patet per philoſophum.4.methaphiſices. Quinimmo ipſe Auguſtinus in hac ſententia ſibi ipſi uidetur aduerſari, nam in libro de quæſtio.no.& ueteteſta.q.46.dicit (ut diximus) Samuelem non fuiſſe ſacerdotẽ, & tamen lib.12.contra Fauſtum.ca.35. ſic dicit, commutatum fuiſſe ſacerdotium in Samuelem, reprobato Hely, & commutatum eſſe Regnum in Dauid, Saule reprobato, ubi clare Auguſt. dicit tranſlatum ſacerdotiũ in ſamuelem, ſic ꝙ ſamuel uere fuit ſacerdos, ſicut Dauid uere fuit rex. De eodem etiam ſamuele an fuerit reſuſcitatus, uidetur Auguſtinus a ſe ipſo diſſentire, nam in quæſtio.no.& ue.teſta.q.27. tenet ꝙ ſamuel non fuit uere per phitoniſſam reſuſcitatus, ſed dæmon in ſimilitudine ſamuelis, apparuit ſauli, & in libro de cura agenda pro mortuis ponit, ꝙ anima ſamuelis a dæmone uere excitata per artem magicam loquuta fuit ſauli. Hieronymus etiam in illa quæſtione, an Saul fuerit Hieruſalem. uidetur ꝙ in quadam ſua Epiſtola ad Euangelium fuit ſibi contrarius, qui etiã de illis interpretibus contrarium ſentit ab Auguſtino. Item Gregorius aliter ſentit de hierarchia ſiue ordinibus Angelorũ, ꝗ faciat Dionyſius de cœleſti hierarchia. Inſuper Hieronymus de Bigamo poſt baptiſmum promouendo a cæteris diſcrepat, ponit enim in Epiſtola ad Occeanum, ꝙ monogamus ideſt unius uxoris uir debet in Epiſcopatu promoueri, ita ꝙ ſi ante baptiſmum unam uel plures habuit hoc totum per baptiſmum deleri, qui ſi poſt baptiſmum unam tantum habuit poteſt ordinari non obſtante, ꝙ unam uel plures habuerit ante baptiſmum. Cuius contrarium tenent omnes ſcilicet ꝙ bigamus ſiue ante baptiſmum, ſiue poſt baptiſmum ordinari nec promoueri in Epiſcopatum poteſt ut concludit Auguſt. in lib. de bono coniugali, & habetur hæc contrarietas inter dictos ſanctos in c. unius, c. Acatius.26.diſt. ubi glo. dicit, ꝙ in hac contrarietate male ſentit Hieronymus, unde Auguſtinus eum correxit. & idem dicit Ambroſius in libro de officiis. Item Hieronymus ad Marcellam de quinque quæſtionibus ſcribens, dicit, ſanctos, qui in fine mundi inuenientur non morituros, ſed uiuos aſſumendos, Auguſtinus autem in libro de ciuitate Dei omnes morituros aſſirmat, prout ego dixi ſupra.q.18. Item

Hiero-

Hieronymus ſuper Matheum dicit,hoc dictum pſalmi, in omnem terrã exiuit ſonus eorum &c.& illud Chriſti, prædicabitur Euangelium hoc in uniuerſo mundo,eſſe iam completum per Apoſtolos,Auguſtinus autem cui conſentit Origenes ſuper Matheum,tenet hoc nondum eſſe completum.Item Hieronymus ſuper Epiſtolam ad Titũ,tenet Angelos per multa ſecula ante mundum uiſibilẽ extitiſſe, & Deo ſeruiſſe, quod & Ambroſius tenet in examerõn,Auguſtinus autem ſuper geneſim tenet.ꝙ ſimul in cœlo empireo ſunt creati. Item Hieronymus in prologo libri ſapientiæ,tenet ꝙ ille liber ſit Philonis,& non ſit computãdus inter ſacras ſcripturas, Auguſtinus autem in ſecundo retractationum.cap.4.oſtendit ſe quandoque tenuiſſe,ꝙ fuerit editus a Ieſu ſirach,quod ibi retractat,& licet non exprimat a quo ſit editus,tamen in libro 2.de doctrina chriſtiana.c.8.enumerat illum inter libros ſacros. Item Hieronymus in libro hæbraicarum quæſtionum, dicit ꝙ Deus antequàm cœlum & terram faceret paradiſum antea condiderat,propter illud quod dicitur,plantauerat Deus paradiſum a principio. Auguſtinus autem ſuper Geneſim ad literam exponit,a principio,ideſt tertia die.Item Auguſtinus in libro de concordiæ Euangeliſtarum aſſerit totam negationem Petri factam fuiſſe in atrio & quæ dicta ſunt, inde poſt Chriſtum Ieſum ad Caypham recipiendo dicta eſſe,Hieronymus autem ſuper Matheum, uidetur tenere ꝙ Petrus in atrio Caiphæ negauerit, cui Beda in Lucam conſentire uidetur. Item Hieronymus ſuper illud Abacuch,mundi ſunt oculi tui, negat ſingulos Angelos præpoſitos ſingulis corporalibus creaturis,& Auguſtinus in 83.quæſtione tenet ꝙ ſit,cui conſentiunt Origenes,& Damaſcenus Et Hieronymus ſuper illud Ioſue,proijcite & mittite in mare,dicit, ꝙ licet propria manu perire ubi caſtitas periclitatur,Auguſtinus uero in lib.j.c. 19.ubi ſupra de ciuitate Dei contrarium affirmat.Item Beatus Cyprianus de baptiſmo hæreticorum, aſſerebat non eſſe apud hæreticos ſeu ſciſmaticos baptiſmum Chriſti,quem Beatus Auguſtinus reprẽhẽdit,ut habetur in c.quomodo exaudit Deus,de conſecra.diſtin. 4. traditur in ca.ſi qui,a,pſeudo.j.q.j. Multa quoque ſimilia reperiũtur in quibus ſancti doctores de fide inter ſe contraria ſcripſerunt, & ideo non obligant ad firmiter credendum, Immo licet eis abſque hæreſis periculo contradicere, niſi fidei,aut ſcripturæ,aut determinatione Eccleſiæ approbentur, cum, ut dictum eſt,reperiantur inter ſe aduerſari,& per conſequens includere falſum,& teſtimonio Auguſtini,& aliorum doctorum comprobatur, ꝙ eis non eſt neceſſario ſtandum in ijs quæ in ſuis opuſculis ſcripſerunt ut late ſupra adduxi multas eorundem doctorum authoritates.in uerſi.tertia cõcluſio.Vltra quæ addo quod dicit Anſelmus lib.j.cur Deus homo,

dicens

dicens de peccato, ꝙ omnia quæ dico ſic uolo accipi, ut ſiquid dixerō, quod maior non confirmat authoritas, quamuis illud ratione probare ui dear, non alia certitudine accipiatur, niſi ꝙ interim mihi uidetur, donec Deus mihi melius reuelet, & ſic Anſelmus nonnulla tanquàm probabilia ſolummodo dicere intendebat. Addo inſuper ꝙ inquit Hieronymus ad Epiſtolam Auguſtini. ſic dicens, nec mireris ſi in tuis libris, & maxime in ſcripturarum expoſitionibus quæ uel obſcuriſſimæ ſunt, quædam a recta linea diſcrepare uideantur, & hoc dico, non ꝙ in operibus tuis quædam reprehendenda iam cenſeam, neque enim lectioni horum unq̃ operā de di, neque horum exemplariorum apud nos copia eſt, præter ſoliloquiorum tuorum libros, & quoſdam commentarios in pſalmos, quos ſi uellē diſcutere, non dicam a me, qui nihil ſum, ſed a ueterum græcorum uiden tur interpretationibus diſcrepare, ſicut inter ſe ergo ipſi ſancti doctores, ita & nos ab eis in multis, ſalua fide, & ueritate ſcripturarum & S.R.E. de terminatione, diſſentire poſſumus.

52 Tertia † probatio ſumitur ex ſpeciali prærogatiua ſacræ ſcripturæ & ſanctionum uniuerſalis Eccleſiæ, quibus ſolis concedimus infallibilis ue ritatis excellentiam, ut teſtatur Auguſt. in c. Ego ſolis. 9. diſt. inquientis. Ego ſolis eis ſcriptorum, ideſt ſcriptoribus, qui iam canonici appellantur, hunc timorem, honoremque deferre, ut nullum eorum ſcribendo errasſe audeam credere, aut ſi aliquid in eis offendero quod uideatur cōtra rium ueritati, nihil aliud exiſtimem, q̃ mendoſum eſſe codicem, uel non eſſe aſſequutum interpretem, quod dictum eſt, uel me minime intellexiſſe non ambigam, & ſequitur, nec te frater mi arbitror, ſic libros tuos legi uelle, tanquam prophetarum, & apoſtolorum, de quorum ſcriptis, quòd omni errore careant, dubitare nephandum eſt, & abſit hoc a pia humilitate, & ueraci de temetipſo cogitatione, & alibi Auguſtinus lib. 3. de Tri nitate inquit, ſane cum in omnibus literis meis non ſolum pium lectorem uolo nihil eſſe deditum, ita correctorem nolo ſibi, & ſicut illis dico nul lis meis literis quaſi ſcripturis canonicis inſeruire. ſed in illis, & quod nō credebas, cum inueneris incunctanter crede, in iſtis autem literis, quod certum eſt non habebas, niſi certum intellexeris, noli firmiter tenere, ita illi dico, noli meas literas, ex tua opinione, uel correctione, ſed ex diuina lectione, uel inconcuſſa ratione corrigere, & in c. noli. 9. diſt. inquit, noli ergo frater contra diuina tam multa, tam præclara, tam indubitata teſti monia colligere uelle calumniā ex epiſcoporum ſcriptis, ſiue noſtrorū, ſiue Hylarij, ſiue Cypriani & Agryppini, nam hoc genus literarum ab au thoritate canonum diſtinguendum eſt. Non enim ſic leguntur tanquàm ita ex eis teſtimonium proferatur, ut contra ſentire non liceat, & in Epi-

ſtola

ſtola ad Fortunatum idem ait Auguſtinus neque quorumlibet diſputatio nes quamuis catholicorum laudatorum hominum, uelut ſcripturas cano nicas habere debemus, ut nobis non liceat ſalua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis improbare, atque reſpuere, & alibi Auguſt. in c. quis neſciat. 9. diſt. inquit. quis neſciat canonicam ſanctam ſcripturam ueteris & noui teſtamenti certis ſuis terminis contineri, eamque poſterioribus omnibus Epiſcoporum literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari non poſſit, utrum uerum uel rectum ſit, quicquid in ea ſcriptum ſit, uel conſtiterit eſſe. quod ſecus eſt dicendum de ſcripturis ſanctorum poſt canonem Bibliæ, ut ſupra dixi. Quinimmo moderni doctores ſæpe diſcedunt a dictis ſanctorum. Inquit enim Robertus Olchot, quòd ſanctus vir Anſelmus in multis fuit deceptus propter ignorãtiam logices, & Ocham de actibus hierarchicis nõ ſentit cum Dionyſio, & Scotus in tertio ſententiarum quaſi deſtruit totum proceſſum Anſelmi in libro cur Deus homo, & ita ſæpe alibi inuenitur apud doctores noſtros. Ijs ergo tribus probationibus exiſtentibus, & alijs quę induci poſſent, luculenter patet, dicta ſanctorum doctorum non inniti infallibili ueritati, cum in eis poſſit eſſe dubietas & falſitas, unde licet eis non conſentire, & improbare, ac reprehendere, & non credere eis ſine periculo hæreſis.

53 Ex quibus † ſequitur, ꝙ iſte ſeptimus modus conuincendi aliquem de hæreſi & pertinacia non habet locum in eo qui ſciẽter negaret dicta ſanctorum poſt canonem Bibliæ. Contra tamen prædicta facit. c. Sancta Romana Eccleſia. xv. diſt. vbi recipiuntur ſeu approbantur ab Eccleſia multa opuſcula ſanctorum, ad hoc dicendum eſt, ꝙ non omnia opuſcula ſanctorum, quantum ad omnia contenta in eis ſunt per Eccleſiam approbata, conſtat enim ꝙ in libris Beati Auguſtini multa inueniuntur contraria ueritati, quæ ipſe poſtmodum reuocauit, & illa minime approbantur, & ſicut eſt de libris Beati Auguſtini ita eſt de libris multorum aliorum ſanctorum, qui nequaꝗ quo ad omnia approbantur, omnes tamen libri ſanctorum de quibus in d. c. approbantur quo ad omnia quæ nec per authoritatem, nec per alios ſanctos correcta ſunt, Item ſi bene uideris dictum. c. Sancta Romana Eccleſia, non vtitur verbo, approbamus, ſed recipimus, & quamuis recipiantur & legantur in Eccleſia, non tamen ſic vt ſcriptura ſacra, aut vt quatuor concilia, quibus non licet cõtradicere. c. ſicut. xv. diſt. & ideo contradicens eis ſcienter non incurrit hæreſim. Secus tamen eſſet dicendum in ijs quæ per dictos ſanctos ſcripta ſunt de fide catholica, & damnatione hæreticorum, vnde in hoc caſu putarem hunc ſeptimum modum conuincendi aliquem de pertinacia aduerſus eum qui

ſciens contradiceret iis ſcriptis ſanctorum doctorum locum habere, put late dixi ſupra in q.15. ad quæ me refero, & licet aliqua ibi dicta hic ſunt repetita, non ſine ratione id factum eſt, ut recte intuenti patet.

54 OCTAVVS † MODVS Conuincendi aliquem de pertinacia. eſt, ſi quis deprehenſus in hæreſi uel per confeſsionem ſuam, aut rei euidentiam, ſeu per teſtes conuictus, & correptus legitime, non uult ſe corrigere, nec ſe emendare, nec errorem ſuum reuocare, nec demum eſt paratus corrigi, talis eſt pertinax hæreticus reputandus, & iſte modus fundatur authoritate Auguſtini in c. qui in Eccleſia. 24. q. 3. inquientis. qui in eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumque quid ſapiunt, ſi correpti, ut ſanctum, rectumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt, & circa hunc modum conuincendi de pertinacia dixi plura ſupra. q.3. Duo tamen hic ueniunt principaliter pertractanda. Primum eſt, ad quem uidelicet ſpectabit hunc errantem corrigere, ut recte dicant ipſum non paratum corrigi, & conſequenter eſſe pertinacem. Secũdum eſt, qualis debeat eſſe hæc correctio ut ſufficiẽs, & legitima reputetur. Circa primum eſt dicendum, ꝙ quidam corripiunt increpando, & pœna debita puniendo. Quidam uero charitatiue monendo, & errorem tãtum modo reprobando. Primus modus pertinet ad prælatos, & iuriſdictionem habentes, Secundus modus pertinet ad quemlibet chriſtianum.

55 Quo ad primum † modum de iudice corripiente aliquem ſuſpectum uel accuſatum de hæreſi, an ſtatim ꝙ iſte reus corripitur a iudice teneatur ſtare correptioni ipſius iudicis retrocedendo ab aſſertione, quæ hæretica prætenditur, adeo ꝙ ſi non retroceſſerit, ſeu illam non reuocauerit, illico cenſendus ſit hæreticus pertinax, & uidetur ꝙ ſic, nam Bar. in l. tutor. §. tutores qui. ff. de ſuſpe. tuto. inquit, ꝙ qui inquiſitori aliquid aſſerẽti non credit, dum eum forſam corrigit, uel inſtruit de ijs quæ fidei ſunt, uel ut ſe a crimine purget, uel ut aliquam pœnitentiam pro crimine ſuo agat, condemnari poteſt tanq̃ hæreticus pertinax, & pro hoc facit text. in c. ad abolendam. in prin. uerſi. niſi continuo. de hæret. cap. literas, de præſumptio. & per dictũ. §. tutores. dicit Cardin. Floren. in clemen. j. in princip. quæſtione. 2. de ſumma Trinita. quòd ille dicitur pertinaciter inhærere hæreſi qui non eſt paratus corrigi ad mandatum ſuperioris, ut probatur in capitulo. damnamus, de Summa Trinita. ubi a contrario ſenſu non damnatur Abbas Ioachin, licet dixerit hæreticalia, quia paratus fuit corrigi, & ſe ſubiecit determinationi eccleſiæ. facit. capitulũ. hæc eſt fides. 24. quæſtione. 3. unde ſi accuſatus de hæretica aſſertione a iudice corripiatur aſſerente illam aſſertionem eſſe hæreticam, & ideo reuocandam, ſi

non credat iudici ſic affirmanti circa dictam aſſertionem, uidetur iſte reus iudicandus hæreticus pertinax per prædicta.

56 Aduertendum eſt tamen circa prædicta, quia hæc dicta doctorum ui dentur intelligenda, quando Epiſcopus vel inquiſitor patenter oſtenderet illam aſſertionem, ſiue illum errorem eſſe contrarium veritati catholicæ, vel eſſe hæreſim explicite damnatam, quia tunc ad mandatum epiſcopi, vel inquiſitoris deberet ille reus reuocare, alias ꝙ eſſet cenſendus pertinax hæreticus per prædicta, ſi vero Epiſcopus uel inquiſitor hoc patenter non oſtenderet, videtur ꝙ ad iuſſum Epiſcopi, vel inquiſitoris nõ debeat ſuam aſſertionem reuocare, quia cum ad declarationem alicuius aſſertionis, An ſit catholica vel hæretica agatur de expoſitione ſacræ ſcripturæ, vt dixi ſupra in q.x. in dicta expoſitione non præfertur qui maiori dignitate fulget, ſed qui magis conſona rationi dixerit, quo enim quiſque magis ratione nititur, eo maioris authoritatis eius uerba eſſe videntur, plurimi autem tractatorum ſicut pleniori gratia Sancti Spiritus, ita ampliori ſcientia aliis præcellentes rationi magis adhæſiſſe probãtur, vnde nonnullorum pontificum conſtitutionibus, Auguſtini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta uidentur eſſe præferenda, uerba ſunt tex. in c.j.xx. diſt. unde a quibuſdam dictis doctorum ſiue expoſitionibus nõ licet etiam ſummis pontificibus diſcedere in ijs quæ de fide ſunt, aut de vniuerſali ſtatu Eccleſiæ, ſed illa vſque ad ſanguinis effuſionem defendere. c. ſunt quidam 25. q. j. Et ideo licet ſit Epiſcopus aut inquiſitor q corripit, cum ratione ſuæ dignitatis ſua opinio non ſit melior altera, non videtur, ꝙ iſte correptus ad opinionẽ Epiſcopi vel inquiſitoris debeat ſuã reuocare, quia aliud eſt cauſis terminum imponere aliud eſt ſcripturas ſacras diligenter exponere, ut dicitur in d.c.j. Quinimmo probatur, ꝙ doctores in ijs quæ fidei ſunt Epiſcopis, & inquiſitoribus ſunt præponẽdi, vnde correptus non videtur ꝙ debeat ſtare correptioni iudicis, niſi rationem ſibi oſtenderit, ꝙ ita ſit, vt probatur authoritate Petri in ſua prima canonica. c. 3. qui ſcribens prælatis inquit, Dominum autem Chriſtum ſentite in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem de ea fide quæ eſt in vobis. Et ſic iudex quando corripit errantem debet laborare oſtendere illi, quantum deuiet error ille a veritate catholica, uel quia error ille explicite ſit damnatus ab Eccleſia, vel aliis modis aduerſetur veritatibus catholicis, de quibus dixi ſupra in q.4. quo legitime oſtenſo, ſi noluerit errorem ſuum reuocare contrarium ueritatibus catholicis, ſine dubio hæreticus pertinax eſt cenſendus, & in ijs terminis videtur mihi quòd debet intelligi tex. in d.c. qui in Eccleſia. 24. quæſtio. 3. quid autem iuris ſit dicendum ſi illa aſſertio eſt hæreſis implicita,

cita, an tenens illam pertinaciter debeat vt hæreticus puniri, dixi ſupra in quæſtio.8.

57 Quo ad ſecúdum† modum correptionis, prout pertinet cuilibet chriſtiano,& ſocio, vel cuicunque alij nullam iuriſdictionem habenti ſuper errantem,dico nullam eſſe differentiam quo ad hoc inter corripientem iudicem,& alium quencunque,& ſi oſtendatur ſibi hæreticam eſſe aſſertionem quam affirmat,tenetur hæreſim ſuam dimittere,hoc probatur in d.c.qui in Eccleſia. in quo non fit differentia aliqua inter iudicem & non iudicem, ſed ſimpliciter dicit,ſi correpti ut ſanctum, rectumque ſapiant &c.ſufficit ergo,ut corripiantur, qui morbidum aliquid prauumque ſapiunt in Eccleſia Chriſti,& quod emendare nolint, defendereque perſiſtant,ad hoc ut hæretici pertinaces cenſeátur,pro hoc facit,quod inquit Pau.primo ad Corinthios.2. quòd fides noſtra non eſt in ſapiētia hominum, & ſic non refert a quo homine oſtendatur ſibi per regulam fidei, quòd opinio ſua obuiat fidei catholicæ.

58 Circa† ſecundum principale,qualis debeat eſſe correptio,vt ſufficiens & legitima reputetur,reſpondeo, ꝙ illa correptio cenſenda eſt ſufficiēs & legitima,qua aperte erranti oſtenditur,ꝙ aſſertio ſua catholicę obuiat veritati, ita ꝙ iudicio intelligentium nulla poſſit tergiuerſatione negare,quin ſibi ſit ſufficienter aperte oſtenſum,ꝙ error ſuus catholicæ ueritati repugnat,verbi gratia, ſi quis ex ignorantia Euangelij textum ignorans diceret ꝙ milites fregerunt crura Chriſti, & ſibi per text. Euangelij Ioan.19 oſtenderetur contrarium,vbi dicitur,venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura,& alterius qui crucifixus eſt cum eo,ad Ieſum autem cum veniſſent,& viderunt eum iam mortuum,non fregerunt eius crura, ſed vnus militum &c. hæc enim correptio debet ſufficiens reputari,quia iudicio cuiuſlibet intelligentis iſte errans nulla poſſet euadēdo tergiuerſatione negare,quin eſſet ſibi aperte oſtenſum,ꝙ aſſertio ſua catholicæ obuiet veritati. Idem arbitror dicendum ſi ſibi oſtenderetur ſuum errorem eſſe hæreſim explicite damnatam,vti poteſt exemplificari in multis decretalibus,concilijs generalibus,& extrauagantibus, in quibus ſunt plures hæreſes damnatæ,vt accidit caſus de quodam prædicatore in hac vrbe valentina,qui concionando dixit, ꝙ quando Chriſtus exiſtens in cruce fuit lancea percuſſus,erat adhuc uiuus, quod eſt contrariū veritati Euangelicæ,vt in authoritate Diui Ioannis proxime allegata, & eſt hæreſis damnata in cle.fidei catholicæ.de Summa.Tri.qui hac authoritate a me inquiſitore ſibi ſecrete oſtenſa,ſtatim retroceſſit ab illa aſſertione hæretica,& non fuit reputátus hæreticus, quia ex ignorantia peccauerat. ſiquis etiam ex ignorantia dogmatizaret duas perſonas ſicut

duas

duas ſubſtantias fuiſſe in Chriſto, & ſibi oſtenderetur per textum ſinodi epheſinæ, ꝙ eſt hæreſis Neſtorij ab eadem ſinodo damnata, nulla poſſet tergiuerſatione negare, quòd non eſſet ſibi aperte probatum, quòd aſſertio ſua eſſet hæreſis condemnata, & conſequenter ꝙ ueritati catholicæ aduerſatur, & ideo talis correptio eſſet ſufficiens & legitima reputanda, & ſufficiunt hæc exempla ad horum declarationem.

59 Sed † quid facient domini Epiſcopi & inquiſitores ſi ex ignorantia neſciunt has correptiones legitimas facere, conſulo, ut Deo ſe commitentes, qui ad hanc uocationem eos uocauit, etiam peritiores conſulant, argu. in c. fin. ibi, de ipſorum conſilio, de hæret. lib. 6. & in c. inter cætera. de offi. ordina.

60 NONVS † MODVS conuincendi aliquem de pertinacia, eſt, ſiquis præceptis, comminationibus, pœnis, præmiis, promiſsionibus iuratis, uel alio quouis modo molitur aliquem, uel aliquos arctare ad hæreſim contrahendam, uel ad hæreſim contractam pertinaciter defendendam hæreticus pertinax eſt cenſendus, quod probatur in ca. qui aliorum. 24. q. 3. ubi dicitur, ꝙ qui defendit aliorum errores multo magis damnabilior eſt illis qui erant, quia non ſolum errat, ſed etiam aliis offendicula erroris præparat, & confirmat, unde quia magiſter erroris eſt, non tantũ hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt, iſte enim quia talia facit, præbet authoritatem, & audaciam, & occaſionem cuicunque peccãdi, & ideò meritò hæreſiarcha appellatur, quod eſt princeps hæreticorum, ab archos græce, latinæ princeps. c. j. 21. diſt. & glo. in uerbo mechanicis. in §. quod autem. in authen. de non alienan. rebus Eccle. colla. 2. notat. in rubri. C. de comi. & archiatris, lib. xj. ſi ergò qui defendit aliorum errores. i. hæreſes, quia de ijs loquitur dictum. c qui aliorum, dicitur hæreſiarcha, in qua defenſione non dicitur concurrere aliqua uiolẽtia, quia ille defenſor ſua ſponte eſt in errore, multo magis eſt dicendus hæreſiarcha, qui alios ad errorem per uiolentiam præceptis, minis, aut pœnis, trahit ad hæreſim, contra quem ſiue cogentem uel ſuadentem lex ciuilis ſtatuit pœnã capitis & confiſcationis bonorum. l. cum qui. C. de apoſtatis. ibi. ſine ſuaſione. facit. l. iudæi, C. de iudæis. & l. ij. C. ne ſanctum baptiſ. iteretur.

61 Sed † aduerte quia hunc modum conuincendi de pertinacia intelligerem quando iſte qui talia ageret, eſſet aliter hæreticus, & ſic defenderet non ſolum errantem, ſed etiam errorem, & ſic debet intelligi. d. capi. qui aliorum, ut dixi ſupra. q. 29. & per hoc de pertinacia conuinceretur, & probatur in eodem tex. ibi, quia non ſolum errat, ſed aliis offendicula erroris præparat, & ſic non tantum hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt, alias non uideo quomodo poſſet dici hæreſiarcha, ſi non eſt hæreticus,

reticus,& tunc,quia hæreticus & defenſor, puniendus eſſet magis ipſo errante,quem defendit,ita dicit Arch.in c. quicunque. in uerbo defenſoris,de hære.lib.vj.& ſic intellige.c.qui conſentit.xj.q.iij.

62 Hinc eſt † quòd alibi plus punitur conſulens,quàm ſi idem ipſe faceret,ut patet in medico qui dedit filio poculum uenenatum,ut daret patri,nam in hoc caſu plus punitur medicus,quàm filius.l.j.ff. de parri. facit.l.vtrum.ff.eod.titu.

63 Alias†autem ſi quis defenderet hæreticum,reſiſtens uiribus, uel potentia,ne ad manus iudicis ueniret hæreticus puniendus, uel examinandus,prout in ſimili habetur in c.ſi cuſtos.xxvj.q.ij.& xxj.q.v.per totum, uel alia faceret,ut dixi ſupra in principio huius noni modi,non eſſet hæreticus cenſendus,nec conſequenter hæreſiarcha.orireturtamen ſuſpicio hæreſis contra iſtum defenſorem,uel perſuaſorem, nam ex iniuſta defenſione opinio agentium male incurrit.c.ij.qui.xiiij.q.vi. & ob talē ſuſpicionem poſſet indici purgatio canonica.c.inter.de purga.cano.& ob hanc iniuſtam defenſionem notam ſuſpitionis incurrunt prælati, ſeu principes qui hæreticos non corrigunt, ſeu puniunt cum poſſint, quia negligere,cū poſſint perturbare peruerſos,nihil eſt aliud q̃ fouere, cap.negligere.2.q.7.cap.error.lxxxiij.diſtin.cap.quante.de ſenten.excō municata.cap.ſicut dignum.§.illi etiam.de homi.circa hoc tamen uidendi ſunt doctο.poſt Archi.in d.c.quicunque.in verbo.fautores.

64 Quod†autem contingere poſſit,ꝙ quis ſit fautor & defenſor hæreticorum & non hæreticus,caſus eſt in cap.Accuſatus.§.ſi uero. de hæreti.lib.vi.ad prædicta etiam facit.c.qui conſentit.11.q.3.vbi dicitur, ꝙ qui conſentit peccātibus magis punitur q̃ agens,ut probatur in uerbo, ſeuerisſima,& qui aliū defendit acrius punitur q̃ ille qui peccauit,intelligendo de cōſenſu cooperationis,& defenſionis cū auxilii præſtatione, ut tenet Cardi.de turre crema.ibi. Quod ēt intellige quando præſtatur hoc auxilium defenſionis in delictis grauibus per modū authoritatis, ut eſt in hoc crimine,nā plus peccat,ut dicit glo.in clemen.i. in uerbo.defenſaris,de pœnis,facit.l.i.C.de iis qui latro.occulta. & pro hoc ēt facit,ꝙ quando aliquis defendit delinquentem in ipſo crimine, dicēdo ꝙ eſſet licitum,& commendaret illud quod eſt delictū,tunc grauius peccat propter malum exemplū.ut notat Ange.in l.i.in fi.C. de nili aggeribus non rumpe. inquiens ꝙ iſte peccat in duobus,primo, quia videtur particeps delicti,Secundo,quia impedit iuſtitiā,& adde tertiū, ꝗ præſtat aliis malū exemplum,& hoc reſpectu maius delictū eſt lenociniū,q̃ adulteriū,ut notat gl. & poſt eā Bar.in l.Athletas.§.ꝗ lenociniū.ff.de iis ꝗ no. infa.& malū maius eſt ī aliū delinq̃re,q̃ in ſeipſū.§.eos in auth.ut

Dd iudi.

indi.ſine quoquo ſuffra.colla.2.Et pro ijs dicit Petr. de Ancha.in clc. j. §.ſane.de uſu.in 2.not. ꝙ ille qui aſſerit non eſſe peccatum exigere uſuras,plus punitur quàm uſurarius,quia ille hæreticus eſt,iſte uero peccator. Saly.in l.j.colum.fi.C.de Summa.Trini.& fide catho. idem eſt dicẽdum,ꝙ ſi quis dixerit fornicationem non eſſe peccatum,hæreticus dicitur.ca. ad noſtrum.§.ſeptimo,de hæreti.& idem eſt de alijs præceptis decalogi,ut ſi dixerit,furari,adulterari,concupiſcere rem alienam,& huiuſmodi non eſſe peccatum,hæreticus eſt,ut ſcribit.S. Tho. in quolibet.3. arti. 12.& tamen talia agens,puta fur,adulter,fornicator,vel huiuſmodi ſolum peccat mortaliter,& non eſt hæreticus, ut late dixi in rubr. de hære.lib.6.in pri.q.colum.3.cum ſequenti,& ſic plus punitur dicens,quàm faciens,ut tradit Ioan.de Ana.in c.qualiter & quando.2.§.ad corrigendos,col.3.uerſi.& ad ſolaciũ ſciatis,de accuſ.cum alijs,vt ſcribit Dec.in cap. j. de offic.delega. colum. x.inſuper arguendo a maiori,nam ſi id de quo magis dubitatur ineſt,& id quod minus,ut dicit gloſſ.in cap.cum in cunctis,in gloſſ.in uerbo.multo magis,de electio.ſi ergo qui ſolum conſentit errori alterius facit ſe cum illo culpabilem.c. qui conſentit.xj.q.j. c.qui alios.de hæreti.& error cui non reſiſtitur approbatur. c.error.83. diſtin.multo magis qui alios compellit ad tenendam hæreſim pertinaciter,quia dupliciter peccat,Primo,quia uidetur conſentire illi errori.d.c. qui alios, Secundo, quia cogit alium quatenus in ſe eſt ad peccandum cap. de homine,de celebra.miſſarum. l. eum qui. C.de apoſta. cap. 1.de offic. delega.

65 DECIMVS † MODVS conuincendi aliquem de pertinacia & hæretica prauitate eſt,ſi quis cogat aliquem fidem catholicam abiurare,aut pœnis, uel præceptis ueritatem catholicam abnegare compellit,& huic modo poſſunt applicari plura ex ijs quæ diximus in nouo modo proxime præcedenti, nam qui cogit aliquem ueritatem catholicam abiurare,cogit illum hæreſi contrariæ irreuocabiliter adhærere.

66 Et hoc † probatur ex ui abiurationis,arguendo a contrarijs, cum contrariorum eadem ſit diſciplina,traditur in l.j.ff.de iis qui ſui iur.ſunt uel alie. nam ſicut quis abiurando hæreſim firmiter tenet ea quæ fidei ſunt, & quæ ab Eccleſia determinantur,ut habetur in cap. Ego Berengarius, de pœni.diſtin. 2.ita econtrario dicendum eſt, ꝙ qui abiurat catholicã ueritatem firmiter adhęret hæreſi ueritati catholicæ contrariæ. facit ad hoc.l.cœlicolarum.in fi. C.de iudæis.l.qui non facit.ff.de regu. iur.& ad hoc plura tradit Phi.Corneus in conſi.29.incip. dominus Baldus.libr.j. ex quo ergo ipſe alium cogit ad hæreſim pertinaciter tenendam, non uidetur dubium,quin ipſe cogens ſit ut hæreticus pertinax cenſendus,arg.

in c.mulieres.de ſenten.excom.c.periculoſe.de pœni.d.ſ.1.c.ſi concubinæ.de ſenten.excommunica.

67 VNDECIMVS † MODVS eſt conuincendi de pertinacia quemquam, cum quis abiuraſſe reperitur catholicam ueritatem. Vel iurat ſe quamcunque aſſertionem, quæ eſt in rei ueritate hæretica tanquã in perpetuum ſeruaturum, iſte modus habet duas partes, Prima eſt, de eo qui abiurat catholicam ueritatem, & differt a modo præcedenti, quia ille loquitur in cogente aliquem abiurare catholicam ueritatem, iſte uero in abiurante.

68 Secunda † uero pars loquitur de tenente aliquam aſſertionem hæreticam, & dicit illam ſe tenturum ſiue ſeruaturum in perpetuum, ſicut catholicam ueritatem, & in hanc ſecundam partem incidunt quàmplures colerici, qui in diſputationibus excedunt metas recti ſermonis, & tanquã frenetici prorrumpunt in hanc inſaniam, dicentes aliquam aſſertionem, quam conantur ueram oſtendere, cum re uera ſit hæretica, ut catholicã ſe tenturos & defenſuros, & talia dicentes conuincuntur manifeſte de hęreſi, & pertinacia, niſi ſtatim ad ſe reuerantur, & emendent ſe, & pœniteant huius ſermonis repentini, quia quicquid calore iracundiæ dicitur non prius ratum eſt quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudicium affuiſſe, l.quicquid.ff.de regu.iur.& quæ ibi ſcribit Decius. & in caſu quo perſeuerantia non affuerit, temeritatis non debet deeſſe pœna, ne deinde ita effuſo ſermone quis loquatur, ita ꝙ non de hæreſi, ſed de temeritate punitur.argu.c.quod ait Loth.15.q.1.& in cap.inebriauerunt.15.q.1. ubi magis culpatur æbrietas, quàm inceſtus, ſic in propoſito magis puniatur temeritas quàm hæreſis, ex quo non dicitur perſeuerantia, & eſt corrigi paratus, ut in cap.Hæc eſt fides. 24.q.1.& ne Eccleſię matris noſtræ diſciplina deſeratur, ſi forte quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodẽ flagicio incurrerit, pœnitentia aliqua eſt mulctandus.c. excommunicatorum. 24.q.v.facit cap. ſignificauit, de pœni.& remiſsio. & ſicut in caſu. d. ca.excommunicatorum. illi interfectores illorum excommunicatorum ideſt hæreticorum bonam habuerunt uoluntatem. ſ. ad interficiẽdum illos hæreticos zelo Eccleſiæ, potuerunt tamen peccare intentione habendi illorum bona, ſecundum Hug.ut refert.d. Car. de Turre Cre ma.& ſic ꝙ propter hoc illis iniungitur pœnitentia, ita eſt in propoſito, potuit enim eſſe ꝙ iſte aſſertor propoſitionis hæreticæ quę pœnitet, tenuerat illam ut hæreticam, licet recedat & dicat ira ſe incenſum illam protuliſſe, & quòd credebat illam catholicam, nihilominus pœnitentia congruens iniungenda eſt, ut in d. c.excommunicatorum.

69. Aduertendum † eſt circa proxime dicta, quia eſſet conſideranda qua-

litas aſſertionis, ſi eſt expreſſe damnata ab Eccleſia,& diuulgata,& ſi ſibi tunc oſtendatur,& non vult retrocedere,ſed perſiſtere in ſua temeraria aſſertione,an uero illa aſſertio ſit hæretica, quia deducitur ex canone ſacræ ſcripturæ,ex interpretatione Doctorum, prout ſupra ex deductis in hac quæſtione poteſt colligi, quia temperanda eſſet iſtius aſſerentis pœna,uel exageranda conſideratis præmiſsis. Item eſſet aduertendũ an teneret illam aſſertionem hæreticam in ratione hæreticæ, an in ratione catholicæ aſſertionis.Item ad mitigationem pœnæ eſt reſpiciendum ad iracundiam, ſi fuit talis quæ mentem aſſerentis alienauerit, an non, prout optimus iudex poterit perpendere,ut ſcribit Fely. in capi. dilecti. de exceptio.cum alijs,ut dicit Deci.in d.l. quicquid, itaque extare hæc duo poſſunt ſimul,quòd excuſetur ab hæreſi,& quòd de temeritate puniatur,ſicut in ſimili dicimus quem excuſari de mendacio, qui tamen a temeritate non excuſatur,ſecundum Ocham citantem Auguſtinum,qui inquit,nemo mentiens iudicandus eſt qui dicit falſum, quod putat uerum, quia quantum eſt in ipſo non fallit ſed fallitur, non ita mendacij ſed aliquando temeritatis arguendus eſt,qui falſa incaute credit,aut pro ueris habet,ſic iurans ſeruaturum propoſitionem hæreticam tanquam catholicam a mendacio poterit excuſari, non autem a temeritate, & pro ea puniri poteſt, ut dixi. Fatendum eſt tamen, quòd ſi quis metu mortis aut duri cruciatus abiuraret catholicam veritatem, uel totam fidem chriſtianam,licet non excuſetur a mortali peccato,ab hæreſi tamen excuſandus eſſet,ut dicit glo.ij.in cap.poteſt fieri.de pœni.diſtin.j. glo. fi.in cap.non ſolum abnegat.xj.q.iiij. vt late dixi in capit. quoniam de hæreti. lib. vj.q.xv. & ſcribit Ocham in dialogo parte.j.lib.iiij.cap.5.

70 DVODECIMVS † MODVS conuincendi aliquẽ de pertinacia eſt,ſi quis errans contra fidem perſequitur, aut moleſtat, aut impedit catholicam ueritatem defendentes,aut hæreticam prauitatem impugnantes,prout ſunt inquiſitores uel ſimiles qui fidem defendunt, & hæreticos impugnant,ij ſunt pertinaces hæretici reputandi. Et aduerte, quia in hoc modo dicitur, ſi quis errans contra fidem, nam ſi non eſſet errans contra fidem, ſed forſan aliàs odio perſequeretur prædictos ob amorem hæreticorum non eſſet iſte perſequens pertinax hæreticus iudicandus, ſed fautor uel defenſor hæreticorum, quia poteſt quis eſſe fautor hæreticorum abſque eo, quòd ſit hæreticus.cap. accuſatus.§.ſi uero.de hæreti.lib.vj.& ij fautores ipſo iure excommunicati ſunt,ut in c.excommunicamus.§.credentes,de hæreti.uel ſaltem vt perturbator officij inquiſitionis poſſet puniri,ut dicit Bonifacius in cle. multorum.de hære.i.notabili, & ideo ſignanter dicitur, ſi quis errans,

nam

nam hic errans qui damnationem hæreticæ prauitatis impedit, aut ſatagit moleſtare catholicam ueritatem defendentes, & hæreticam prauitatem impugnantes, non eſt paratus corrigi, nec cauta ſollicitudine quærit ueritatem, merito pertinax hæreticus eſt cenſendus, ut in d.c. Hæc eſt fides, iuncto. d.c. dicit Apoſtolus. 24.q.3.

71 Et dicitur † quis ueritatem catholicam defenſare, quando illam oſtẽdit, uel per miraculum, uel teſtimonio ſacræ ſcripturæ, ut probatur in ſimili de inuiſibili miſſione in c. cum ex iniuncto. de hære. circa mediũ, uel authoritate uniuerſalis Eccleſiæ ſiue generalis concilii, ut dicit Ocham in 1. par. dialogi. li. 2. c. 10. & idem econtra eſſet dicendum de impugnãte hæreticam prauitatẽ, ut quis dicatur illam impugnare recte, quando miraculum induceret, uel authoritatẽ ſacræ ſcripturæ, aut Eccleſiæ, ſeu decretum generalis concilii, ne catholica ueritas uel hæretica prauitas uideantur conſiſtere in ſapientia hominum, uel uoluntate, quia ut dicebat Apoſtolus. 1. ad Corinth. 2. prædicatio mea non eſt in perſuaſibilibus ſapientiæ humanæ uerbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & uirtutis, ut fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in uirtute Dei.

72 DECIMVS TERTIVS † modus conuincendi aliquem de pertinacia eſt, ſi quis errans contra fidem catholicam, correctioni & emendationi illius, uel illorum, cuius uel quorum intereſt ſubiicere ſe recuſat, iſte modus conuenit cum octauo modo ſupra poſito, dicam ergo hic aliqua quæ ibi fuerunt ommiſſa, quia licet iſte modus ſolum reſpectu iudicum uideatur militare, & ille reſpectu priuati reprehendentis illum errantem, nihilominus utrunque ibi fuit late examinatum, ad propoſitũ ergo modus iſte probatur, nam ille non eſt paratus corrigi nec cauta ſolicitudine ueritatem quærit qui iudicium iudicis ſubterfugit, ut qui nõ uult ſe ſubiicere correptioni & emendationi ſui erroris, ut probatur in c. dicit Apoſtolus. 24.q.3. iuncto c. nullus, de præſumptio. ubi dicitur, ꝙ confitetur de omnibus quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilationibus putat, conuincitur enim quis de ſuo delicto, uel per confeſſionem propriã, uel per rei euidentiam, uel contumaciam, ut dicit glo. in ca. nullus legitima probatione, & in c. ad abolendam, in prin. in uerbo, deprehenſi. de hæreti. & in ca. ſuper quibuſdam, de uerb. ſigni. & dicit glo. per tex. in c. chriſtianus. 11.q.1. ꝙ qui iudicium refugit, apparet eum de iuſticia diffiſum, cum concordantiis ibi per eum allegatis, ſic ergo errans contra fidem, qui iudicium ſubterfugit, pertinax eſt hæreticus cenſendus, hic enim correptioni & emendationi cuius intereſt ſubiicere ſe recuſat, iudicium ſubterfugiendo.

73 Quod ego † intelligo obſeruata ſolemnitate de qua in cap. cum

contumacia.de hæreticis li.6.quia iſte modus conuincendi errantem de pertinacia proprie habet locum in contumace,qui recuſat ſubire iudiciũ Epiſcopi,uel inquiſitoris, ad quorum quemlibet ſpectat & intereſt hæc crimina punire & inquirere.cap.inter ſollicitudines. de purgatio.cano. in cap.excommunicamus.§.adijcimus.de hæreti.& toto titu.de hæreti. lib.6.& in clementinis, unde ſeruato proceſſu.d.c.cum contumacia.nõ comparens tanquam hæreticus condemnatur, Primo ergo requiritur ꝙ ſit ſuſpectus de hæreſi apud iudicem, Secundo ꝙ citetur ut de fide reſpõdeat, Tertio ſi non comparet ꝙ excommunicetur pro eo ꝙ parere ſubterfugit, aut contumaciter ſe abſentat, Quarto ꝙ excommunicationẽ per annum animo ſuſtineat pertinaci, quibus ſeruatis ex tunc iſte contumax,uelut hæreticus condemnatur,iudicatur enim a iure hæreticus pertinax, & ideo ut hæreticus damnatur,quia contumacia, in cauſa præſertim fidei, ſuſpitioni præſumptionem adijcit uehementem, & uehemens tranſit in uiolentiam, quæ inducta a iure eſt ſufficiens ad condemnationem,ut traditur in glo.in d.c.cum contumacia.facit c.excommunicamus.§.qui autem.de hæreti. ſcribit Bellamera.in deciſione ſua Dclxxiiij.incip.contumax ut hæreticus,& de intellectu & materia.d.cap.cum contumacia,alibi dicam Deo duce.

74 DECIMVS QVARTVS †modus conuincendi errantem de pertinacia eſt,quando quis de errore ab aliquibus reprehenſus,non uult de ueritate informari, Et in propoſito uidentur duo caſus conſiderandi, primus eſt, aut iſte errans reprehenditur ab imperitis,uel peritis, & nulla authoritas ueritatis catholicæ ab illis adducitur contra ſuum errorem,uel ſi aducatur illa non concludit contra errantem, tunc ſi iſte errãs non audiat,uel acquieſcere renuat,non eſt pertinax reputandus,quia nõ tenetur credere cuilibet aſſerẽti aliquam poſitionem eſſe hæreticam uel catholicam,niſi illam talem eſſe oſtendat,uel miraculo, uel teſtimonio ſacrę ſcripturæ,aut authoritate Eccleſiæ, ſeu concilij generalis,ut proxime dixi.Rubor eſt enim ſine lege loqui.l.illam. C.de collatio.§.conſideremus.in auth.de trien.& ſemi.colla.3.& dicebat Scot.in 4.diſt.17.q.j. ꝙ ſicut turpe eſſet theologo dicere aliquid eſſe in Biblia, & neſciret ubi illud inueniretur,ita inconueniens eſſet canoniſtæ dicenti tale eſſe ex traditione uniuerſalis Eccleſiæ,& illud non inueniret in canone, & non debet quis eſſe nimis credulus.l.j.§.j. ff.de eo per quem factm eſt.arg.in l. ſi id inquit.ff.quod falſo tuto.

75 Inde † dicit Barto.in d.l.j. quòd ſi nuncias mihi aliquid quod faciam, uel quod denegem quo ad præiudicium meum, non teneor tibi credere,niſi me reddas certiorem, uel inſtrumentis, uel teſtibus.l.ſi quis inficiatus.

ciatus.ff. de poſtu.quem ibi Moderni ſequuntur,additis pluribus ſimilibus quæ ommitto per Bar.in l.doli mali.col.j.ff.de nouatio. Et dicit Pe. de Anchar. in conſil.361.pro declaratione trium quæſitorum,ꝙ ſi intimatio non eſt facta alicui ſub ſcriptura authentica, aut ei non eſt lectus tenor ſcripturæ,non eſt inducta noticia,uel ſcientia,ſic in propoſito,quo ad conuincendum errantẽ de pertinacia, ſi non oſtendatur ueritas ſuo errori contraria,non tenetur credere, adeo ꝙ non credens non dicetur cõuictus de pertinacia ad hoc quòd pertinax hæreticus condemnetur in foro exteriori, licet poſtea illa aſſertio illius errantis tanquam hæretica damnaretur,ut ſæpe dixi,ponendo exemplum in errore græcorum.

76 Quo † ad Deum uero & ſic in foro conſcientiæ nõn dubito hunc hæreticum eſſe pertinacem, quia in illo foro ſola ueritas inſpicitur, quia Deus neque fallit, neque fallitur,licet Eccleſia aliquando fallit, & fallitur,ut eſt tex.in cap.a nobis,de ſenten.excommunica.in prin.& ideo dicitur ꝙ conſcientia eſt tribunal ueritatis,ut dicit Bald.in l. iuſticia. ff.de iuſti. & iur. quinimo dicitur ſenſus animæ cognoſcentis bonum, & malum,ut dicit Bald.in auth.ad hæc.C.de uſu.colum.3. & conſequenter incurrit iſte in omnes pœnas quæ contra hæreticos ſtatuuntur, excommunicationis ſcilicet & bonorum confiſcationis,de quibus in c.excommunicamus.j.& 2.de hæreti.cap.cum ſecundum leges.eod.titu. libr.6.cum ſimilibus.

77 Secundus † uero caſus eſt,quando iſte errans reprehenditur a peritis, uel imperitis de errore eius,& oſtenditur ſibi ueritas catholica uno de tribus modis proxime dictis, uel alijs legitimis in iure ſtatutis, & ipſe errãs non acquieſcit,nec informari uult,tunc iſte errans hæreticus pertinax cẽſendus eſt, & iſte eſt proprie modus conuincendi errantem de pertinacia, de quo loquimur hic.Ratio quare non facio differentiam in propoſito inter imperitum & peritum hæc eſt, quia fides noſtra non eſt in ſapientia hominum ſed Dei,ut Paulus inquit.j.Corinthi.2.& ſic ad hoc ut errans teneatur deponere errorem non refert a quo homine perito uel imperito per regulam fidei oſtendatur,ꝙ opinio ſua erronea eſt,& obuiat fidei orthodoxæ,ſeu alicui ueritati catholicæ,unde ſi poſt talem reprehenſionem, & oſtenſionem ueritatis catholicæ reperiatur iſte errans dictum errorem tenere uel uerum reputare uerbo uel ſcripto, ſeu in eo quomodolibet perſiſtere, reputandus eſt hæreticus pertinax, nam quando errans in ijs quæ fidei ſunt non eſt paratus corrigi,ut eſt iſte, nec cauta ſollicitudine ueritatem catholicam quærit, pertinax eſt hæreticus.ca. dicit Apoſtolus. 24.quæſt.j. & cap.Hæc eſt fides.ea.q.ſicut enim ſi quis per ſeipſum ueritatem inuenerit ſtatim tenetur errorem dimittere,exẽ-

plo uenerabilis Anſelmi qui in libro. j. cur Deus homo. capi. 18. inquit, certus ſum ſi quid dico (quod ſacræ ſcripturæ abſque dubio contradicit): quod falſum ſit, nec illud tenere uolo ſi cognouero, ſic pari ratione ſi per alium quemlibet de ueritate catholica informetur, tenetur errans errorem deponere, & ueritati catholicæ adhærere, nam non uidetur maior ratio in uno, ſicut in altero, ergo idem ius eſt ſtatuendum. l. illud. ff. ad legem acqui.

78 Item † ſi quis alios errantes, cum reuocare poteſt, non reuocat, ſeipſum errare demoſtrat. cap. qui alios, de hæreti. l. ſcientiam. ff. ad l. acqui. & error cui non reſiſtitur approbatur. cap. error. 83. diſtinct. cap. feliciter. 80. diſtinct. multo magis errare demonſtratur, quando ipſe idem errans ipſum ab errore non reuocat, nolens a ſapientibus informari, dicit enim Leo Papa, quid iniquius eſt, quam iniqua ſapere, & ſapientioribus doctioribuſque non credere, ſed in hanc ſapientiam cadunt quicunque ad cognoſcendam ueritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad propheticas uoces, non apoſtolicas literas, non Euangelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia ueritatis diſcipuli non fuerunt, regiſtratur in capitulo. quid autem. 24. q. 3. merito ergo errans de pertinacia conuincitur, quando reprehenſus ab alijs ueritatem ſibi oſtendentibus non uult informari.

79 DECIMVS QVINTVS † modus conuincendi aliquem de pertinacia eſt, quando errans uerbis, uel factis proteſtatur ſe aſſertionem ſuam (quæ hæretica eſt) minime reuocaturum, hæc enim proteſtatio firmam eius uoluntatem oſtendit. l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acqui. hæredi. l. in concubinatu. ff. de concubin. & non eſt paratus corrigi, ideo hæreticus pertinax eſt cenſendus. d. c. dicit Apoſtolus. dict. cap. Hæc eſt fides. cum alijs. Aduerte tamen, quòd & ſi eius uoluntas ſit pertinax, nihilominus tamen poteſt ab illa hæreſi & pertinacia retrocedere, & retrocedens eo modo quo decet petens ueniam ſubmittenſque ſe ipſum correctioni ſanctæ matris Eccleſiæ, ex quo eſt in primo lapſu, admittendus eſſet ad ueniam cum condemnatione ad carcerem perpetuum & bonorum confiſcationem, & cum alijs pœnis quæ huiuſmodi hæreticis redeuntibus infligi ſolent. c. ad abolendam. ca. excommunicamus. 2. §. ſi quis autem. de hæret. lib. 6.

80 Non † enim ſibi potuit hanc legem irreuocabiliter imponere a qua non liceat ſibi, ſi aliter eſt uiſum, recedere, prout doctores in ſimili concludunt de teſtatore qui uoluit ſibi præcludere uiam non faciendi ſecundum teſtamentum, ut late Bartol. ſcribit in l. ſi quis in principio. colum. quarta. uerſicu. an ſit aliquod remedium. ff. de legat.

3. &

3.& dicebat Bald.in conſilio.389.incipien.reperitur, quòd quandam.A. quòd ſi certum eſt de mente teſtatoris, quòd teſtator uelit ſtare ultimæ ſcripturæ, quòd uerba derogatoria non officiunt ultimæ uoluntati. allegans pro hoc Ioan.Andre.& Ioan.de Calderi.in capitulo.primo.de conſtitutio.libro ſexto.nemo enim poteſt ſibi adimere ius teſtandi, quia publici iuris eſt,& iuri ſcripto non poteſt priuatus derogare.l.nemo. ff. de lega.j.traditur hæc materia late per Bald.in l. ſancimus. C. de teſtamen. Hoſtien.in ſumma de ſepultu.§.an ſit licitum,uerſi.ſed ſiquis iurauerit.late Dy.& Ioan.Andre.in c.quod ſemel.de regu.iur.libr.6. Oldra. in conſil.25.& 160.

81 Præſertim † hæc habent locum quo ad Deum,quia in quacunque hora ingemuerit peccator & conuerſus fuerit uita uiuet,& nõ morietur,ut habetur in capitulo.nullus.de pœniten.diſtinctio. 7. & impietas impij non nocebit ei,quacũq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua.Ezechi. 33. & alibi inquit,ſi impius egerit pœnitentiam de omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam,uita uiuet,& non morietur,omnium iniquitatũ eius, quas operatus eſt non recordabor, Ezechi. 18. Eccleſia enim non claudit græmiũ redeuntibus lapſis in hæreſim, ad eam bene ſe conuertentibus, non autem relapſis. in capitulo. ſuper eo. de hæreti. libro ſexto. & in capitulo. ad abolendam.§. illos quoque. de hæret.l.3.C.de apoſtatis.capitulo.corrigantur.uigeſimaquarta quæſtione tertia. facit Epiſtola inter claras. C. de Summa.Trinita.§.ſed quia.ſcribit Sanctus Thom.2.2.quæſtione. 11. articulo.4.

82 DECIMVS SEXTVS † modus conuincendi aliquem errantem de pertinacia eſt, ſi in hæreticæ prauitatis fauorem prohiberet legi ſcripturas ſacras ideſt catholicas, uel prohiberet prædicari aut publicari catholicas ueritates,quia talis defenſor eſt hęreticæ prauitatis,& oppreſſor ueritatis catholicæ,& non ſolum poteſt dici hæreticus ſed etiam hæreſiarcha. capitulo. qui aliorum. 24. quæſtione. 3. non enim eſt paratus corrigi,nec cauta ſollicitudine quærit ueritatem catholicam,& de ea informari.d.c.dicit Apoſtolus, & quia de hoc modo conuincendi de pertinacia ſunt plura ſuperius dicta,quæ poſſunt hic applicari,non inſiſto amplius in eo.

83 DECIMVS SEPTIMVS † modus conuincendi aliquem de pertinacia eſt,ſi quis in defenſionem hæreticæ prauitatis nouos errores fingit,quia iſte non quærit ueritatem, nec eſt paratus corrigi uti proxime dixi,facit capitulum. hæreticus. uigeſimaquarta. quæſtione tertia.

DE-

84 DECIMVS † OCTAVVS modus conuincendi aliquem errantem de pertinacia eſt, ſi ipſe eſſet dominus alicuius ciuitatis, uel loci, uel Epiſcopus, aut quiuis alius potens, aut iudex, & concederet aſſertiones hæreticas publicari, ſeu iuberet illas uti catholicas teneri, & ſeruari, prohiberet & ueritates catholicas illis hæreticis aſſertionibus contrarias prædicari, de hæreſi & pertinacia manifeſte conuinceretur, & hoc ſatis probatur per proxime dicta fundamenta, cum non ſit paratus corrigi, & quia impedit ueritatē manifeſtari, nec cauta ſollicitudine quærit illā, itē ſi negligere, cū poſſumus perturbare peruerſos, nihil aliud eſt q̄ fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, & error cui non reſiſtitur approbatur, ut in ca. error. 83. diſ. multo magis dicitur quis fouere hæreticos, qui authoritatē in præmiſſis accommodat, cū maius ſit peccatū cōmiſſionis, q̄ negligentiæ, niſi eſſemus in prælatis ut dicit gl. in c. j. de offi. deleg. quia in prælatis negligentia inducit peccatū mortale, ut dicit Abbas in c. peruenit. de deci. & gl. in ca. ea q̄ de officio archi. ut ego dixi in meo tractatu de ſecreto. nume. 245. facit. c. conſentire. 83. diſt. & nouerca eruditionis ſit negligentia, ut in c. ſequēti. eadē diſt. quinimo peccatū commiſſionis & ommiſſionis non differūt ſpecie, Auarus enim aliena rapit, quod eſt peccatum commiſſionis, & ſua non dat quibus dare debet, quod eſt peccatum ommiſſionis, ut dicit. S. Tho. in prima. 2. q. 72. art. 6.

85 Præſertim † in perſequutione hæreticorū hæc duo delicta æquiparātur commiſſionis & ommiſſionis, ut eſt tex. in cle. multorū quærela. §. uerum quia. de hæret. ubi notat Bonifacius, ꝙ qui non facit quod facere debet delinquit, quia facere cenſetur aduerſus ea quæ facienda ſunt. l. qui nō facit. ff. de reg. iur. unde dicimus, ꝙ ſimoniam committit qui pecuniā recipit, non faciendo quod facere dēt. c. nemo. de ſimo. præſertim qnia in propoſito dictus errans præbet cōſenſum authoritatis, & ideo magis peccat q̄ faciens. c. qui aliorū. 24. q. 3. ut dicit gl. in d. c. j. de offi. deleg. præterea iſte errans contemnit Eccleſiæ dogmata, & ideo excōicationem incurrit, ut in c. ſi quis. 25. q. 2. ubi habetur. ꝙ ſi quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, uel decreta pro catholica fide, uel Eccleſiaſtica diſciplina pro correctione imminentiū uel futurorum malorū a ſedis Apoſtolice præſule ſalubriter promulgata contempſerit, anathema ſit. facit. c. generali. 25. q. j. & applica hic q̄ dn̄r per Archi. Ioan. Andre. Domi. & alios in c. quicunque. de hæret. lib. 6. in materia fautoriæ hæreticorum.

86 DECIMVS † NONVS & ultimus modus conuincendi aliquem de hæreſi eſt, ſi quis errans contra apertam, diuulgatam, ſeu prædicatam ueritatem catholicam in Eccleſia, diu perſiſtit in errore, uel uſq;

ad

ad mortem, hic eſt hæreticus pertinax, quia cum nouerit talem errorem quem ipſe habet eſſe damnatum per Eccleſiam, per ignorantiam excuſari non poteſt, cum magis per obſtinatam maliciam perſiſtere in errore uideatur, & non immerito Eccleſia tales quos reperit contra catholicam ueritatem in errore uſque ad mortem perſeueraſſe, tanq̃ hæreticos iudicat, & punit, & ẽt illos qui diu perſiſtunt in dicto errore, niſi reuertantur ad græmiũ Eccleſiæ, quo caſu abiurata hæreſi eccleſiæ reconciliantur, ut in c. ut officiũ. §. ſi uero aliquis. de hæret. lib. 6. & per hunc modum ego dicebã apoſtatas, iudayzantes, uel mahometantes, qui in errore perſiſtũt ꝙ ueritatem Euangelicã, eſſe pertinaces hæreticos, adeo ꝙ ad illorum condemnationem non requiratur aliud niſi ꝙ tranſierint, uel redierint ad illos damnatos ritus, quia hic reditus uel tranſitus includit in ſe pertinaciã & errorẽ, ut ſatis probatur in c. contra chriſtianos. de hære. lib. 6. ea enim quæ publice fiunt, præſertim quæ fidei ſunt, ignorare non licet, & ideo ignorantia in ijs quæ ſunt de iure naturali non excuſat, ut dicit Cardi. in cle. j. §. porro. de Summa Trin. & alibi dicitur, ꝙ ignorantia iuris lata culpa eſt, ut dicit Bar. in l. quod metu. colu. 6. uerſi. iuxta prædicta. ff. depoſiti. l. liberorum. ff. de ijs quæ notantur infa. tradit Alexã. in conſi. 76. uiſis. colu. 2. lib. 3. Abbas in c. cũ in tua. qui matri. accuſa. & ignorãtia eorum quæ publice fiunt non probatur per iuramentum, ut dicit Rota. 444. incipiente extra rotã petebatur. cũ alijs, ut dixi ſupra in ea. q. in quinto modo, licet alias ignorantia multũ ualeat ad delicti excluſionẽ, ut ſcribit Fely. in c. 2. de exceptio. in prin. facit. c. apoſtolicę. de cleri. excommunica. mir i ltra. & ad materiã huius quæſtionis omnino uide quę ſcripſi ſupra in quæſtione tertia. Et per hæc ad laudem Dei imponitur finis huic quæſtioni, in cuius examine ſequutus ſum Ocham, Ioannem Gerſonem, Anto. Floren. & Cardinalem de Turre Crema. plurimis a me additis, quæ faciliter pio lectori poterunt innoteſcere.

SVMMARIVM.

1 *An Chriſtus legem Moſaycam ſeruauerit.*
2 *Præcepta legis Moſaycæ erant in triplici differentia.*
3 *Moralia præcepta obſeruauit Chriſtus.*
4 *Iudicialia præcepta obſeruauit Chriſtus.*
5 *Cerimonialia obſeruauit Chriſtus.*
6 *Chriſtus quòd non ſeruauerit legem Moyſi argumentatur.*
7 *Chriſtus quod obſeruauit legalia probatur multis modis,*
8 *Chriſtus curando infirmos in ſabbato an illud uiolauerit.*

Chriſtus

9 *Chriſtus an uiolauerit legem tollendo libellum repudij.*
10 *Chriſtus an uiolauerit legem prohibendo uſuram.*
11 *Chriſtus an uiolauerit legem præcipiendo inimicos diligi.*
12 *Cerimonialia chriſtus & Apoſtoli ſubſtulerunt, ſed non ideo legem Moſaycam uiolauerunt.*
13 *Chriſtus an ſubſtulerit diſtinctiones ciborum.*
14 *Chriſtus non uenit ſoluere legem ſed adimplere, declaratur.*

TRIGESIMA PRIMA QVAESTIO.

1 Trigeſimo primo† Quæro. An Chriſtus legem Moſaycam ſeruarit, & licet alias in rubr. de hæreticis. lib. 6. col. 290. tractauerim dubium, an Chriſtus ſeruauerit legalia dictæ legis, nihilominus tamen quia ibi fuerunt plura ommiſſa ad declarationem huius dubij, hic latius explicabo ſine repetitione eorum quę ibi dicta ſunt, & proficient hæc ad multa quæ tractantur in officio inquiſitionis contra iudayzantes.

2 Sciendum†eſt ergo, ꝙ in dicta lege Moſayca, erant præcepta in triplici differentia, quædam enim erant præcepta moralia, quædam cerimonialia, quædam iudicialia, ut ex textu ſacri canonis colligitur, quo ad moralia uidetur ꝙ illa non obſeruauerit, patet, quia cum præceptum de obſeruatione ſabbati morale ſit quantum ad uacationem a corporalibus operibus, ipſe ſabbato curauit, Ioan. v. & ſanato præcepit tollere lectulum ſuum in ſabbato, Item iudicialia non uidetur impleuiſſe, quia mulierem deprehenſam in adulterio, quæ in lege præcipiebatur lapidari impunitã abire permiſit, ut habetur Ioan. 8. Item cerimonialia de abſtinẽtia ciborũ in lege prohibitorum non uidetur obſeruaſſe, quia dicitur Mathei. 15. qđ intrat per os non coinquinat hominem. Sed in contrarium eſt ipſa ueritas incarnata, quę inquit, non ueni ſoluere legem, ſed adimplere. Matthei quinto. Et aduerte quia ut inquit Auguſtinus in libro contra Fauſtum, lex dupliciter impletur, uno modo, faciendo ea, quæ in ea ſcripta ſunt, alio modo, implendo ea quæ per eam ſunt promiſſa, impletur ergo lex uel cum fiunt quæ in ea præcepta ſunt, uel cum exhibentur quæ prophetata ſunt, quo ad primum modum implendi legem faciendo ea quæ in lege ſcripta ſunt, ſicut cæteri iudei, ut erant moralia iudicialia & cerimonialia.

3 Primo † de moralibus dicendum eſt, ꝙ hæc moralia perfecte Chriſtus adimpleuit, & alios ad hæc obſeruanda incitauit, Matthei nono inquiẽs, ſi uis ad uitam ingredi ſerua mandata. Secundo dicta moralia obſeruauit

ſeu

ſeu impleuit ſanum intellectum eorum declarando, & errorem phariſeorũ circa ea excludendo, ut patet Mathei. v. ubi pręceptum morale, nõ occides, eis declarat quomodo ſit intelligendum, idem de præcepto, nõ me chaberis, de libello repudij, de iuramento, & de dilectione proximi, & nota quod dicit ibi glo. interlinearis in uerbo, ego autem dico uobis &c. nõ ſoluo, ſed ſuppleo, & in uerbo, iterum audiſtis, in hoc non ſoluo ſed ſuppleo legem, & ſic Chriſtus non ſoluit illa moralia præcepta, ſed ea declarauit, ut ibi late patet, & idem eſt de obſeruantia ſabbati de cuius uiolatione ipſum arguebãt, ut Lucæ. 13. & Mathei. 12. ut dixi in dicta rubrica. Tertio adimpleuit dicta præcepta moralia Chriſtus ea conſilia apponẽdo, quæ faciunt ad perfectionem, & mandatorum obſeruantiã, perfectus enim obſeruat mandatum hoc, nõ occides, tam ille qui cauet ab ira inordinata, quàm ille qui cauet tantum ab interfectione, ut patet in eodem. c. quinto. apud Matheum.

4 Præcepta† uero iudicialia impleuit, temperãdo rigorem eorum per uiã miſericordiæ, in aliquibus per ſeipſum, & aliis dimiſit temperamentum, ſcilicet ſuis miniſtris, ideſt Eccleſiæ prælatis & principibus terrenis catholicis, ut de talibus ordinent ſecundum quod uiderint utile communitati fidelium ſecundum uarietatem temporum, locorum, ſiue perſonarũ, & iſtud non fuit legem deſtruere, ſed magis adimplere, quia ſic ordinauit meliorem modum obſeruationis iuſticiæ, ſicut non deſtruitur puer quando fit uir, licet enim tranſeat pueritia, tamen remanet melior ſtatus eiuſdem perſonæ ætate mutata, lex enim uetus habuit quaſi ſtatum pueri reſpectu nouæ legis, propter hoc dicitur ad Galatas. 3. lex pedagogus noſter fuit in Chriſto. i. regulatiua ſtatus puerilis, propter hoc erat lex timoris, ſicut pueri ſub diſciplina & timore cuſtodiuntur, lex autem Euangelica eſt lex amoris, & ideo non debet eſſe tantus rigor pœnarum, quia proprium hominum perfectorum eſt magis deduci ad uirtutem amore iuſtitiæ, ꝙ timore, unde illud Oratij, oderunt peccare boni uirtutis amore, oderunt peccare mali formidine pœnæ, & in hoc reſidet Nicolaus de Lyra, ꝙ chriſtus non ſoluit præcepta iudicialia ſed illa adimpleuit, ſcilicet ſeruando illa ſicut cæteri, immo meliori modo & ſanctiori.

5 Præcepta† inſuper cerimonialia et obſeruauit chriſtus. Quorũ quædã pertinebant ad ſacramenta, quædã ad ſacrificia, quædã ad ſacra, ſacramẽta erant ut circuncifio quantũ ad omnes homines, unctio quantũ ad Reges & Pontifices, Chriſtus autẽ aſſumpſit ſtatũ ſacerdotis regalis uel terreni Regis, immo dixit corã Pilato, Regnũ meũ non eſt de hoc mundo, Ioan. 18. & ideo non aſſumpſit unctionẽ corporalẽ regũ, uel pontificũ, ſed unctionẽ ſpiritualẽ, q, Deo p̃re habuit ꝑ plenitudinẽ gratię ſ̃m quod ſcribitur

ſcribitur in Pſal.44.unxit te Deus Deus tuus oleo leticiæ, circunciſionē ipſe adimpleuit primo in ſeipſo incipiendo, ſecundo melius & efficacius & generalius inſtituendo ſacramentum baptiſmi loco ipſius in quo con fertur maior gratia,& eſt remedium tam uiris q̃ mulieribus, quædam ēt cerimonialia pertinebant ad ſacrificia,ſicut immolatio agni paſchalis,ſa crificium,& ſimilia,iſta autem erant figuratiua unius perfecti ſacrificij, ſcilicet Chriſti in cruce offerendi,& ideo iſta impleuit Chriſtus uno mo do corporaliter patiēdo,alio modo efficacius ſacrificium, ſcilicet eucha riſtiam,inſtituendo.Quædam autem cerimonialia pertinebant ad ſacra & de talibus erāt præcepta prohibitiua,& iſta adimpleuit Chriſtus,quia dixit Petrus actuum.xj. immundum & commune nūquàm introiuit in os meum,& multo fortius Chriſtus hoc ſeruauit,& ſic iſta præcepta adim pleuit ea obſeruando,& obſeruationem meliorem declarādo, per talem enim abſtinentiam a corporalibus cibis ſignificatur abſtinētia a ſpiritua libus immunditiis, hanc autem munditiam inſtituit Chriſtus in lege Euā gelica quæ eſt mundiſsima,& per conſequens debuit ceſſare figuralis ab ſtinentia , propter quod dicitur actuum. x. quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris,quia nullus cibus coinquinat homines qui cum gratia rum actione percipitur,dimiſit tamen Deus ordinationi Eccleſiæ de ali quibus abſtinentiis faciendis pro loco & tempore. Ex quibus patet quo modo Chriſtus legem adimpleuit quantum ad obſeruantiam præcepto rum legis Moſaycæ.

6 Sed circa † præmiſſa uidetur conſiderandum , ꝙ immo Chriſtus ſoluit legem moſaycā,& non adimpleuit ſiue non obſeruauit omnia illius præ cepta,quod videtur patere,Primo quia ſi Chriſtus non ſoluiſſet legē Moy ſi in præceptis cerimonialibus & iudicialibus,neceſſe eſſet dicendum, ꝙ adhuc illa manerent,nam ſi non eſſet ſoluta cur ſtare prohiberetur, ut.l. ſancimus.C.de teſtam.Secundo , Chriſtus ſoluit eam auferendo aliquid de præceptis,ut patet in libello repudij quem Chriſtus uetuit fieri,ut Ma thę.quinto.Tertio licebat etiam ſecundum legem Moyſi dari ad uſuram extraneis,Chriſtus autem uetuit dari nummum ſine ulla ſpe uſuræ, Lucæ 6.mutuum dantes nihil inde ſperantes. Quarto licebat perſequi inimi cos ſecundum legem Moyſi deſiderio uindictæ.numeri.35. chriſtus ue tuit etiam iraſci.Mathei quinto.Quinto patet,quia Pau.ad Galatas quin to inquit,ꝙ chriſtus nihil prodeſt eis qui circunciduntur, & ꝙ euacuan tur a chriſto qui per legem putant ſe iuſtificari,& ſic Chriſtus fecit ceſſa re iſtas cerimonias tanq̃ ſibi repugnantes.Sed iſtud etiam patet circa di ſtinctionem ciborum, quæ erant cerimonialia legis Moyſi ſecūdū quam iudicabantur aliqua animalia munda ad cibum , & alia immunda , Leui.

xj.& Deute. 14. Chriſtus uero oſtendit Petro nullum cibum eſſe immundum, mittẽs de cœlo in uiſione uas magnum diuerſis quadrupedibus plenum, quorum quædam ſecundum legem erant immunda, & audita fuit uox loquentis ad Petrum, ſurge Petre, occide & manduca, & Petrus dixit abſit a me, quia nunquam manducaui commune, & immundum, & uox reſpondentis iterum ad eum, quod Deus purificauit tu ne commune dixeris. actuum. x. & ſic Chriſtus ſoluebat hic legem Moyſi, faciendo nullũ cibum eſſe immundum, ſed concedendo generaliter uti omnibus cibis tã quàm mundis, ipſe ergo legem ſoluit, Apoſtoli etiam & tota Eccleſia in concilio generali ſoluit legem Moyſi, quia cum eſſet dubium inter aliquos, an legalia adhuc obligarent conuerſos ad Chriſtum, diffinitum eſt eos non eſſe obligatos, ſed per ſolam Chriſti fidem poſſe ſaluari. actuũ. 15. lex ergo Moyſi ablata eſt per Deum diffinientem tempus, & durationem eius, & dantem aliam legem per quam illa tolleretur, ut habetur Hieremiæ. 31. & Pau. ad Hæbreos. 8. & non obſtat prædictis quod ſcribitur Mathei quinto, ubi inquit Chriſtus ad iudæos, nolite putare quoniã ueni ſoluere legem, aut prophetas, non enim ueni ſoluere legem ſed adimplere, quia hæc authoritas ſecundum aliquos non uidetur intelligenda, quòd Chriſtus per eam intellexerit, ꝙ ipſe uenit ad obſeruationem præceptorum legis, quia lex Moyſi cõſiſtens in cerimonialibus, & iudicialibus totaliter periit, & ſic ſoluta eſt quantum ad obſeruationem, Chriſtus ergo nihil aliud intellexit, niſi ꝙ ipſe non ueniebat ad euacuandum promiſſa legis, ſed uenit ad implendum quæ promiſſa erant in lege, & prophetis, & hoc conſonat litteræ, in quantum dicitur non ueni ſoluere legem, & prophetas, quia ſi intellexiſſet de ſolutione legis quæ eſt non obſeruare, ſolum dixiſſet non ueni ſoluere legem, quia ibi ſunt præcepta, quæ obſeruari uel ſolum poſſunt, prophetæ autem promiſſiones continent, non autem mandata, ideo non poſſunt hoc modo ſolui, ſed ſoluuntur prophetæ, ſi dicatur, ꝙ promiſſa per prophetas nunq̃ euenient, implentur, ſi exhibeatur quod in eis promiſſum eſt, ergo de iſta impletione Chriſtus intellexit. Item conſonat hoc uerbis ſubſequentibus, quia quando dixit, nõ ueni ſoluere legem, ſubiunxit, donec tranſeat cœlum aut terra Iota unũ aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant, hoc autem neceſſe eſt intelligi de impletione promiſſorum, quia intelligendo impletionem de obſeruantia mandatorum, quotidie implebatur lex a iudæis, qui eam obſeruabant ad unguem. Item hoc conſonat uerbis Chriſti Lucæ. 24. neceſſe eſt impleri omnia quæ dicta ſunt in lege Moyſi, Prophetis, & Pſalmis de me, & ſic impletionem poſuit pro completione promiſſorũ, & non pro obſeruatione legis, & ſic uidetur ꝙ illa authoritas Chriſti, nõ

ueni

ueni ſoluere ſed adimplere, ſecundum intentionem Chriſti exponenda uidetur quia lex Moyſi continebat præcepta, & inter præcepta continebantur promiſſa, ad quæ lex ordinabatur, propter quæ obſeruabatur, & iſta poterant impleri, & in iis contradicit Epiſcopus Abulen. Nicolao de Lyra.

7 Aduertendum† eſt tamen, quia opinio Lyræ uidetur uerior, ꝙ Chriſtus impleuit legem ueterem obſeruãdo illius præcepta, multo melius q̃ cæteri iudæi, ut patet in circuncıſione, eſu agni paſchalis, & cæteris cerimonialibus, & hoc conueniebat, ne iudæi haberent occaſionem expellendi Chriſtum tanquàm non ſeruantem legẽ Moyſi a Deo ipſis traditã, prout ego late ſcripſi in rubrica de hæreticis. lib. 6. in quinto errore iudæorum. Et quo ad hoc poteſt dici, ꝙ Chriſtus impleuit legem quantum ad promiſſa, promittens obſeruãtibus illam meliora, lex enim moſayca promittebat ſolum bona temporalia, & tranſitoria, ſcilicet abundantiam & excellentiam temporalem, ut patet Deutero. 26. cuſtodias omnia præcepta eius, & faciet te excellentiorem cunctis gentibus, Sed Chriſtus obſeruantibus Dei mandata promiſit bona ſpiritualia, & æterna, ſcilicet gratiã in præſenti, quæ præcellit omnibus bonis temporalibus, & etiam gloriam in futurum, ut Mathei. 19. dicens, omnis qui reliquerit cẽtuplum accipiet, ſcilicet in præſenti, quia bona ſpiritualia quæ hic recipiuntur, intantum excellunt bona temporalia, ac ſi centenarius numerus paruo numero cõparetur, & uitam æternam poſſidebit, ſcilicet in futuro, patet ergo quòd Chriſtus adimpleuit legem quantum ad præcepta, & promiſſa. Tertio adimpleuit Chriſtus prophetias quæ principaliter loquutæ ſunt de Chriſto, & de aduentu eius, & de ijs quæ pertinent ad ipſum, & ideo adimpleuit prophetias naſcendo, conuerſando in mundo, & moriendo, & reſurgẽdo, & alia opera noſtræ ſalutis faciendo, propter quod imminente ſua paſſione dixit Lucæ. 24. oportet impleri ea quæ ſcripta sũt in lege & prophetis & pſalmis de me, patet ergo quòd Chriſtus adimpleuit legem quãtum ad præcepta & promiſſa.

8 Primo† non obſtat ꝙ Chriſtus curando infirmum ſabbato uidetur feciſſe contra legem, quia ſi licitum erat facere in die ſabbati ea quæ ad gloriam Dei pertinebãt, ſicut ornare templum, & ſacrificia offerre, & laudes diuinas dicere, & huiuſmodi, multo fortius ſanare hominem miraculoſe ad oſtenſionem diuinæ uirtutis erat licitum, & eadem ratione, ꝙ ſanatus ſubito portaret lectum ſuum in die ſabbati, faciebat ad manifeſtationẽ miraculi, per hoc enim oſtendebatur, ꝙ diuina uirtute erat ſic ſubito perfecte ſanatus, & ꝙ erat ad priſtina opera plenarie reſtitutus. Præterea ſecundum. S. Tho in prima. 2. q. 107. art. 2. per ea quæ Chriſtus fecit in ſabbato,

bato, ſabbatũ non ſoluit ſm rei ueritatem, ſicut ipſe apud Matthæũ oſtẽdit, tũ quia operabatur miracula uirtute diuina, q̃ ſemper operatur in rebus, tum quia ſalutis humanæ opera faciebat, cũ Phariſei ẽt ſaluti animaliũ in die ſabbati prouidebãt, tum ẽt quia ratione neceſsitatis diſcipulos excuſauit in ſabbato ſpicas colligentes, ſed uidebatur Phariſeis Chriſtũ ſoluere ſm ſuperſticioſum intellectũ eorũ qui credebant ẽt a ſalubribus operibus eſſe in die ſabbati abſtinendũ, quod erat ꝯ intẽtionem legis. Secundo non obſtant, ꝙ ſi Deus non ſoluiſſet legem moſaycam, ad huc illa duraret, & eſſet obſeruãda & qđ dictum eſt ſ̄ de libello repudij, & alijs, per quæ vr̄ chriſtus ſoluiſſe legem moſaycam tollendo cerimonialia, ut in exemplis poſitis. quia ad hoc dici poteſt, ꝙ Chriſtus ſeruauit legẽ ut diximus obſeruando cerimonialia, ut patuit in circuncıſione, in eſu agni paſchalis, & in alijs, & ideo dixit, non ueni ſoluere legem ſed adimplere, & poſtq̃ illa obſeruauit ex cauſis per me dictis in rubri. de hæret. li. 6. illa cerimonialia euacuauit lex noua, q̃a erant in figura futuri. Vñ ex hoc ipſo ꝙ cerimonialia fuerunt impleta perfectius ijs, q̃ figurabantur, non erant, nec ſunt ulterius obſeruanda, quia ſi obſeruarentur, adhuc ſignificaretur aliquid ut futurum & non impletum, ſicut ẽt promiſsio futuri doni locum iam non habet promiſsione iam impleta per doni exhibitionẽ, & per hunc modum cerimoniæ legis tolluntur cum adimplentur, ut dicit S. Tho. in 2. 2. q. 107. arti. 2. in reſponſionibus ad argumenta.

9 Secundũ † eodẽ authore ſecundũ Aug. ꝯ Fauſtũ, præcepta illa Criſti nõ ſunt ꝯria præceptis ueteris legis, qđ enim dñs præcepit de uxore dimittenda, non eſt ꝯtrarium ei qđ lex præcepit, neque enim ait lex, q̃ uoluerit dimittat uxorẽ, cui eſſet ꝯrium non dimittere, ſed utique nolebat dimitti uxorẽ a uiro, qui hãc interpoſuit morã, ut diſcidiũ animus p̄ceps libelli conſcriptione refractus abſtineret. unde Chriſtus dñs ad hoc cõfirmãdũ, ut non facile uxor dimittaẽ, ſolã cãm fornicationis excepit. Matthæi 5. & i c. gaudemus. de diuor. credebãt ergo iudæi ꝙ hoc eſſet ſimpliciter licitũ. ſ. dimittere uxorẽ, male intelligẽdo legẽ ſcriptã Deu. 24. ſed hoc ẽ falſum, q̃a ſm totã uitã indiuiſibilitas eſt de rõne coniunctionis matrimonialis, ideo enim libellus ille repudij permittebatur, non quia licitũ eſſet dimittere uxorẽ, ſed ad euitãdũ maius malũ. ſ. uxoricidiũ. minus em̃ malũ erat, ꝙ uxores dimitterẽt, q̃ ꝙ eas iterficerẽt, & iõ nõ erat licitũ vxorẽ dimittere, niſi pp fornicationẽ, tũc em̃ licitũ eſt eã dimittere q̃tum ad cohabitationẽ & debiti redditionẽ, manet tñ uinculũ per totã vitã, & ideo dicit ꝙ ſi dimiſſa nubat cõmittit adulterium, & ſimiliter q̃ eã duxerit, & in hoc non ſoluebatur lex vetus ſed ſupplebatur, vt dicit gloſa interlinearis in uerbo, adulterat, & Nico. de ly. ibi. Ipſum tamen repudium

licet eſſet permiſſum ad refrenandum uxoricidium,& ob duriciam cordis iudæorum, non autem erat licitum ſecundum communem opinionem catholicorum doctorum,ut dicit lyra Deutero. xxiiij. quem ſequitur ibi Pau.Burge.de quibus ſcribit.S.Tho.in 4.diſt.33.q.2.

10 Tertio † quod dicitur de uſura non ualet, quia uſura licet fuerit permiſſa in lege ueteri reſpectu extranei,non tamen fuit licita,etiam reſpectu extranei,ſeu alieni,quia datio ad uſuram eſt contra legem naturæ,ut dicit Ariſto.in quinto Ethicorum, & erat illicita cum extraneo ſiue alieno,prout teſtatur Propheta Dauid Pſal. 14. inquiens, Domine quis habitabit in tabernaculo &c.ſequitur,qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram,abſolute loquitur,& nullum excipit, quia indefinita iuris æquipollet uniuerſali,unde in libro qui apud iudæos eſt authenticus, exponitur illud,qui pecuniam non dedit ad uſuram,per gloſam, etiam gentili, ut dicit Nico.de Ly.Deutero.24.& eo.lib.c.23. ſuper illud non fenaraberis fratri tuo ad uſuram pecuniam,nec fruges,nec quamlibet aliam rē, ſed alieno,inquit iſtud eſt permiſsio,non licentia, ſed minus mali,ad euitandum maius.ſ.ne fratres ſuos grauarent vſuris,& ideo Chriſtus Lucę. 2.inquiens,mutuum date nihil inde ſperantes,non prohibet illud quod non erat prohibitum, immo illud quod iam illicitum erat declarat eſſe illicitum,& ab eo præcipit abſtinendum,quinimo dicit Vgo Car. in tex. Deuter.c.23.ꝙ illud,alieno,fuit additum a iudæis,& ſic quòd non erat in lege diuina, & ad prædicta uidenda ſunt quæ ſcribit.S.Tho. in 2.2.q. 78.arti.j.ad ſecundum.

11 Quarto † circa odium inimicorum non habendum, dicendum eſt ꝙ iudæi in præceptis decalogi ſola opera exteriora tenebant prohiberi,nō motum animi,unde Ioſephus. 12. antiquitatum reprobat Polibium hyſtoriographum perſarum dicentem,ꝙ Antiochus ephiphanes mortuus fuerat in montibus miſere propterea ꝙ uoluerat ſpoliare templum Dianæ in perſide,dicens ꝙ uoluntas mala non eſt peccatum,niſi exeat in effectum,& eodem modo dicebant iudæi de hoc præcepto,non occides,q̄a per hoc prohibetur occidendi factum & non occidendi propoſitum, & hoc eſt quod dicit Chriſtus,audiſtis quia dictum eſt antiquis &c.hoc eſt, ſic interpretantur præceptum hoc, ſed hunc errorem excludit Saluator dicens, ego autem dico uobis,quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, & ſic Chriſtus non ſubſtulit legem in hoc, ſed declarauit, ſimile eſt in alio qđ habetur etiam apud Matthæum quinto,hoc eſt, audiſtis quia dictum eſt antiquis,diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, nam iudæi in hoc etiam errabant,ex hoc enim quod præceptum eſt Leui.19. diliges amicum tuum ſicut teipſum, arguebant a contrario ſenſu, ergo

debemus odiſſe inimicum noſtrũ, ſed hoc eſt eſt falſum, quia omnis homo ex charitate diligendu eſt, in quantum ad imaginem Dei creatus eſt, mali uero homines quamdiu ſunt in uia ſunt in potencia ueniendi ad beatitudinem, & ideo licet eorum malicia ſit odienda, ipſa tamen natura poſsibilis beatificari eſt diligẽda, & hoc eſt quod Saluator dicit, diligite inimicos ueſtros &c. & ſic intellige tex. c. cũ in l. 23. q. 4. ne in eo decipiaris. Et ideo. S. Tho. in d. arti. 2. inquit, ꝙ Chriſtus circa odium inimicorum remouit falſum phariſæorum intellectum, nos monens, ut perſona odio non habeatur, ſed culpa.

12 Quinto † quantum ad circuncisionem & alias legis cerimonias, quæ ſublatæ ſunt per Apoſtolos, etiam quia finitum fuit tempus legis, & conſequenter ꝙ ceſſat, iam fuit ad hoc reſponſum ſupra, ꝙ ideo hæc cerimonialia ceſſant quia iam adimpletum eſt quod promittebant, ut dicit. S. Tho. in d. arti. 2. & per hoc non poteſt dici lex ſoluta, ſed impleta, & ſic Chriſtus non ſoluit legem ſed adimpleuit. Quinimo ſi hodie ille cerimoniæ durarent eſſent ſigna falſa. ſ. quia erant ſigna futurorum, ideſt eorum quæ quondam fuerunt futura, nunc autem preterita ſunt, ſic innuit Pau. ad Colo. 2. nemo ergo uos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, quæ ſunt umbra futurorum, ut idem dicit Pau. ad hæbreos. x. umbram enim habet lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. Et ad hoc propoſitum dicebat Auguſti. in lib. contra Fauſtũ, ſi Chriſtus legem & prophetas non ſoluiſſet, adhuc promitteretur naſciturus, paſſurus, & reſurrecturus, cum ideo magis hęc non ſoluerit ſed adimpleuerit, quia iam nõ promittitur naſciturus, paſſurus, reſurrecturus, quod illa ſacramenta perſonabant, ſed annunciatur ꝙ natus ſit, paſſus ſit, reſurrexit, quod hæc ſacramenta, quę nunc a Chriſtianis aguntur, perſonant.

13 Sexto † ad illud de diſtinctione ciborum dicendum eſt ſecundum. S. Tho. in d. arti. 2. ꝙ Chriſtus non mandauit ꝙ tunc non obſeruaretur illa diſtinctio ciborum, ſed oſtendit ꝙ nulli cibi ſecundum ſuam naturam erant immundi, ſed ſolum ſecundum figuram. Et ſic patet, ꝙ non obſtantibus contrarijs ſupra adductis dicendum eſt concluſiue, ꝙ Chriſtus bene dictus obſeruauit legalia, & non ſoluit. Cætera uero quæ circa hanc quæſtionem eſſent dicenda dixi in d. rubr. de hæret. li. 6. in quinto errore iudæorum. verſi. quæro vlterius. in 12. q.

14 Et hoc † teſtimonio Chriſti cõfirmatur Matth. 5. dũ inquit ad iudęos, nolite putare qm̃ ueni ſoluere legẽ, aut prophetas, nõ ueni inqt ſoluere legẽ, ſed adimplere, proponit diſiunctiue, & eius reſponſio ẽt diſiunctiua eſt, quaſi dicat non veni ſoluere legem aut prophetas, ſed adimplere, ad-

impleuit legē illius præcepta ſeruando, adimpleuit prophetas illorū promiſſiones exequendo, & effectuando. ſ. naſcendo, patiendo, reſurgendo, & alia faciendò q̄ illi prophetarunt, quia, vt inquit Aug. quod prophetauerunt prophetæ, hoc & prædicarunt Apoſtoli, ſic ergo Chriſtus opera ueteris legis adimpleuit opere, quia circuncidi voluit, & alia legalia obſeruare, & quæ erant tempore illo obſeruanda, ſecundum illud ad Galatas. 4. factum ſub lege, & etiam doctrina tripliciter adimpleuit dicta præcepta. ut ſcribit. S. Tho. in dicto arti. 2. in corpore quæſtionis, & hæc ſufficiant de hac quæſtione, proteſtatione repetita.

SVMMARIVM.

1 *Sabbati obſeruantia erat cerimonialis.*

2 *Sabbatum a qua hora incipiebat ſecundum iudæos.*

3 *Sabbati obſeruantia in quibus conſiſtebat.*

4 *Luminarium accenſio in die Veneris ad ueſperam an ſit ritus iudæorum.*

5 *Ritus quid ſit.*

6 *Iudex aliquando ſe informat de conſuetudine ex officio.*

7 *Luminarium accenſio ad ueſperam Veneris quæ ſit a iudæis, & quæ ſit a chriſtianis in ueſpere Sabbato, an iure probetur.*

8 *Conſuetudo conſideranda eſt quando aliquid certi non habemus.*

9 *Sabbati ueſperum feſtiuans propter ſabbatum ſubſequens iudayzare dicitur.*

10 *Indiuidui partem faciens nihil facere uidetur.*

11 *Sabbati obſeruantia innuit quòd Chriſtus non uenit, quod eſt hæreticum.*

12 *Sabbati pars non eſt òbſeruanda.*

13 *Iudayzantes quare ſeruant partem ſabbati & non totum ſabbatum.*

14 *Peccatum conſenſus facit, licet extra non exeat.*

15 *Hæreſis crimen hoc habet ſpeciale ut ſola cogitatio mentis puniatur.*

16 *Hæreticus credens quis dicatur.*

17 *Iudayzandi intentio ex pluribus colligitur iuris præſumptione.*

18 *Geminatus actus maiorem animi affectum oſtendit.*

19 *Iudayzantes plerumque nutriunt filios ſuos in cerimonijs, & ſæpe filij ſequuntur eorum errores.*

20 *Familiaritas ſeu conuerſatio cum hæreticis inducit ſuſpicionem.*

21 *Familiaritas ſeu conuerſatio cum malis adiuuat dubiam præſumptionem.*

Captu-

22 *Capturam Rei an debeat præcedere informatio.*
23 *Dominicæ diei ſolemnitas incipit a ueſpere ſabbati non autem ab alia hora, ne uideamur iudayzare.*
24 *Barbitonſores poſſunt laborare uſque ad aliquam partem noctis, ſi hoc habet conſuetudo.*

TRIGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

TRIGESIMO Secundo Quæro, Si quis deſcendens de gente iudæorum ſolemnizauerit ueſperam ſextæ feriæ incēdens luminaria, domum mundando, & abſtinēdo ab opere ſeruili, non tamen obſeruauerit ſabbatum, operando in eo, an iſte dicatur cerimonias legis Moyſi obſeruare, adeo quòd de crimine hæreſis, & apoſtaſiæ accuſari poſſit, hæc quæſtio frequenter accidit, ideo circa eam aliquatenus inſiſtendū, & omisſis argumentis reſpondendū eſt.

1 Dico † ergo præſupponendum, quod ſępe dixi in rubri. de hæreti. lib. 6. in 12. q. in quinto errore iudæorum, quòd ſabbati obſeruantia, in eo ꝙ ſabbatum eſt cerimoniale, hoc eſt quòd celebretur in die ſeptimo, hodie in lege noua Euangelica ceſſat & ceſſare debet, eo quia obſeruātia ſabbati futuram quietem ſignificabat in ſepulchro die ſeptima, & ideo adueniente ueritate debuit illa figura ceſſare, & etiam propter excluſionem erroris, ne forte ex hoc aliquis crederet ꝙ adhuc obligatio ad cærimonias ueteris legis maneret, unde Grego. in cap. peruenit. de conſecra. diſtin. iii. inquit. peruenit ad me quoſdam peruerſi ſpiritus homines praua inter uos aliqua, & ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe, ita ut in die ſabbati prohiberent aliquid operari, quos quid aliud, niſi antichriſti prædicatores dixerimus, qui ueniens diem ſabbati atq; dominicum faciet ab omni opere cuſtodiri, quia enim mori ſe & reſurgere ſimulat, haberi in ueneratione uult diē dominicū, & q̄a populū iudayzare cōpellit, ut exteriorē legis ritū reuocet, & ſibi iudæorū pfidiā ſubdat, coli uult ſabbatū.

2 Secunda † eſt ſupponendum, ꝙ ſabbatum incipiebat a ueſpera poſt diem ueneris uſque ad mane diei dominicæ, & ſic ſabbatum habebat duas noctes, unam præcedentem, & alteram ſubſequentem, & ſic intelligitur Leui. 23. ubi dicitur, a veſpere uſque ad ueſperam celebrabitis ſabbata ueſtra, & ita obſeruant iudæi in partibus orientalibus, ut mihi fuit relatum, alij uero incipiunt ſabbatum a die ueneris de ſero & ſeruant illud vſque ad principium noctis diei ſabbati, in qua laborare incipiunt, ut inquit Iacobus de Valentia in ſuo tractatu contra Iudæos. quæſt. 2. in. xiij. verſicu. ijs habitis, quocunque ergo modo computetur ſabbatū,

ſiue cum duabus noctibus, ſiue cum una, ſemper nox ſubſequens ſextam feriam ſiue diem ueneris, eſt de obſeruantia Sabbati, in qua incipiebat Sabbatum ſubſequens.

3 Tertio † eſt ſupponendum, ꝙ obſeruantia Sabbati conſiſtebat in pluribus. Primum erat, ꝙ nullum opus ſeruile facerent, & ꝙ per diem Sabbati non ſuccēderent ignem in habitaculis eorum, ut habetur Exodi. 35. Item non poterant colligere ligna in ſabbato, nam talis præcipiebatur obrui lapidibus, numeri. 15. Item nec poterant ambulare ultra mille paſſus, ut dicit ly. actuum j.

4 Iis ſuppoſitis † eſt dicendum ad quæſitum, ꝙ licet accenſio luminariū non reperiatur eſſe de ſolemnitate ſabbati, immo contraria, quia non licebat ſuccendere ignem in die ſabbati, Tamen quia accenſio luminariū ultra ſolitum in dicta ueſpera, non eſt de conſuetudine chriſtianorum, talis hoc faciens, ut diſcedens a communi conuerſatione fidelium uita, & moribus in ſuſpitionem hæreſis incidit. c. excōmunicamus. §. adiicimus. iuncta gloſſ. in uerbo moribus. de hæreti. & probatur in iuribus allegatis in dicta glo. & ibi Cardi. Florenti. ponit multa exempla de illis qui recedunt a uita & moribus fidelium, ut quia layci non profeſſi portant habitum regularem, uel incedunt nudo corpore uel pedibus, cum ex regula eis non conueniat, uel non uiſitant Eccleſias, uel non audiunt uerbum Dei, non colunt diem dominicam, ſed ſabbatum, uel in meridie comedunt cum lumine, uel abhorrent panis eſum, uel de die dormiunt, & in nocte uigilant, ſed proprie procedit tex. de deuiantibus a communi conuerſatione in iis quæ ſunt pertinentia ad fidem, & contra quemcunque ducentem uitam ſingularem, niſi conſtet de eius perfectione, præſumi poteſt, & inquiri debet, ut in dict. §. adiicimus, & ideo dico ꝙ interrogandi ſunt iudæi, an ipſi conſueuerint in paraſceue ſabbati. i. in nocte ſequenti diem ueneris accendere luminaria in eorum domibus pro ſolennitate ſabbati ſequentis, & tunc conſtito de iudæorum conſuetudine, iſte erit ritus illorum, & tunc talem accenſionem luminarium faciens ad eorum iudæorum ritus dicetur rediiſſe, uel tranſiſſe, & ut hęreticus eſſet puniendus. c. contra chriſtianos. de hæreti. lib. 6.

5 Vbi † Arch. exponit ritus ideſt mores, uel obſeruationes. c. ſæpe. 27. q. 1. lege. prophanos ritus. C. de paga. c. fin. de ſacra. iterandis. c. prudentiam. §. cæterum. de offi. delega. c. fi. ibi mores & ritus, de baptiſmo. ritus enim feſtiuitatem ſiue ſolemnitatem ſignificat, ut dicit glo. in rubr. ff. de ritu. nup. & aliquando capitur ritus pro lege, ut dicit Anto. de Butr. in c. fin. de diuor.

6 Et inquiſitor † ad inſtantiam promotoris inquiſitionis formatæ contra

tra inquiſitũ ſeu de hæreſi accuſatum poteſt uel ex officio informare ſe de huiuſmodi conſuetudine,ut in ſimili dicit Bar.in l.lege Iuli.ff.de teſti. ſic faciunt auditores rotæ quando caſus occurrit, quoniam informant ſe ab aliis,ut in deci. Rotæ incip. Papa mandauit. qui filii ſint legit. in antiquioribus.

7 Et hæc † accenſio luminarium forſan ſumpta eſt a tex.leui.xxiiii. ubi dominus præcepit filiis Iſrael ut offerrent oleũ puriſſimum, ac luciuum ad cõcinnandas lucernas &c.ſubdens,ponetq; Aaron a ueſpere uſq; ad mane coram domino cultu rituq; perpetuo in generationibus,ubi dicit Lyra,ꝙ in mane extinguebantur ſecundũ aliquos,uel aliquæ ſecundum Ioſephum,uel dici poſſet,ꝙ ſicut chriſtiani mundant domũ in ſabbato, & lampadas,illaſq; accendunt cũ oleo puro lichinis nouis appoſitis, pro ſolẽnitate diei dominicę ſequentis,ſic illi neophiti pro iocunditate ſabbati ſequentis dicta luminaria accendunt,ꝙ ſi hoc faciunt ut ſabbatum feſtiuetur,iudayzare cenſendi ſunt,iudayzare enim eſt,ut dicebat Anſelmus,ſecundũ S.Tho.in iiii.diſtin.xi.arti.ii.aliquid facere hac intentione ut legalia obſeruentur,quod factũ chriſtianorũ conſuetudine potius, q̃ textu ſacri canonis cõprobatur,& tendit ad celebritatem dominicæ diei ſequentis,unde illa accenſio luminarium & mundatio domus in ueſpere diei ueneris,ex quo non eſt de more chriſtianorum,& eſt ueſpere ſabbati ſubſequentis quod celebratur ſecundũ iudæos a ueſpere uſq; ad ueſperã,Veriſimile eſt ꝙ dicta accenſio & mundatio fit ꝓ celebritate ſabbati,& quod ueriſimile & fieri plerũq; cõſueuit inſpiciendũ eſt. c. inſpicimus.de regu.iur.lib.6.& ibi in glo.l.in obſcuris. ff.de reg. iur.

8 Et quando † non conſtaret quid actũ eſt, ad conſuetudinem,uel ad id quod ſeruatur in regione in qua actum eſt,recurrendum eſt. l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur. nam quælibet diſpoſitio recipit determinationem a conſuetudine,ut dicit Inno.in c.olim.de uerbo.ſigni.Abbas ſequitur in c.certificari.de ſepultu.cum aliis,ut tradit Fely.in ca. cum. M. Ferrarienſis.col.3. & 4. de conſti. & principium & finis feſtorum iuxta eorum qualitatem & diuerſarum regionum conſuetudinem attendi debet.cap.quoniam,de feriis, & hæc de accenſione luminarium & mundatione domus.

9 Quo vero † ad ceſſationem ab opere ſeruili in ueſpere ſequentis ſabbati,& nõ in ipſa die ſabbati,dicendũ eſt hunc ceſſantẽ iudayzare, quia cũ dicta veſpera ſit pars diei ſabbati, quo ad ſolennitatem,iuxta legem Moyſi,vt dixi, ſequitur, ꝙ abſtenſio illa ab opere ſeruili eſt iudayzare, quod probatur authoritate Pauli ad Colo.2.inquiẽtis,nemo uos ſeducat in cibo,vel potu,aut in parte diei feſti, aut ſabbatorũ q̃ ſunt vmbra futurorum,

rorum,vbi dicit gl.interlinearis.i.de hoc ꝙ nullā partē obſeruetis,propterea dicebat Hoſt.c.licet.de ferijs,ꝙ in ſabbato debemus magis laborare,q̄ in alijs diebus,ne uideamur iudayzare,& licet quo ad meritum aſſequendum non ſufficiat partem diei feſtiuare, ſed totam diem debeamus feſtiuare abſtinendo nos ab opere ſeruili.

10 Cum † atteſtante Auguſtino, ſi qſpiam unā diē quadrageſimæ ab abſtinendo prætermiſerit,totā quadrageſimā violauit,& pp modici tēporis cibū fructū laboris amiſit,cū hunc numerū integrū ieiunare debeamus.c.xl.de conſec.diſ.v.& inde fit ꝙ nihil vř facere qui partē indiuidui facit,vt dicit gl.Cy.& Bal.in l.furioſum.C.qui teſt.face. poſſ. facit optimus tex.in l.ſi vnus.C.de teſt.c.miſſas.de conſe.diſt.j.& ſic dies dominica debet tota feriari a ueſpere uſq; ad ueſperā.c. pronunciandū.de conſe.diſt.3.Tň ſi quis ueſperē ſabbati ſubſequentis coluerit abſtinens ſe ab opere ſeruili ſicuti iudæi faciunt,iudayzare cenſendus eſt, quia ſabbatū colere vř,cū illa veſpere ſit pars ſabbati,& partē ſabbati colēs totū ſabbatū colere vř.arg.l.vulgaris.ff.de furtis,canonizata.in c.vulgaris,de pœni.diſt.j.ubi dř,ꝙ qui tangit aurē alicuius totū corpus tetigiſſe vř. facit. l.poſſideri.in prin.ff.de acqu.poſſ.vbi gl.inquit ſumens inde arg.ꝙ pro parte baptizatus pro toto corpore cēſetur baptizatus,ut dicūt ēt doctores in c.debitū,de baptiſmo,ut eſt gl.in c. proprie.ad finē de pœ. diſt.j. in c.vulgaris.de pœ.di.j.quia baptiſmus tendit ad emundationē animæ, quæ dř tota in toto & in qualibet eius parte, vt dicit Bar.in l. ſtipulationes non diuidunt.in 3.app.ff.de verb.obl.& in l.ſi cui.ff.de ſeruitu.facit. c.nec quemq̄.de cōſe.diſt.4.unde quia ſm legē veterē,vt eſt dictū,veſpere illa eſt de ratione ſolennitatis Sabbatinæ, ſequitur,ꝙ ex hoc ſabbatū dř ſolēnizari,quia ſemper inchoatio alicuius ordinatur ad conſumationē ipſius,vt dicit.S.Tho.in 1.2.q.1.art.6.in corpore quæſtionis, nā ut dicebat Ariſtoteles.in 2.Phi.nō ſolū intellectus, ſed ēt natura agit pp finē.

11 Et ꝙ † hæc ſolennizatio ueſpere ut partis diei ſabbati ſit damnabilis, & fugienda,patet per illud dictum Pauli ad Colo.2.iam allegatum . Inquientis , nemo uos ſeducat in cibo , uel potu, aut in parte diei feſti, aut ſabbatorum,quæ ſunt vmbra futurorum, eo ipſo ꝙ ſabbatum obſeruatur,uel pars ipſius,ut ibi in parte diei feſti,innuitur, quòd Chriſtus non venit ſed ꝙ futurus eſt,quod eſt hæreticum,nam ut ſæpe dixi in hoc tractatu,& in rubr.de hæret.lib.6.non promittitur amplius,ſecundum Auguſtinum contra Fauſtum , Chriſtus naſciturus, paſſurus,& reſurrecturus,quod illa ſacramenta veteris legis perſonabant , ſed annunciatur ꝙ natus ſit,paſſus ſit, & reſurrexit,quod hæc ſacramenta quæ nunc a chriſtianis aguntur perſonant . illa ergo veſpere ſolennizatio forſan di-

ci poſſet ꝙ eſt pluſq̃ dimidia ſabbati, quia ut dicit Philo. j. ethi. & j. de cœlo,& mundo,principium eſt pluſquàm dimidium.& dicebat iuriſcõſultus in l.j ff.de origi. iuri. uniuſcuiuſque rei potiſsima pars principiũ eſt.inde glo.ibi,dimidium facti qui bene cœpit habet.

12 Et ſi † obijciatur,ꝙ licet ueſpere celebretur, ex quo non continuatur uſque ad alteram ueſperam ſabbati ſequentis, ꝙ non uidetur ſabbatum ſeruari,ad hoc iam fuit expreſſe reſponſum, quia a ſolennitate non ſolũ totius feſti,ſed etiam partis eſt abſtinendum,quia in eo eſt hæreſis, ut dixi,per dictum Pauli ad Coloſſ.2.& forſan ideo non continuat delatus totius ſabbati cum ſequenti ueſpere ſolennitatem,ne in delicto deprehendatur,& hoc eſt operimentum potius ſceleris,q̃ defectus uoluntatis, nã opera hominum uolũtas incipit,occaſio perficit,ut inquit Seneca in ſuo quarto libro declamationum.quia ſi adeſt uoluntas,& facultas nõ adeſt non minus peccatum incurritur c.ſicut de pœni.diſtin.j. præmaxime hoc habet locum in crimine hæreſis, quod ſola cogitatione cum adhæſione uoluntatis, & ſolo errore intellectus & pertinacia uoluntatis contrahitur,licet foras non exeat.glo.in c.cogitationis.de pœni.diſt.j.& Bald.in l.ſi quis non dicam rapere.col.j.C.de Epiſco.& cleri.

13 Tanta † quidem uerſutia in hæreticis præſumitur a iure,ut illos aliquãdo uulpeculas iura appellitent, ut in cap. inter ſollicitudines. de purga. canonica.aliquando lupos.in c.ut officium.§.ſi uero.de hæreticis.Tempus enim & neceſſitas fecit ipſos apoſtatas prudentes ſcientia humana, quæ eſt abſcondere ſcelera, & uitia non extirpare, ut inquit Lactantius lib.3.diuinarum inſtitutionum,unde forſan iſti ne uideantur ab hominibus chriſtianis ſabbatum colere, non audent ſabbati ſolennitatem continuare,putantes ſe legi ſatisfacere,ſi hac neceſſitate oppreſſi ſolam partẽ ſabbati obſeruent,immemores illius memorandi facti, quod Eleazarius ſcriba fecit,qui potius elegit mortẽ crudeliſsimam,q̃ legem Dei transgredi,carnes porcinas uere uel ſimulatorie comedendo, idemque fecere ſeptem illi fratres Machabei cum matre ſua,ut habetur.2. Machabeorum.6.& 7.quorum hodie feſtum celebrat ſancta mater Eccleſia,quamuis ipſi ſint ſancti ueteris teſtamenti,ut ego ſcripſi in rubr. de hæreticis. lib.vj.q.xij.in quinto errore iudæorum.uerſi.quæro ulterius.

14 Et hæc † intellige non ſolum in ueſpere ſabbati,ſed etiam ſi pars ſabbati uel pars ieiunij obſeruetur cum intentione ſeruandi legem ueterẽ, incurritur crimen apoſtaſiæ, quia hæc ſola intentio quæ habet in ſe errorem cum pertinacia uoluntatis facit hunc errantem cum pertinacia hæreticum , ut ſæpe dixi in hoc tractatu , ſic etiam de aliis peccatis quo ad Deũ,nã eo ipſo ꝙ quis conſentit peccato peccatũ perficitur.c. ſed penſandum.

ſandum.diſtin.6.& Mathei quinto ſcribitur, ſi quis uiderit mulierem ad concupiſcendam eam,iam mechatus eſt in corde ſuo, ſtatim ergo ꝙ ſequitur conſenſus in animo,contrahitur peccatum mortale, etiam anteꝗ exprimatur facto uel ſigno,ut in d.c.ſi cui. & dicit Iacobus in prima Epiſtola ſua,concupiſcentia cum conceperit parit peccatum,peccatum uero cum cõſumatum fuerit generat mortem,facit capitulũ. ſi propterea. de pœni. diſtinctio.j. ubi dicitur, ſi propterea non facis furtum quia times ne iudiceris,intus in corde feciſti,reus furti teneris, etiam ſi nil tuliſti,qno ad Deum intellige.non quo ad hominem,cum rem non contrectauerit,ut ibi dicit glo.in l.poſſideri.§.ſi rem.ff.de acqui.poſſeſ. facit.l. cogitationis.ff.de pœnis.

15 Hoc† tamen habet crimen hęreſis,ultra alia peccata,quia ſi illud innotuerit inquiſitori confeſſione hæretici,aut alias,poteſt ab ipſo inquiſitore ipſe hæreticus puniri,ut dicit Bal.in l.ſi quis non dicam rapere. col. j. C.de Epiſco. & cleri. & hoc eſt in hoc crimine ſpeciale, quia cõmittitur intra ipſum in mente,nec eſt opus actu exteriori, quod ſecus eſt in alijs peccatis, nam qui perſeuerant in moroſa cogitatione & etiam in deliberatione mentis,iſti puniuntur in foro pœnitentiali,non autem iudiciali, ut dicit idem Bal.ſecundum Iaco.de Aret. in d.l.ſi quis non dicam rapere.col.fi.quia in delictis puniendis iuris fori inſpicimus paſſum, & cum ex delicto mentali,excepta hæreſi,nullus patitur,& nemo offenditur,merito non punitur,ut in d.l.cogitationis.ff.de pœnis,ſequitur Fely.in c.j. col.2.de præſumptio. ſcribit ad hoc aliqua ad propoſitum Francus in c. 2.de Summa Trini.in fi.

16 Ex prædictis† igitur breuiter concludendum eſt,ꝙ ſiquis habet intentionem ſeruandi legem Moyſi,ſi ſibi oportunitas adeſſet,eo quia credit illam adhuc durare,& obligare,hæreticus eſt, uel uerius apoſtata quãtum cunque foris nullam cerimoniam dictæ legis ſeruaret, & iſte dicitur hæreticus credens.ut in capitulo.excommunicamus.§.credentes.de hæreti.

17 Item † ſiquis ſeruaret ſabbatum uel alias cerimonias iudæorum, & ſi de intentione formaliter non conſtaret, contra eum tanꝗ contra hæreticum procedi poteſt,quia interpretatione ſiue iuris præſumptione intentio iudayzandi in illa obſeruantia concurrit.c.contra Chriſtianos.de hære.lib.6.Item ſiquis ſeruauerit partem diei ſabbatinæ ſeu ueſpere ſequentis ſabbatum,accendendo luminaria ultra ſolitum præparata cum lichinis nouis,domum mundando, & abſtinendo ſe ab opere ſeruili, ſi pluries reperiatur hoc fieri,& ſi de intentione facientis non conſtet,idẽ cenſendum eſt ſicut de illo qui totum ſabbatum ſeruat,ut apoſtata cenſeatur,per illud dictum Pauli ad Coloſſe.2.ſæpe allegatum.per quod uidetur

tur probari, ꝙ idem cenſendum eſt de parte quod de toto, quo ad ſignificandum rem futuram & non adimpletam, & ſic ꝙ lex uetus adhuc duret & non ceſſet, quod eſt hæreticum. cum ſuperueniente ueritate debeat figura ceſſare, quia hæc omnia illis in figura contingebāt. i. ad Corint. x. tempus enim illius legis erat figuratum, ut dicit ibi diuus Tho.

18 Et ſignanter † dixi, pluries reperiatur hoc fieri, quia ex bino actu inducitur aſſuetudo facti, ut dicit Bal. in l. 3. C. de Epiſco. audi. & actus geminatus inducit, ſeu demonſtrat maiorem animi affectum, uel ibi præſumitur maior deliberatio, ut dicit Bal. in conſilio ſciſmatis. colu. antepe. faciunt tradita in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. li. xj. & in caſu quo quis plene conuincitur de obſeruantia huiuſmodi cerimoniarum iudæorum, non facio uim an iſte conuictus ſit de gente iudæorum uel chriſtianorũ; quia iura non diſtingunt, quinimo hos hæreticos iudicat, quia qui de gẽte ſunt iudæorũ, & hos ritus obſeruant, redire dicuntur, qui uero de alia gente, dicuntur tranſire, & ita & redeuntes & tranſeuntes pari paſſu ambulant. c. contra hæreticos. de hæreticis lib. 6.

19 Si uero † non plene quis conuincatur de hac obſeruantia cerimoniarum, adeſſent tamen indicia, & alia ad dicta indicia, adminiculum poſſet ſummi ex educatione facta a parentibus, qui ſolent filios ſuos docere legis ueteris cerimonias, & ſicut eos in carne diligũt, ſic eorum animas putant ſaluas fieri in dictæ legis obſeruantia, in qua erronee ſalutem ſperabant, & propterea iura ſanciunt filios chriſtianos a iudæorum parentum conſortio ſegregandos. cap. iudæorum. 28. q. 1. c. plerique. de conſecratione diſtin. 4. & hoc ex eo prouenit, ne parentum erroribus inuoluerentur, ut in d. c. iudæorum. ſæpe enim filij parentibus aſſimilari ſolent. arg. l. quiſquis. C. ad legem iuliam maieſta. c. uergentis. de hæret. cuius ratio eſt, quia filij naſcuntur ex ſanguine patris infecto, ut dicebat Cy. in l. ſancimus. C. de pœnis. facit. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipia. ff. de edili edicto. c. Michael qui filii ſint legiti. inde aliqui præſumuntur boni, quia de bonis parentibus oriuntur. §. fi. in auth. de refere. colla, 2. ſic econtra qui de malo genere ſunt, mali præſumuntur, ut dicit glo. in l. cũ unus. ff. de alimen. lega. & ex conuerſatione cum aliquo habita quis talis eſſe præſumitur ut eſt tex. in ſui ratione in c. Accuſatus. §. ille quoque. de hæret. libr. 6. & in §. ſi uero is quidem. in auth. de monachis. colla. j. & in l. fin. §. ijs quoque. C. de ſponſa.

20 Et ex † tali conuerſatione & familiaritatẽ oritur ſuſpicio, ut inquit Archi. in. d. c. Accuſatus. in prin. & probatur in. c. inter. de purga. cano. quæ quidem conuerſatio, & educatio cũm teſtibus denunciantibus auget ſuſpitionem hæreſis contra accuſatum, nam iudex ex qualitate facti

& con-

& conditionis perſonarum capit coniecturam.l.utrum.ff.de dona. inter ui.& uxo.ut dicit Albertus de Gandino in tractatu de maleficijs.cap. de præſumptio.quia malorum conuerſatio eſt malæ uitæ indicium.l.ſi plures.§.nec putet.ff.de admi.tuto. nam ex mala conuerſatione bonus efficitur uicioſus.l.ædiles.§.Pedius.ibi,aleator forte.ff.de ædili. ædicto. & ad hoc inquit philoſophus, qualiſquiſque eſt, talium conſortio delectatur, hinc dicebat Iaco.de Arenna.in l.ꝙ ſi nolit.§.ſi mancipia.ff.de ædili.ædicto.ꝙ quis præſumitur bonus uel malus ob paternam conuerſationem, ut dicebat Bal.in conſi.95.regula iuris eſt,lib. j. ꝙ confeſsio ſocij in crimine hæreſis ex conuerſatione ſimul iuncta facit indicium ad torturam, ſi conſcientia iudicis hoc dictat,multum enim mouetur animus iudicantis ex conuerſatione aſsidua,& cohabitatione cum hæretico, quia cõuerſantes præſumuntur ſcire adinuicem conditionẽ & geſta.l.dominus horreorum.ff.locati.l.conſenſu.§.ſuper.C.de diuor.ca. ueniens. de teſtibus. Bar.in l.ſi.col.2.ff.de quæſtio.cum aliis quæ ſcripſi in conſilio meo.28. incipiente duo teſtes recenſiti,uerſi.quibus non obſtantibus.

21 Vnde † hæc conuerſatio ſeu educatio cum hæreticis adminiculatur dubiæ probationi,ut.l.ij.§.ætas.ff.de excuſa. indicijsq;,uel ad torturã, uel ſuſpicionibus læuibus,uel uehementibus ad indicendam canonicam purgationem,ut patet ex prædictis,uel ad inquirendum, ſeu ad capturam denunciati,ſiue accuſati,uel inquiſiti.

22 Quæ † poteſt fieri etiam antequàm conſtet plene de crimine, ut dicebat Angel.in §.audient.in auth.de defenſo.ciui.colla.3.& ſic ſufficit ſummaria cognitio,uel probabilis ſuſpicio ad capiẽdum reum, ut dicit Bal. in l.quod euitandi.C.de condi.ob turpem.cauſ.immo captura ad finem torquendi non debet fieri niſi præcedentibus indicijs,ut dicit Bal. in l.ſi quis poſt.ff. de teſta. ſuper quibus iudex debet recipere informationem nõ citato reo,ne forte inſtruat reum de fuga.ut dicit Saly.in l.2.C.de exhiben.reis.ſequitur Fran.de Aret.in d.l.ſi quis,colu. 3. ubi examinat An reus in cauſa capitali ſtatim debeat poni in carceribus, uide ibi.alibi latius hoc dubium explicabo,hic ſufficit relatio, & ad prædicta plura tradit Pau.de Caſt.in conſi.472.in cauſa capturæ.cum ſequenti.lib.j.& Ludo.Roma.in conſil.320.incipiente hæc iſtorum,& an liceat incipere iudicium a captura.Bal.ſcribit in l.conſentaneum. C. quomodo & quando iudex.

23 Circa † prædicta diſtinguendum eſt,ꝙ dies multis modis capitur,ut late ſcribit,d.Iaſon.in l.more Romano.ff.de feriis. Fely.in c. conſuluit. de officio delega.& Hoſtien.in c.2.de feriis, Ad propoſitum tamen dicendum, ꝙ ſolennitas diei dominicæ ſiue diei feſti incipit a ueſpere uſque

ad

ad ueſperam,ut dicit tex.in c.j.& ij.de feriis. ideo dico a ueſpere ſabbati,non a nona,uel alia hora præcedenti ipſius ſabbati, ne a iudayſino capiamur.i.ne uideamur iudayzare,& hoc eſt quod uult dicere tex.in c.pro nunciandum.de conſecra.diſtin.3.& facit pro eo, quod Paulo ante dixi, ꝙ ſeruare partem diei ſabbati eſt iudayzare,ſi enim celebritas diei dominicæ non inciperet a ueſpere, ſed ante ueſperem, coleretur pars ſabbati, quod nullatenus eſt faciendum per illud dictum Pauli ad Coloſſe. 2. & ſic iudayzare eſſet,ut in dict.cap.pronunciandum, & dicit Abbas in c. j.de feriis.col.2.ꝙ in aliquo dies ſabbati non eſt obſeruanda,ne Chriſtiani uideantur iudayzare, & ſeruare etiam in parte ritus iudæorum, quod prælati omnino debent prohibere,ut in c.quidā.de apoſtatis, immo propter hoc incurreretur crimen apoſtaſiæ a fide,quæ eſt hæreſis. in c.cōtra Chriſtianos.de hæret.lib.6.Et licet dict.cap.quidam.non declaret,an loquatur de ritibus iudæorum,id tamen colligitur ex antiqua decretali, q̃ in quarta compilatione erat in titulo de iudæis, ſummatur nihilominus generaliter ſecundum Cardinalem Flore.ibi.ꝙ baptizati ritus priores religioni Chriſtianæ contrarios dimittere compellūtur,ne uideantur apoſtatare, ſequitur Ioan.de Anania ibi, itaque ex ſua generalitate intelligi poteſt,non ſolum in ritibus iudæorum,ſed etiam agarenorum, paganorum,& gentilium.

24 Dicit†etiam Abbas in d.c,j.de feriis,per illum tex.ꝙ in obſeruatione feſtorum obſeruanda eſt conſuetudo patriæ.ex prædictis patet quid dicendum ſit de barbitonſoribus, qui plerunque laborant in barbis tondendis uſque ad ſecundam,uel tertiam horam noctis,& nonnunq̃ uſque ad mediam noctem, quia ſi hoc habet conſuetudo patriæ uidetur poſſe tollerari,& non peccant mortaliter,quod ſentit Archie.Flore. in d. §.7. ne uero fiat in hoc exceſſus, foret conueniens decerni ab ordinariis locorum,ut ſub certa pœna nullus barbitonſor, uel alius artifex operaretur ultra primam,uel ſecundam,aut tertiam horam noctis ſequentis diei feſti.Et ita ſtatui ego, & obſeruari præcepi in mea patria Maioricen. dum eſſem Vicarius generalis Epiſcopi,cætera traduntur per doctores in d.c. pronunciandum. ad quæ habeatur relatio.

SVMMARIVM.

1 *An Hæreticus omnino occultus ſit ipſo iure ſeu ipſo facto excōmunicatus.*
2 *Occultum quot modis capitur in iure,& de clandeſtino.*
3 *Hæreticus occultus quomodo capitur in propoſito.*
4 *Reſiſtendo dubijs fidei & confirmando ſe quis fidei Eccleſia meretur.*

Hære-

5 *Hæreticus omnino occultus quis dicatur.*
6 *Hæreticus omnino occultus non uidetur quòd ſit dicendus excommunicatus, argumentatur.*
7 *Eccleſia non iudicat de occultis.*
8 *Excommunicandus non eſt quis pro ſola uoluntate.*
9 *Lex non eſt facienda de actibus interioribus ſed exterioribus.*
10 *Hæreticus occultus non eſt excommunicatus a iure uel ab homine ſecundum aliquos doctores.*
11 *Hæreticus omnino occultus eſt excommunicatus a iure, & excommunicari poteſt ab homine.*
12 *Verbum, quibuſcunque, generale eſt, & neminem excipit.*
13 *Verbum, quibuſcunque, non reſtringitur ad rationabiles, quando agitur de fauore fidei & ne delicta remaneant impunita.*
14 *Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum in cœlis, declaratur optime.*
15 *Verbum, aliter ſentire, poſitum in c. ad abolendam. in principio. de hære. quomodo intelligatur,*
16 *Ad uerificationem alternatiuæ ſufficit alteram partem eſſe ueram.*
17 *Conſtitutio Eccleſiæ militantis aliquando ligat crimen omnino occultum ad pœnas ſuſpenſionis excommunicationis.*
18 *Eccleſia ligat excommunicatione omnino occultum licet de eo non iudicet.*
19 *Eccleſia excommunicat peccatorē occultū, licet de peccato ſibi non conſtet.*
20 *Peccator occultus ligatur ab Eccleſia, licet non iudicatur.*
21 *Hæreſis eſt contagioſa, & hæretici ſunt expellendi a locis ſicut morbidi.*
22 *Hæreſis eſt ſicut caput ſerpentis.*
23 *L. merito ff pro ſocio. non habet locum ubi agitur de ſalute.*
24 *Epiſcopi & inquiſitores debent eſſe ſolliciti in inquirendis hæreticis.*
25 *Excommunicatio eſt pœna grauis & medicina.*
26 *Eccleſia excommunicans hæreticum occultum non iudicat de illo, ut aliqui falſo ſibi perſuadent.*
27 *Hæretici occulti bona ipſo iure ſunt confiſcata, etiam in foro conſcientiæ.*
28 *Peccatum occultum ſciens debet procurare ſalutem proximi.*
29 *Hæreticus eo ipſo quòd eſt hæreticus conſentit in pœnam quæ hæreticis imponitur.*
30 *Hæreticum reconciliare ſpectat ad Papam uel eius delegatum.*
31 *Hæreticus occultus qui ſibi dixit, uel alteri hæreſim, excommunicatus eſt.*
32 *Hæreticus occultus per ſe eſt excommunicatus, & reprobatur opinio Gayetani & ſequentium.*
33 *Vocabulorum perſcrutatio contra fidem infructuoſa eſt.*

Eccleſia

34 *Eccleſia quando excommunicat hæreticum occultum non profert iudiciũ.*
35 *Lex non profertur de interioribus ad puniendum.*
36 *Hæreticus qui non ſit excommunicatus non eſt dandus.*
37 *Intellectus glo.in c.cum quis.de ſenten.exco.lib.6.*
38 *Potentia proxima actui habetur pro actu.*
39 *Hæretici bona non occupantur niſi lata ſententia ſuper crimine.*
40 *Lege imponente ipſo iure confiſcationem ſtatim perditur dominium, quod prodeſt quo ad fructus.*
41 *Declaratio non requiritur in pœnis,quas delinquens ipſo iure incurrit.*

TRIGESIMA TERTIA QVAESTIO.

TRigeſimo tertio quæro.Circa præmiſſa ad tollendũ ſcrupulos aliquorum theologorum, a quibus ſæpius ſuper hoc conſultus fui oportune hic quæritur.

1 An†hæreticus omnino occultus ſit ipſo iure, ſeu ipſo facto excommunicatus,ob excommunicationes papales, quæ excommunicãt hæreticos quocunque nomine cenſeantur, ut in c. excommunicamus.in primo.& c.pe.de hæreti.c.nouerit.de ſententia excommunicatio. & Latius habetur in bulla quæ in cœna domini ſingulis annis publicatur Romę,& dicitur proceſſus generalis.ut dicit gl.relata ad tex.in cle.dudum. de iudiciis,in uerbo generalis.

2 Et licet†occultum uariis modis accipiatur, ut quando ſcitur ſolum a duobus,uel tribus ut.l.eos.§.ſi quis autem.C.de appellatio. uel donec ab Eccleſia tolleratur.c.ueſtra.§.cæterum,de coha.cleri. uel mulie. & quod debet fieri publice, ſi fiat coram duobus teſtibus,dicitur occultum. l.3. ff. de ritu nup.& etiam occultum eſt, quod non uenit ad noticiam eius cuius intereſt,quàmuis uenerit ad noticiam aliquorum. l. clam poſſidere.in prin.ff.de acqui.poſſe.Ludo.Ro.in l.non intelligitur.§. tacita. ff.de iure fiſci.l.licitatio.ff.de public. & occultum dicitur quod fit ſine decreto,quando decretum eſt neceſſarium.ut dicit Bar.in l.j.C. de prædi. mino.item occultum reputatur quando fit non ſeruata tela iudicij.c.inquiſitionis.§.tertiæ.de accuſa.facit glo.iuncto tex.c.Anaſtaſius.18.diſtin.de clandeſtino uero habetur in c.j.ut Eccleſia.bene.c.ſi tibi abſenti, de præben.lib.6.& in tit.de clandeſti.deſponſa.late ſcribit Deci.in l.ſingularia. colu.3.ff.ſi certum.peta.

3 Tamen†in propoſito dubio capio omnino occultum quando quis habet hæreſim in mente formatam,hoc eſt errorem in intellectu, & pertinaciam in uoluntate,prout eſt de ratione hæreſis, & ſic cum adhæſione, prout

prout copioſe ego ſcripſi in rubr. de hæret. lib. 6. q. 1. & idem intelligo de dubitante in fide, qui habeat in ſe firmitatem animi, & quandam pertinaciam perſeuerans in illa dubitatione, de quo proprie dicitur, dubius in fide infidelis eſt, ut in c. j. de hæreti.

4 Secus † ſi incidat iu dubitationem ex primis motibus, quibus non aſſiſtit, ſed reſiſtit confirmando ſe fidei eccleſiæ, quia tunc patitur ex illa cogitatione, & reſiſtẽdo meretur, & facit quod inquit Pſal. 136. beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram, petra autem eſt Chriſtus, teſte Paulo, nam quandoque quis prauis cogitationibus polluitur, & tunc proprie dicitur primi motus non ſunt in hominis poteſtate, prout colligitur ex mente doctorum in d. c. j. Antoni. in 3. parte ſummæ. tit. 22. ca. v. §. decimo.

5 Et de † hoc non loquimur, ſed de illo qui habet hæreſim realiter in mẽte, & ſit taliter occultus ſeu mentalis hæreticus, ut non proceſſerit in aliquod uerbum, ſeu opus exterius, nec etiam ſibi ſoli loquendo aut occultisſime ſcribendo, uel alteri quantumcũque fidelisſimo reuelando, & propterea dicitur in themate dubij, omnino occultus, quod idem eſt, quòd in omni caſu occultum ſit, ut dicit glo. in uerbo omnino in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. quod metus cauſa. c. ex parte. j. & ibi Fely. de offic. delega. Alex. ſcribit in l. precibus. col. j. C. de impub. & aliis ſubſti. unde in propoſito omnino occultum capimus, quod nulla ratione probari poteſt, & de quo nullus loquitur, quia neſcitur ſecundum Hoſtien. ut ſcribit Card. de Turre Crema. in c. manifeſta. 2. q. 1.

6 IIS IGITVR † præſuppoſitis, uidetur prima facie dicendum hæreticum omnino occultum non eſſe excommunicatum a iure, nec ab homine excommunicari poſſe. Quia Eccleſia non iudicat de occultis, ut dicit tex. in c. ſicut tuis. in fi. de ſimonia, ſed de manifeſtis, ſecretorum enim cognitor & iudex eſt Deus. c. erubeſcant. 32. diſt. & ibi glo. c. Chriſtiana. 32. q. 5. nam ſi omnia in hoc ſeculo punirentur, locum diuina iudicia nõ haberent, quæ ſoli Deo reſeruantur. Idem habetur in c. ſi quando. xv. q. vj. quando enim ueniet dominus latentia producet in lucem, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & conſilia cordis manifeſtabit. c. ſi quis diuinis. §. incerta. 30. q. 5. nec quis eſt excommunicandus, niſi conuictus. ca. nomen. 2. q. 1.

7 Et † alibi dicit tex. in c. conſuluiſti. 2. q. 5. ꝙ occulta & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum, præ maxime hoc ſuadente, quia ex uoluntate, quæ non procedit ad actum non ſcandalizatur Eccleſia. c. Deus quibus. 24. q. 3. pro quo facit, ꝙ ſi quis in animo ſuo ratam habuerit iniectionem manuum in clericum, ita quod de ipſa

ratihabi-

rat ihabitione non poſsit fieri fides, licet talis quo ad Deum ligatus ſit, ut eſt argumentum in c. tua nos. de ſimonia. non tamẽ eſt ligatus quo ad mi litantem Eccleſiam, quæ non iudicat de occultis, ut in d. c. ſicut nobis. in fi. ut dicit glo. in c. cum quis. de ſent. excommunica. libr. 6. cum latentia peccata uindictam in hoc mundo non habeant. ut dixi, facit. c. ultimum. 32. q. 5. unde ſcriptum eſt, cogitationis pœnam nemo meretur. c. cogita tionis, de pœni. diſt. j. l. cogitationis. ff. de pœnis.

8 Inde † eſt quòd pro ſola uoluntate non eſt quis excommunicandus, quia ob illam non ſcandalizatur Eccleſia, ut dixi, & eſt gloſſ. in capitu lo. qui ſtudet. i. quæſt. j. in uerbo, a communione. facit, quia occulta ſo lum Deum habent ultorem. l. iuris iuran. C. de rebus credi. ca. habuiſſe. 33. diſtinct.

9 Accedit † quòd inquit. S. Tho. j. 2. q. 81. arti. 4. in corpore, ꝙ de ijs po teſt homo legem facere, de quibus poteſt iudicare, iudicium autem ho minis eſſe non poteſt de interioribus motibus qui latent, Sed ſolum de exterioribus actibus, qui apparent, & ad perfectionem uirtutis requiri tur, ꝙ in utriſq; actibus homo rectus exiſtat, & ideo lex humana non po tuit cohibere & ordinare ſufficienter interiores actus, ſed neceſſarium fuit, quòd ad hoc ſuperueniret diuina.

10 Mens † ergo ſancti doctoris eſt aperta, ꝙ de iis quæ exiſtunt in ſola cogitatione Eccleſia iudicare non poteſt, & hanc partem tenet Silueſter in uerbo. excommunicatio. 7. in 2. nota. Ange. de Claua. in ſumma. in uerbo hæreticus. §. 2. Archi. in d. c. cũ quis, fuit in hoc dubius, & ideo re liquit diſputationi. Hoſtien. hoc firmat in c. mulieres, de ſententia excõ munica. Cardi. de Vio. animoſe hoc tenet in apoſtillis ad. S. Tho. 2. 2. q. xj. arti. 3. & 4. concludens, ꝙ hæreticus omnino occultus, quem ipſe oc cultum per ſe appellat eum qui non ſubeſt cognitioni ſenſitiue, a, qua in cipit humana cognitio, non ſubeſt iudicio Eccleſiæ. Vnde licet occul tiſsima per accidens, & actus interiores, ut rationes exteriorum commiſ ſionum uel ommiſsionum, ſubiaceant iudicio Eccleſiæ & cenſuris, non tamen occulta per ſe, ut ſunt actus interiores, ij enim ab Eccleſię iudicio & cenſuris alieni ſunt, & ratio eſt, quia homo uidet, quæ patent, Deus au tem intuetur cor, ut dicitur primo Regum. 16. & propterea Apoſtolus prohibet horum iudicium. dicens. j. ad Corinth. 4. nolite ante tempus iu dicare quouſque ueniat dominus qui manifeſtabit conſilia cordium. Pro quibus facit, ꝙ prælatus nullum præceptum imponere poteſt ſubdi tis ſuper actibus interioribus. ſecundum Io. de Gerſo. ut retuli in meo tractatu de ſecreto. col. 9. nec uaſſalli ſunt abſoluti ab homagio domini propter illius hæreſim, niſi manifeſte de illius lapſu conſtet. c. fi. de hære.

lib.6.ex quibus uidetur ꝙ hæreticus omnino occultus non eſt a iure excommunicatus,& conſequenter nec excommunicari poſsit, Aduerte tamen ꝙ Papa vel Epiſcopus poteſt impedire ne occultus omnino hæreticus abſoluatur ab hæreſi, quia hæc prohibitio non eſt pœna ſed adeptio iuriſdictionis in quantuncunque occultis,ut dicit Cardi. de Vio in dicta apoſtil. quæ occaſionem aliquibus ſaltem coloratam tribuerunt hæſitandi, ſed de ijs dici poteſt quòd trepidauerunt timore ubi non erat timor.

11 PRAEDICTIS † Tñ non obſtantibus, contrarium de iure puto uerius,terminis huius dubij cõſideratis,uidelicet ꝙ hæreticus oĩo occultus eſt excommunicatus a iure,& ꝙ ab homine conſequenter excõicari poteſt,prout hanc partem tenet gl.in uerbo,ipſo iure,in cle.j.de hæreti. quam ibi ſequitur Card.Petr.de Ancha.Ioan.de Imo. Abbas,& Bonifacius de Vitallinis,& gl.ordinaria.in c.j.24.q.1.& ibi Car.de Turre Cre. §.poſt Archi.& pro hac concluſione ſunt tex.in ca.excommunicamus,in j.de hæreti.& in ca.nouerint.de ſent.excom.& in d.proceſſu generali.in quibus generaliter excommunicantur omnes hæretici, ex quo ergo dicta iura generaliter loquũtur,generaliter debent intelligi,ut no.Bal.in l. in fraudem.§.fi.ff.de teſt.mili.nec diſtinguit hæreticos manifeſtos ab occultis,ergo indiſtincte de omnibus hæreticis intelligũtur.l. de precio. ff. de publicia.ubi Bal.& l.1.§.generaliter.ff.de leg.præſtã. & in caſibus nõ exceptis nec ſpecialiter determinatis fundatã habet intentionem ille qui regulam habet pro ſe,ut no.gl.in l.omnis diffinitio. ff.de reg.iur.& in rubri.eo.tit.li.6.Bar.in l.quotiens.ff.ſi quis cautio.dicit, ꝙ res certa eſt quãdo quis habet regulam pro ſe,cum aliis,ut ſcribit Deci.in l.1.col.2.ff.de reg.iur. & pondera,ꝙ in d.c. excõicamus,cum aliis dicitur,excõicamus hæreticos quibuſcunq; nominibus cenſeantur,nam hoc tamen diſtributiuum uniuerſale eſt,nullam patiens exceptionẽ.c.ſolitæ.de mai. & obe.

12 Vnde † ſi quis acquiſiuit feudum pro ſe & quibuſcunque hæredibus propter illam dictionem uniuerſalem, quibuſcunque, ueniunt non ſolum filij & deſcendentes, ſed ẽt penitus extranei, ꝙ ſic alteratur natura feudi.c.j.de feud.non haben.propriam naturã,ut inquit Bal.in l.j.48.q. de rerum diuiſio. Alex.in l. ſi patroni. in princ.ff. ad trebelli. ad id facit glo.nota.in l.fi.uerſi.per quancunque perſonam.C.qui legitimam perſonam non habet,ubi illa dictio,quancunque,nihil excipit,immo comprehendit etiam inhabiles, puta pupillum uel ſeruum.ad idem.l.promittendo.in prin.ff.de iu.dotium,iuncta glo.j.ad hoc nota. nam text. ibi dicit, omnes cuiuſcunque conditionis & ſexus,ꝙ non ſit aliqua reſtrictio, nec aliqua exceptio,immo intelligitur ſiue clerici,ſiue layci ſint, ſiue in po-

teſtate

teſtate ſint ſiue non, ita dicit ibi glo. quæ ſolemnis eſt. Vnde cum excommunicentur hæretici quocunque nomine cenſeātur, & ſic uniuerſaliter loquendo intelliguntur hæretici, ſiue occulti, ſiue manifeſti, ſiue ſint arriani, ſiue lutherani, itaque generaliter omnes hæreticos comprehendit, ex quo per alias leges canonicas uel ciuiles occulti excōicati non reperiuntur excepti, nec rationabiliter excipiuntur, prout in optimo ſimili ſcribit Bal. in l. j. per illum tex. C. de fide inſtrumentorum.

13 Et eſto † ꝙ diceretur, ꝙ illa uniuerſalis dictio, quocunque, deberet reſtringi ad habiles, hoc eſt ad hæreticos, qui probari poſſent hæretici, nō autem ad occultos omnino, qui probari nō poſſunt hæretici, cum de eis non ſit uel nō habeatur opus exterius ut. l. ut gradatim. §. & ſi lege. ff. de mune. & hono. traditur in l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nuntiatio. tamen quia ex quo intereſt reipublicæ chriſtianæ, ut tales hæretici comprimantur, etiam ꝙ reputentur inhabiles ratione deficientis probationis, dicti hæretici cōprehenduntur. facit ꝙ ſcribit Bar. in l. ſi quis in graui. §. utrū. uerſi. ij quoque. ff. ad ſillani. prout late ſcribit. d. Iaſ. in l. j. col. 3. uerſic. j. moueor. C. de ſacroſan. eccl. Decius in l. fi. de regu. iur. prout eſt in propoſito, quia agitur de puniendis hæreticis, ſeu uerius de manifeſtandis occultis hæreticis, quo caſu diſpoſitio quantuncunque ſtricta & pœnalis deberet extendi, ſicut ſi eſſet lex fauorabilis, ex quo agitur ne del. cta remaneant impunita, ut inquit Bar. in l. quemadmodū. C. de agrico. & cen ſi. lib. xj. ut late ſcribunt moderni. in l. id quod. ff. de iuris om. iud. & d. Iaſ. in l. qui ſe patris. C. und. lib. col. 24. cum pluribus concordantibus, ut idē cumulat in repe. l. ſi is qui pro emptore. col. 85. uerſ. 6. pro hac parte. ff. de vſucap. pro empto. intereſt enim peccata & delicta hominum eſſe manifeſta. l. eum qui nocentē. ff. de iniurijs. l. item uulneratus. ff. ad. l. acqui. c. ut famæ. de ſent. excom. ideo officialis non debet criminoſum celare, hæreticum præſertim, cle. multorum, de hæreti. c. nemo. de ſimo. in hoc præſertim crimine quod eſt contagioſum, ut dicit Cardi. in d. cle. multorum. §. uerum.

14 Facit † quia in poteſtate collata Petro a Chriſto per uerba, quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatū & in cœlis, non diſtinguitur inter peccatū manifeſtum, & occultū. c. quodcunque. 24. q. 1. & Mathei. 16. & quia vniuerſaliter loquutus eſt nihil excipit a iuriſdictione Petri. ca. ſi romanorum. xix. diſt. d. c. ſolitæ. de maio. & obed. & hāc authoritatē exponens Inn. in c. quanto. de conſue. inquit, quodcūq; ligaueris ſ. per uiā cōſtitutionis & pcepti, quia Papæ eſt obediendum in omnibus q̄ ad animā ſpectant, & finaliter concluditur in c. cū ad monaſteriū, de ſtatu mona. ꝙ in iis q̄ ſunt iuris poſitiui, Papa pro uelle diſpenſat, de quo facit feſtū

Ant.de But.in c.1.de conſti. & ſic Papa omnia poteſt ut Deus, excepto peccato.c.charitas.de pœni.diſt.2.ut ſcribunt And.Sicu.in conſi.1.ex ſacris excellentiæ tuæ.col.15.lib.j. ille enim hamus quem Chriſtus iuſsit a Petro mitti in mare ut cum piſcem qui prius aſcenderet tolleret ut habetur Mathe.17.fuit iuriſdictio collata Petro, in qua Petrus præfuit aliis, quia hamo ideſt ferro reſecantur putridæ carnes,ut ſcribit Ambr. ca.eſt aliud. xxiiii. quæſt. prima. iuncta gloſſ. carnes enim putridæ ſunt hæretici qui reſecandi ſunt ne gregem domini corrumpant. cap. reſecandæ. 24. quæſt. 3. 1

15 Accedit † quia in d.c.ad abolendam.in prin.eſt de mente & uoluntate ſummi pontificis excommunicare hæreticū ēt mentalem,ſeu omnino occultū,ꝙ probatur ibi,in uerbo,aliter ſentire aut docere,q.d.ſiue ſit hæreticus mentalis,ſeu omnino occultus, qđ per ſentire, demonſtratur, ſiue ſit manifeſtus ꝙ exprimitur in uerbo,docere,quia cū hæreſis ꝑhatur in mēte per errorem intellectus & pertinaciam in volūtate, ut dixi in rubri.de hære.li.6.q.1.per illud ſentire ſolā uoluntatē hæreticalem,ſine exteriore opere iudicamus,ut probatū in d.c.ad abolendā.Et ad hunc effectū inducit hunc tex.gl.in c.cogitationis.de pœ. diſt.j.nā eo ipſo ꝙ qs credit hæretico incidit in excommunicationes, ut ibi dicit gl. & pro hoc allegat.c.excōmunicamus.§.credentes.de hære. ubi canon punit cogitationis peccatū,patet quia repellitur ponderoſus a promotione,& ponderoſus eſt qui mente peccat,nec proceſsit ad actū,ut eſt tex.in ca.hinc. §. ponderoſus,49.di.ut dicit glo.in d.c.cogitationis.Non concurrit igitur defectus uoluntatis eccleſiæ excommunicantis dictos hæreticos occultos,nec defectus poteſtatis,cum latisſima ſit ſibi attributa a Chriſto in d. authtoritate. quodcunque ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cœlis,ut in locis ſupra citatis.

16 Prædicta † inductio confirmatur dictione illa alternatiua, aut,poſita inter ſentire,& docere,quæ diuerſa ſignificat l.qui abſentem.l.exigendi. C.de proc.l.hæc uerba.§.ille aut ille.ff.de leg.1.l.Quintus Mutius.ff.de aur.& argen.leg.Arch.in c.2.de reſti.in integ.li.6. ad uerificatiōnē alternatiuæ ſufficit alterā partem eſſe ueram.c.in alternatiuis. de reg.iur.lib. 6.l.ſi ita quis ſtipulatus fuerit.ff.de uerb.ob.& ibi Alex.ſcribit,& Abb.in c.inter cæteras,& ibi late Deci.de reſcri. Et ſic ad hoc ut quis ſit excōmunicatus ſufficit ſentire de ſacramentis Eccleſiæ aliter quàm Eccleſia prædicat,ut in d.c. ad abolendam,nam ex quo illud ſceleratisſimum conſiliū cepit,exinde quodāmō ſua mēte punitus eſt.ut l.ſi.C.ad l.iuliā maie. 1

17 Accedit † quia conſtitutio Eccleſiæ militantis aliquando ligat crimē omnino occultum ad pœnas ſuſpenſionis,& excōicationis,quod probat̄

in cle.

in clementi.multorum querela.circa finem.ibi,excommunicationis ſententias eo ipſo incurrant.de hæreti.prout ibi glo. ad hoc ponderat.quia ibi pp non agere contra hæreticos,& ſic ex peccato ommiſsionis incurritur pœna excōicationis,ſeu ſuſpenſionis, quod peccatum occultū eſt, quia dicit tex.ↄtra iuſticiam & conſcientiam ommiſerunt procedere, & ſic loquitur de peccato occulto ommiſsionis, prout hoc aduertit Cardi. Zab.in x.nota.quia ut ibi dicit Pet.de Ancha. delictum in ommitēdo punitur,ſicut delictum in faciendo.gl.in l.mora. ff.ſolu.mat.ſic celare reuelanda in ſpiritualibus pro emolumento temporali eſt ſimonia. c.nemo. de ſimo.facit.l.in fraudem.cū.§.ſeq.ff.de ijs quæ in fraudē credi.ad idem eſt tex.in cle.j.§.quia vero.de ſtatu.monac.in uerbo,ipſo facto, vbi propter peccatum occultum excōmunicatio incurritur ab eo, qui exit a monaſterio,& ingreditur curias principum cā dānificandi monaſteriū ſuū, uel illius prælatos, immo ſi exierit ſolum cum animo dānum inferendi, licet non intulerit, excommunicatus erit], ut ibi dicit glo.ſic ergo ob animum damnum inferēdi, & ſic ob peccatum occultum in animo exiſtens quis excommunicatur,idem probatur in cle.cupientes.§.qui uero ſcienter.de pœnis, ubi ipſo facto incurritur excommunicatio ob peccatū ommiſsionis quod erat occultum in conſcientia illius.idem in ca. j.§.omnē perſonam.de ſciſma.lib.6. cum alijs iuribus quæ ad hoc inducit gl. in d. clem. in verbo,eo ipſo,de hæreti.

18 Ex qua † habemus ſingulariter ſecundū Card. Zab.ibi,ꝙ conſtitutio militantis Eccleſiæ ligat omnino occulta, nō tamen tribunal Eccleſię de illis nominatim iudicat,immo ipſa Eccleſia in quantum per hominem iudicat hominem nominatim, & in quantum eſt collectio fidelium ligatos ſic occultos habet pro ſolutis,ratio eſt,quia ignorat peccatum illius hominis,& ſic in ijs quæ facti ſunt,ex quo fidem non concernunt,poteſt errare,ſic ꝙ excommunicatum pro ſoluto, & abſolutum pro excommunicato habere poteſt,ſolus tamen Deus nec fallit,nec fallit poteſt, ut dicit tex.in c.a nobis. de ſenten.excom. & ibi ſcribitur per Abbatem & alios. c.uenerabilis.& per Moder.de teſtibus.

19 Aduerte † quia ſi illa ratio eſſet uera, ꝙ ideo hæreticus occultus omnino non eſt excōicatus quia Eccleſia non iudicat de occultis, ita pariter eſſet dicendum de illo hæretico occulto,qui exijt in opus exterius ſed nō conſtat Eccleſiæ,quia etiam de iſto non iudicat Eccleſia, ut probatur in d.c.ſicut.ibi erat commiſſa ſimonia actualis, ſed quia non conſtat Eccleſiæ,Eccleſia non punit,ut ibi, & ſic eſſet crimē inconueniens,& ſic illa authoritas non loquitur de omnino occultis,ſed de ijs quæ non ſunt Eccleſiæ manifeſta, ſic ergo licet Eccleſia nominatim contra ſingularem per-

ſonam non procedat,ut pote excommu nicatum, niſi ſibi conſtiterit,tamē ſecundū rei ueritatē,ſi criminoſus eſt,conſequens eſt ut ligatus ſit,nō tn̄ pro ligato habetur, certū eſt enim ꝙ crimen eſt materia ſufficiens ob ſeu propter quā criminoſus eſt excōicandus,uel ſuſpendendus, iux.c. ut animarum.de conſti.lib.6.cle.ne in agro.§.quia uero, de ſtatu mona.cū alijs, ubi ergo ſubditus illud crimen dānationis commiſit q̄tuncunq; occulte,etiam in animo , ſi taliter committatur,ut eſt crimen hæreſis,conſtat ꝙ criminoſus eſt, q̄q̄ Eccleſia militans prout eſt fidelium congregatio,non iudicet eum pro ligato,ut dixi,niſi prius legitime conſtaret eum talem eſſe,pro quo optime facit.l.cū ad præſens.ff.ſi cer. peta. nam ſi hodie tibi promitto cētum,ſi dn̄s Carolus imperator eſt hodie Bononiæ, & pono ꝙ ſit(prout eſt) certe iudex non condemnabit me ad ſoluendū, licet iā ſim obligatus, niſi poſtq̄ conſtiterit legitime ꝙ imperator in hac die erat Bononiæ, & tamen ſi in hac die erat Bononiæ prout fuit conuētum,ego ſtatim fui obligatus,quia materia erat ſubſiſtens ad obligandū, & ob hanc rationem Bonifacius de Vitallinis ſtat cum d. gloſ.in d.cle. 13.col.uerſi.quinta concluſio.

20 Idem † in effectu tenet Abba.inquiens,ꝙ conſtitutio militantis Eccleſiæ ligat delinquentem q̄tuncunque occulte delinquat, licet de tali nominatim nōn iudicet,Sed habeat eum pro ſoluto,donec de uinculo conſtiterit,& tranſit cum d.gl. quam ſequitur Adrianus ſextus in 4. ubi tractat de ſacramento confesſionis, nam tunc dicitur ꝙ Eccleſia non pōt percipere,niſi ea quorū trāſgreſſorem punire pōt. quia hoc uerū eſt ſi deficeret ſibi iuriſdictio.c.2.de conſti.li.6.& l.fi.de iuriſ.om.iud.ſed de ijs quæ ſunt in animo poteſt cognoſcere,ſi ea ſibi conſtarent,ut in hæreſi cōcludit Bal.in l.ſi quis non dicam rapere.col.j.& pe.C.de epiſ.& cleri.unde ſi non punit non eſt ex defectu iuriſdictionis,ſed ex defectu probationis nō enim deficit Eccleſiæ in ijs ius,ſed probatio,unde Eccleſia pōt p̄cipere & prohibere actum in generali, per quod p̄ceptū & prohibitionē includitur non ſolum actus publicus, qui per teſtes probari poteſt, ſed etiam actus occultus qui poteſt probari per illius confesſionem, ut dicit Petr.de Palude in 4.diſt.17.q.2.arti.2.

21 Et præmaxime † hæc habent locum in propoſito, quia tractamus de hæreſi extirpanda,eſt enim hæreſis contagioſa,ut in d.cle.j.§.uerum.ubi inquit Cardi.poſt Laure.quia hæreſis in modum lepræ nedum ſuam poſteritatē,immo circunſtantes inficit,niſi ſtatim caueatur.ar. c.uergentis. c.excōicamus.§.credentes.de hæret. c.reſecandæ. 24.q.3.& hæreticorū ſermo ſicut cancer ſerpit.j.ad Thi. 2.ſubito enim erradicanda ſunt huius morbi mala ſemina,& principijs obſtādū eſt, alias ſero medicina paratur.

ratur.c.ad hæc.de reſcr.c.mala conſuetudo.8.diſt. nam ut inquit in Methamor.li j. Ouidius, immedicabile uulnus enſe reſecandum eſt,ne pars ſincera trahatur, nam morbida facta pecus totum corrumpit ouile, idē eſt ꝙ hæretici ſunt de ciuit.expellendi, ratio eſt quia inficiunt alios, & generaliter dicitur, ꝙ ubicunque eſt timor huiuſmodi infectionis,uel ſimilis,poteſt quis expelli de ciuitate.in auth.ut iuſiu.quod præſta.ab ijs. in fine colla.2.ſcribunt Bal.& Pau.de Caſt. in l.2. C. de ſumma Trini.ſi enim infecti morbo corporali contagioſo debent expelli de ciuitatibus propter publicam utilitatem ne alios inficiant,ut dicunt Ludo. Rom.& Alex.in l.caſus.C.de teſta.Cepo.in tit.de ſerui. ruſti. prædi. ſub rubri.de paſcuis.q.vj.quanto magis infecti morbo ſpirituali,cum anima præcioſior ſit corpore.l.ſancimus.C.de ſacroſ.eccle. c. Matthæus.de ſimo.niſi enim cito erradicetur amaritudinis radix tota plebs contaminata triſtabitur.c.j.xxj.q.iiij.

22 Hæreſis † enim mentalis eſt ſicut caput ſerpentis,quod niſi cōteratur, Statim exiens uirus ſuum in alios infundet, ut iam a retro actis temporibus non ſint exempla quærenda, cum moderniora tempora nos doceant.Si enim dum cepit peſtis lutherana partes Alemaniæ nubilare, illico eſtincta fuiſſet,totum orbem non popularetur, inde dicitur ꝙ in dubio præſumendum eſt pro hæreſi,ſaltem ad pœnitentiam ſalutarem iniungendam.arg.c.literas,de præſump.Card.& Ioan.de Imo. in cle.j.§. uerum.de hæreti.ſicut & in aliis tangentibus periculum animæ. c. ſignificaſti.2.de homi.tali enim caſu delictū in dubio præſumitur, ut tutior uia eligatur pro ſalute animæ.iux.glo.in c.iuuenis.de ſponſa. ca.j.in uerbo extimare.de ſeruti.facie.Abbas in c.ij.per illum tex.de obſerua. ieiunio. glo.fin.in c.conſulti.de regularibus.c.conſtitutus.de religio.domi.

23 Et facit † ꝙ in pulchra quæſtione ſcribit Pet.de Ancha.in conſi. 179. circa finem.& expreſſe ibi dicit,ꝙ regula.l.merito.ff.pro ſocio. non habet locum ubi agitur de ſalute animarum,& idem dicere. d.l. abſentem. in prin.ff.de pœnis,& de eo ꝙ dicit Bar.in l.non ſolum. §. ſed ut probari.ff.de operi.nou.nuncia. unde licet extrinſecus uideatur interpretatiō fieri in grauiorem partem, tamen ex quo ſalubrior eſt talis interpretatio pro ſalute animæ, non uidetur procedere regula. d. l. merito,& d.l. abſentem.

24 Siquidem † præſides prouinciarum debent ſacrilegos,latrones, plagiarios,& fures coinquirere,ut malis hominibus prouincia careat, ut dicit Iuriſconſultus in l. congruit. ff. de officio præſidis, ſic & multo magis Epiſcopi & inquiſitores debent vulpeculas hæreticorum inquirere, ne meſſem domini caudis ſuis adinuicem colligatis comburant,& hæc ſol-

licitudo illis incumbit.c.inter ſollicitudines.de purga.canonica . iuncto. c.excommunicamus.in princ.de hæret.inde eſt, ꝙ debent ſingulis annis bis aut ſemel ſuas diœceſes circuire, hæreticos inquirentes. ut eſt text. quem male ſeruant domini Archiepiſcopi & Epiſcopi in c. excommunicamus.§.adijcimus,de ſent.excommunic.quod aliter fieri uix poteſt, niſi fulminando cenſuras contra hæreticos,complices, eorumq; fautores,ut ad illorum notitiam deueniri poſsit, omnia enim licent ſine quibus ad illud perueniri non poteſt.l.ij.ff. de iuriſdict. omnium iudi.c.præterea. de offi. delega. ſumus enim in ijs quæ tendunt in aliorum corruptionem & perniciem,& ideo illa ſcientes ad reuelationem compellendi ſunt,ut inquit S.Thom.in 2.2.q.70 arti.1.ad 2.

25 Et licet † excommunicatio ex parte excommunicati ſit maior pœna, quam quæ in Eccleſia detur,quod patet,quia eſt animaduerſio gladii ſpiritualis, qui magis timendus eſt,quàm gladius temporalis, & propterea dicebat Auguſtinus,ꝙ magis timenda eſt a quolibet excommunicatio,quàm ſi feriretur gladio,ſi à feris deuoraretur, ſi à flammis exureretur,ꝙ patet,quia ſcinditur membrum à corpore Chriſti, & ſic efficitur membrum nullius ualoris,quod maxime timendum eſt, unde Auguſt.ſuper Ioan.inquit,nihil debet magis formidare Chriſtianus quàm ſeparari à corpore Chriſti,traditur enim Sathanæ, ſicut hæretici de hæreſi conuicti ab Eccleſia traduntur poteſtati ſeculari,& dicit tex.in c. audi. xi.q. iii.ꝙ omnis Chriſtianus qui excommunicatur traditur Sathanæ, & ſic clare patet magnitudo pœnæ excommunicationis per effectus, qui traduntur ab omnibus canoniſtis & theologis. Tamen ex parte Eccleſiæ excommunicantis,dicta excommunicatio medicinalis eſt, & nō eſt mortifera niſi uolenti,qui enim excommunicat,non ideo excommunicat, ut excommunicatio ſit cauſa mortis,ſed medicinæ, ut ſpiritus excommunicati ſit ſaluus in nomine domini.c.audi.xi.q.iii. c. corripiantur. xxiiii.q. iii.unde ſi hæc excommunicatio non contemnatur, medicinalis eſt ſe corrigenti,ſed nō ſe corrigenti eſt occaſio mortis. Sic ergo occaſio medicinæ eſt.i.pœnitentiæ,& ideo dicit tex.in c.cum medicinalis. de ſenten.excom.lib.vj.cum medicinalis ſit excommunicatio,nō mortalis,diſciplinans non erradicans,dum tamen is in quem lata fuit,non contemnat,ubi inquit Archi.ꝙ dicta excommunicatio eſt medicinalis actiue,& paſsiue,& ſic tam in proferente quàm in eo contra quem profertur,proferens enim debet intendere ad medelam animæ, non in mortem, ut in d.ca.audi. excommunicatus uero ſi ſe exponit uento rebellionis, ut in c.tua.de homicidio,non medico ſed ſibi & duritiæ ſuæ imputabitur.c. poſtulaſti.de homici.& ſi reſipiſcat,medicina animæ eſt, quia confuſus

ex eo quòd uitari ſe uidet facilius reuertetur ad ouile, ut in d.ca. audi.c. pia,de excep.lib.vj.unde ſi citius moritur excommunicatus propter excommunicationem,ut in c.Epiſcopi.xi.q.iii. hoc prouenit ex contemptu excõicati,qui excõicationem contemnit,& ſi illa animam tollit,ut in c.nihil,in fi. 11.q.3.hoc prouenit ex eo ꝙ per ſatisfactionem excommunicatus non uult reconciliari Eccleſiæ.

26 Hoc enim modo non iudicat Eccleſia de peccatis interioribus,ut ali qui ſibi perſuadent, ſed uocat Eccleſia animã hæretici per reconciliatio nem,quę fornicata eſt ſpiritualiter hæreſim cõtrahendo.c. gaudemus.de diuortiis,dicẽs ꝙ Hyere.3.ſcribitur, tu fornicata es cum amatoribus mul tis,tamen reuertere ad me dicit dominus, & quod Angelus dixit ad Agar pro Eccleſia,reuertere ad dominã tuam,& humiliare ſub manu dominæ tuæ.Geneſ.16. hæreticus enim nedum iure humano,de quo dictum eſt, excõicatus eſt,ſed etiã iure diuino,ut Paulus ad Gala.j.inquit.ſi quis uobis Euangelizauerit præter illud,quod accepiſtis,anathema ſit.

27 Quinimo non ſolum hæreticus occultus eſt excõicatus, ſed etiã eius bona ipſo iure confiſcata ſunt,quantuucunque hæreſis ſit occulta.c.2. de præſcrip.lib.6.eo quia pœna afficit ipſo iure hæreticum.in c.cum ſecundum.de hæret.lib.6.glo.in d.cle.j.prout concluſiue tenet Abbas in c.fi.de hæret.quem ſequitur ibi Ioan.de Ana.dicens, ꝙ eo ipſo ꝙ quis in hæreſim incidit,incontinenti perdit omnia bona,& ſic ſequitur abſolutio uaſſallorum ab obligatione iuramenti fidelitatis,adeo hæc uera ſunt, ut ẽt in foro conſciẽtię debeat reus grauari ut bona ipſo iure confiſcata dimittat fiſco, hæc eſt concluſio Abbatis & communiter doctorum in c. j. de conſti.col. 3.uerſi.hoc limitarem,idem Abbas in c.dilecti.colu.3. de arbitris, ubi ponit exemplum in eo, qui commiſit crimen hæreſis, & leſæ maieſtatis,eo quia ius eſt acquiſitum fiſco.l.commiſſa.ff.de publi.ca. 2. de præſcrip.lib.6.ſequitur Card.in c.fraternitas.12.q.2.licet Deci. in d. c.j.vl.col. verſic.prædicta concluſio,aliter ſentiat, verum eſt tamẽ quòd publicatio uel abſolutio allegari non poteſt, niſi ſit manifeſta hæreſis vel probata,de quo eſt caſus in dicto capitulo.cum ſciendum.§.confiſcationis, & pro hoc facit, quia lex ſemper eſt certa, & ſic quantum ad legem imponentem pœnam non poteſt dici occultus hæreticus. l. Arriani. C. de hæreti.& ideo quilibet hæreticus etiam occultus excommunicatus eſt ipſo iure, vt dicit gloſſ.in dicto capitulo primo.24.quæſtione 1. & S. Thom. idem tenet, quòd hæreticus occultus dominium ſuarum rerum ammittit, vt refert Ioan.Maio.in ij.ſenten diſtinctio.48.quæſtione.vnica. licet idem doctor in j. ſententia. diſtinctione.xlviij. quæſtione.vnica, alternis argumentis ſeipſum, & lectores confundat.

Sicut

Sicut igitur poteſt lex occultum hæreticum pœna priuationis bonorum ipſo iure afficere, cum talis priuatio ſit mera pœna, & inter pœnas hæreticis inflictas computetur, ut in d.c. uergentis, & in d. c. cum ſecundũ, ſic & multo magis poterit ipſum hæreticum occultum ipſo facto ꝙ eſt hæreticus excommunicare, cum hoc tendat ad illius ſalutem ſpiritualẽ, tu eius ſpiritus ſaluus fiat, ut in d.c, audi. neue ouis ſcabioſa caulam gregis dominici inficiat, ut in d.c. reſeccandæ.

28 Inde † eſt quòd quando quis ſcit peccatum fratris occultum debet intendere ut fratris ſalus procuretur, etiã ſi ſibi ipſi peccatũ noceat, uel quãdo nociturum eſt aliis, & in ſcandalum multorum oriri poſſet, cum bonum multitudinis ſit præferendum bono unius, in l. unica. §. hæc autẽ omnia. C. de cadu. tolle. & ideo prælatus debet inquirere ueritatem de facto, ut ſcandalum multitudinis ceſſet, uel per pœnam peccantis uel per eius excommunicationem, etiam ſi peccatum ſit occultum ſimpliciter, vt ſcribit. S. Tho. quolibeto. 4. art. 12.

29 Accedit † ad prædicta, quia hæreticus eo ipſo quòd committit hæreſim conſentit in pœnam, & ſic in ammiſsionẽ dominij, & in excommunicationẽ, ut dicit glo. in l. j. §. beſtias. ff. de poſtulan. & in Epiſtola inter claras. §. licet. C. de Summa. Trinita. facit tex. in c. impares. 11. q. 3. Ex quibus ſequuntur Sex concluſiones.

PRIMA, quòd ſi quis erraret in ijs quæ ſunt fidei cum pertinacia in uoluntate quantuncunque occultiſsime, eſt hæreticus, ſecundum omnes, & d. Tho. de Vio. in loco allegato hoc concedit, ſicut eſt quod dicit Chriſtus Matth. v. qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mechatus eſt eam in corde ſuo.

SECVNDA Concluſio eſt, ꝙ hæreticus omnino occultus perdit dominium rerum ſuarum, licet apprehenſio fieri non poſsit niſi lata ſententia ſuper crimine hæreſis a iudice eccleſiaſtico.

TERTIA Concluſio eſt, quòd hæreticus omnino occultus eſt ipſo iure excommunicatus.

30 QVARTA † Concluſio eſt, ꝙ abſolutio in foro pœnitentiali eſt reſeruata ſummo pontifici, ut in extrauaganti Pauli ſecundi. incipie. & ſi dominici gregis. in uerbo criminum hæreſis, nec prætextu quaruncunq; facultatum, etiam in fauorẽ fidei & cruciatæ conceſſarum, quis de hæreſi poteſt abſoluere aliquem qui de hoc crimine fuerit condemnatus, delatus, ſeu publice diffamatus, ut patet in extrauaganti Sixti quarti. incipiẽ. & ſi dominici gregis, niſi ſit delegatus Papæ, prout eſt inquiſitor apoſtolicus. ut in c. ne aliqui. de hæreti. lib. 6. qui non obſtantibus dictis extrauagantibus poteſt hæreticum redeuntem ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ

cleſiæ abſoluere,ut dicit Ioan.Andre.in c.ut officium inquiſitionis.§.ſi ue ro.& ibi Domi.& Franc.ac Petrus de Ancha.ſequitur.de hæreti. lib.6.

QVINTA Concluſio eſt, quæ ex aliis concluſionibus ſequitur, ꝙ nullus poteſt ad plenum reconciliare hæreticum ſine ſpeciali licentia Papæ,ſecundum Hoſtien.quem refert Ioan.Andre.in capit. excommunicamus.primo,in uerbis finalibus.de hæreti. & ego de ijs plura ſcripſi ſuper dubiis nuper exortis ſuper intellectu.c. omnis utriuſque ſexus, de pœni. & remiſsio.carta.27.

31 SEXTA † & ultima Concluſio eſt,in qua conueniunt omnes,ꝙ hæreticus occultus ſi ſibi hæreſim dixerit,uel occultiſsime hæreſim ſcripſerit,uel alteri reuelauerit,ſiue in aliquod opus exierit,quantuncunq; nullatenus probari poſsit,niſi per eius confeſsionem,'eſt ipſo iure excommunicatus,quia dicunt ipſi domini Theologi, ꝙ iſte eſt hæreticus occultus per accidens,& iam eſt de foro eccleſiæ, ex quo hoc crimen ſubiacet ſenſitiuæ cognitioni,quàmuis teſtem uel teſtes non habeat. Vnde ſequitur ꝙ tranſiens ſeu rediens ad ritus,& obſeruantias iudæorum, q̃uis occultiſſime,incurrit excommunicationem,quia iura loquentia de hæreticis habent locum in iſto.ut in c.contra Chriſtianos.de hæreticis lib. 6. iuncto. capitulo.excommunicamus.in i.eo tit.& in hoc uerum dicunt.

32 Sed in eo† quod dicunt de omnino occulto hæretico,non procedit illorum opinio,ut non ſit excommunicatus,quem appellant ipſi hæreticū occultum per ſe,quia ex ſua ratione ſibi uendicat non ſubeſſe cognitioni ſenſitiuæ,a qua incipit humana cognitio,cum talis diſtinctio ſuper hæretico occulto, non fundetur aliquo iure ſeu authoritate noui uel ueteris teſtamenti,cum ſic deberet fundari.argu.in cap.qualiter & quando.ij.in prin.de accuſatio.quinimo repugnat iuribus ſupra deductis. nam occultus per ſe,& occultus per accidens,qui ſibi ſoli dixit hæreſim,quo ad effectum æquiparantur,quia de ipſorum amborum hęreſi non poteſt conſtare Eccleſiæ niſi per eorum confeſsionem,cum non ſubſit cognitioni ſenſitiuæ alicuius,qui poſsit illam hæreſim detegere, & paria ſunt non eſſe, & eſſe & non apparere,ut.l.in lege & l.Rutilia Polla.ff.de contrahē. emptio & leges ſeu iura non debent imponi uerbis ſed rebus. l. 2. in fin. C. communia de legatis.

33 Nec horum† uocabulorum preſeruatio fructuoſa eſt maxime contra fauorem negotiorum fidei,arg.l.ij.in fi.C.de conſti.pecunia.c.in fidei fauorem.de hæret.lib. 6.& nulla alia ad inquirendum crimina permittuntur quæ ad punitionem illorum non ſufficerent,traditur in l.congruit.ff. de offi.præſidis,Bal.in l.iubemus.C.de proba.Saly. in l. ea quidem. C.de accuſa.Ange.in repeti.l.ſi uacantia.C.de bonis uacantibus.lib.x.præſertim

tim quando prælatus procedit ad ſalutem animarum.nota. in ca.ad noſtram.de iure iuran.ut in propoſito,ut in c.excommunicamus.§. adijcimus.de ſenten.excommunica.& ad delicta impedienda, ne ſequatur contagio in grege dominico, quo caſu ſine infamia præcedente poteſt fieri inquiſitio,ut dicit Inno.in c.j.de poſtula.prælato.ſequitur Andre.Siculus in conſi.64.ſcribitur libro Hæſter.lib.j.Decius in c.cum non ab homine. colu.4.de iudiciis. quilibet enim in delicto committendo debet aliū corrigere.glo.in c.2.de hæret.& clericus poteſt capi a layco ſine incurſu excommunicationis,ut obuietur delicto committendo, Abbas in d. c. cum non ab homine,& in c.3.de ſenten.excom.plura ſcripſi in tracta.de ſecreto.col.17.unde extante tanto fauore fidei non eſt mirum,ſi occultus hæreticus excommunicatus eſt,& excommunicari poſſit,tum ad ſalutē omnium,tum etiam ipſius hæretici, quia ſicut quis uolentem ſe præcipitare prohibere debet,ut in capitu.ipſa pietas. 23.q. 4. ita debet obuiare huic peccato,facit tex.in l.ſi ſacerdos.de offici.ordi. hoc enim crimen in diuinam maieſtatem commiſſum in omnium iniuriam redundat.in l. Manicheos.C.de hæret.

34 ET LICET † Quæ in contrarium fuerunt deducta, competēter ſoluta uideantur,nihilominus ueniens ad indiuidua, dico ꝙ non obſtant iura quæ dicunt Eccleſiam non iudicare de occultis, quæ iudicio diuino reſeruantur,ut in c.ſicut tuis.de ſimonia,cum aliis,quia uerum eſt,ꝙ Eccleſia non iudicat de occultis,ſed in propoſito non tractamus de iudicio, inquantum in eo agitur de abſoluendo,uel condemnando, quod eſt proprium iudicij,quod conſtat ex actore,reo,& iudice,ut in c.forus. de uerborum ſigni.l.inter litigatores.ff.de iudicijs,& redditur in inuitum. ut.l. inter ſtipulantem.§.Si Stichum.ff.de uerborum obli. & in quo iura partium aſſertione panduntur. l. fi. C. ſi per uim & alio modo. & ſecundum allegata & probata promulgatur ſententia.l.illicitas.§.ueritas.ff. de offi. præſidis.continens abſolutionem uel condemnationem.l.in ſumma.ff.de re iudi.l.præſes.C.de ſenten.tractamus enim hic,an ligetur hæreticus occultus,& ut ſpiritus eius ſaluus fiat.& ut impediatur contagio gregis dominici,hoc enim a iure & ab homine fieri poteſt ut dictum eſt, nō enim poſſet illum hæreticum iudicare, cum ignoret illius crimen, & cum in hoc fallatur Eccleſia militās,illum excommunicatum habet pro ſoluto, & nonnunquam ſolutum pro excommunicato,quia Deus ſolus ſcit corda hominum,& ipſe non fallitur,ut dicit tex.in d c.a nobis enim. de ſenten.excommuni.& ideo Deus illum puniet,non autem Eccleſia,& ſic ad propoſitum nihil facit quód Eccleſia non iudicat de occultis, quia de iudicio hic non agimus ut dixi,unde hæreticus in mente ſua ſatis dicitur

conuictus

conuictus ex quo hæreticus eſt,ut eſt ad hoc optimus tex.in l.fi.C.ad legẽ Iuliam maieſt.ibi,mente ſua punitus eſt,& ſic non obſtat. d. ca. nomen; quinimo pro hoc facit, quia dicitur in ſe conuictus, uel ſi intelligatur de excommunicatione nominatim facienda, requiritur ꝙ conuictus ſit uel teſtibus,aut confeſſione,aut rei euidentia.l.2.C.quorum appella.non recipi.c.nos in quenq.ij.q.j.c.ſuper quibuſdam.in primo,de uerbo. ſigni. glo.in c.ad abolendam,in uerbo,deprehenſi,de hæret.de qua excommunicatione nominatim facienda hic non agitur,& in propoſito, licet quo ad Eccleſiam militantem iudicialiter accuſante ipſum conſcientia, facit pro hoc.cap.literas. de reſtitu.ſpolia.& ſiquis in mente ſua credit uſuras exercere non eſſe peccatum iam hæreticus eſt licet ſit occultus, ut dicit Ioan.de Imo.in cle.j.de uſu.col.7.non ergo Eccleſia militans illum hæreticum iudicat,ſeu punit pœnis,quæ contra tales ſtatutę ſunt,cum neſciat interiora cordis,quæ ſoli Deo reſeruantur, ut in d.c.ſi omnia, cum alijs ſupra adductis.ſed uocat illum,ut dictum eſt,excommunicatione medicinali,ſi obedierit,mortali uero ſi obicem poſuerit,ut in d. ca. cum ſent. de ſenten.excommunic.lib.6.

35. Vnde† illud quod dicitur per.S.Tho.ꝙ Eccleſia non profert iudicium ſine lege,de interioribus,intelligitur quo ad punitionem de facto, ꝙ puniat illum reum,quod eſt impoſſibile,ſed ꝙ illũ non poſſit uocare Eccleſia ad græmiũ ſuũ mediãtibus cẽſuris eccleſiaſticis,hoc nõ negat S.Tho.

36. Si enim† concederemus ꝙ Eccleſia non poſſit ligare occultos hæreticos,ſequeretur, ꝙ eſſet dandus caſus ut confitens hæreſim non ſit excommunicatus,pone enim ꝙ quis contraxerit hæreſim mentalem, non credendo ꝙ Deus ſit incarnatus,in qua ſtetit multis,aut paucis diebus, non refert,nec ſibi ipſi uel alteri dicendo,poſt ea illum pœnituit huius hæreſis,& accedens ad inquiſitorem ſeu diœceſanum, dixit ſe habuiſſe mentalẽ hæreſim,certe ſm præfatos dños Theologos, hic fuiſſet hæreticus, & non fuiſſet excõicatus,quia non exiuit in opus exterius, nam qñ dixit iã erat extra hæreſim, cũ deſiiſſet habuiſſe illã malã credulitatẽ, qđ nullatenus eſt cõcedẽdũ,qa ipſo facto ꝙ cogitauit hæreſim adhærẽdo,delictum ꝑfecit,& non hẽt locũ pœnitentia.l.qui ea mente.ff.de furtis,Bal. in l. ſi quis non dicã rapere.col.fi.C.de Epiſco.& cle.& ideo cenſendus eſt excõmunicatus.cum generaliter omnes hæretici nullo excepto quocunq; nomine cenſeantur ſint excommunicati,ut in d.c.excommunicamus.

37 Nec† facit gl.in c.cũ qs.de ſent.excom.lib.6.in qua dr̃,ꝙ ratã habẽs in corde percuſſionem clerici,non eſt ligatus quo ad Eccleſiam, quia dicta glo.non negat,ꝙ non ſit excommunicatus,immo dicit ꝙ quo ad Deum ligatus eſt.l.excõicatione.Sed quo ad Eccleſiã nõ habetur pro ligato, co quia

quia Eccleſia illum non habet pro excommunicato cum ſibi de hoc n
conſtet.& ideo bene dicitur ꝙ non iudicat de occultis, vnde dicta gl.
magis facit pro noſtra concluſione in qua dicimus hæreticum occultu
eſſe ligatum.

38 Nec†facit ꝙ ſola voluntas quæ non processit ad actum non ſcanda
zat Eccleſiam,ut in d.c.Deus.& in d.c.qui ſtudet.& ꝙ cogitationis pœ
nam nemo meretur,vt in d.c.cogitationis,cum alijs.quia dico ꝙ pecca
hæreſis non exiſtit in opere exteriori,ſed in mente cõtrahitur, ut ſæpit
dixi,vt dicit glo.in d.c.cogitationis.& Bal.in d. l. ſi quis non dicam rap
re,& licet ſi in opus exterius non exierit, non ſcandalizet Eccleſiam, ta
men proximum eſt vt ſcandalizet,ex eo quia hæreſis.prout dixi,ſerpit ſi
cut cancer,& eſt contagioſa,& de facili exit in opus exterius, quia poten
tia proxima actui habetur pro actu.l.pe.& ibi no.Bal.ff.de teſta. mi. vbi
etiam dicit Bar.ꝙ illud quod de proximo faciendum eſt,habetur pro fa
cto.cum alijs,vt ſcribit.D.Iaſon.in l.diuortio.§.interdum.col.v. ff.ſolu.
matri.& in l.j.in x.col.ff.de acqui.poſſ. Decius in c.paſtoralis.§. quoniã.
ij.nota.de reſcript.Do.Iaſo.in l.naturaliter.§.nihil commune,col. 15.ff.
de acqui.poſſe.moder.& ibi Decius in c.cum adeo.de reſcri. & pro hoc
allego optimum tex.in l.quæſitum.§.illud.ff.de lega.3. propterea princi
piis obſtandum eſt,ne vlterius progrediatur,vt patet in d.c.reſecandæ.
Præterea hæreticus qui dixit ſibi hæreſim non ſcandalizat Eccleſiã, quia
nullus hoc ſcit,nec ſciri poteſt,niſi per ſuam confeſsionem, & tamen eſt
excommunicatus,vt prædicti.d.Theologi fatentur, vnde nihil facit ſcan
dalum in propoſito crimine ad incurſum excommunicationis, licet in
aliis forſan hoc eſſet conſiderandum,prout loquitur glo.in d.c.ſtudet,&
d.c.dominus. & d. c. cogitationis.non habent locum in crimine hæreſis,
nam ſola voluntate quis incidit in hæreſim,& eo ipſo ꝙ quis credit hæ-
reticis incidit in excommunicationem.in c.excommunicamus.§. creden
tes.de hæret.ita formaliter loquitur glo.in d.c.cogitationis.

39 Demum†non obſtat.d.c.fi.de hæret.in verbo manifeſte, quia ille text.
loquitur quo ad liberationem uaſſallorum a iuramento fidelitatis,& ſic
quo ad exequutionem pœnarum ſtatutarum contra hæreticum, vt eſt in
occupatione bonorum, quæ non poteſt fieri niſi lata ſententia per iudi-
cem Eccleſiaſticum,vt in c.cum ſecundum leges.§.confiſcationis.de hæ
reti.lib.6.quia tunc dicitur quo ad hoc manifeſtum,vt ſcribitur in c. ue-
ſtra. de cohabita.cleri. & mulie. ſeu manifeſtum hic dicitur quia habet
uim ſententiæ,ut dicit Bar.& ibi Alex.in l.ſi conſtante.col.12.uerſicu.in
quantum Bar.ff.ſolu.matri.Bar.in l.emptor.ff.de actio.empt.uel ideo di
citur manifeſtum,quia deprehenſus eſt hæreticus in crimine,quia ſic ma
niſeſtum

nifeſtum eſt incidiſſe in hæreſim.prout tradit Bart.in l. furem.ff. de furtis.Abbas in c.tertio loco.de probat. & hæc deprehenſio fit propria confeſſione,teſtibus,uel euidentia rei,vt dicit glo.in d.c.ad abolendam,& d. c. ſuper quibuſdam. neceſſario tamen hodie ſententia debet præcedere hanc facti exequutionem.ut in d.c.cum ſecundum.

40 Sed† quando lex imponit ipſo iure pœnam, & trahit illa pœna ſecum exequutionem,ita ꝙ in tali exequutione non requiritur actio facti,mediante miniſterio iudicis,tunc ibi non requiritur aliqua ſententia etiã declaratoria,quo ad talem effectum,vt dicit Bal. in l. quæ ſub conditione. §.fi.ff.de condi.inſti.& ſic quando lex ipſo iure indicit confiſcationẽ bonorum, ſtatim commiſſo crimine perditur dominium ſine aliqua declaratoria, quæ tunc requiritur quando ageretur ad tranſlationem bonorũ ſeu occupationem,ut ſcribit Domi.in c.fœlicis.in prin.col.2. de pœnis. lib.6.ſequitur.d.Iaſ.in l.3.§.quod autem,ff.quod quiſque iuris. per d. c. cum ſecundum.quod eſt utile ſcire,quia fructus medio tempore perceptos non facit ſuos,& debent fiſco reſtitui,ut in §.fi.in auth.de inceſt.nuptijs.colu.3.immo in eis furtum committit priuatus,ut dicit Bal. in c.j. §.iniuria.col.3.de pace iura.firma.& d.Iaſo.in l.ſi urbana. col.pen. ff. de condi.indebi. & etiam quo ad alienata ab hæretico a die commiſſi criminis,quæ reuocantur per fiſcum.l.Manicheos.C.de hęre.l.donationes. §.perfectæ.ff.de dona.ſcribitur in l.poſt contractum.ff.eod.tit.

41 Vnde † ad contrahendam excommunicationem occulte in hæretico occulto non requiritur ſententia declaratoria,quia in pœnis quæ ipſo iure contrahuntur non eſt neceſſaria dicta ſententia,ſecundum Hoſtien.referente Ioanne Andre.in c.pro humani.in fi.de homicidio libr. 6. & ibi eſt tex.non uiolando literam,& tenet Ioan.Andre. in c.commiſſa. de electio.eod.lib.ſequitur Domi.de ſancto Gemi.in conſil.136. Dominicus Burgenſis.col.2. excommunicatio enim ſecum trahit exequutionem, & illius denuntiatio ſeu declaratio non addit uinculum, ut eſt text. in cap. paſtoralis.§.uerum.de appellatio. Denuntiatio enim eſt quædam declaratio quæ nihil noui tribuit.l.hæredes palam.§.ſiquid poſt.de teſtam. unde concluſiue dico,ꝙ illa abſolutio uaſſallorum a iuramento fidelitatis, eo ipſo ꝙ dominus incidit in hæreſim fit,delicto commiſſo,Sed illa allegari non poteſt niſi præcedente declaratoria ſententia a iudice Eccleſiaſtico lata,ut in d. c. cum ſecundum, & ſicut dicimus in bonis hæreticorũ, quæ ipſo iure confiſcata ſunt,commiſſa hæreſi quantuncunque occulte, ut in c.ij.de præſcriptio.lib.6.ꝙ illa occupari non poſſunt,niſi præcedente dicta declaratoria,ut in d.c.cum ſecundum.ut declarat Abbas in c.fin. de hære.ſic pari modo dicendum eſt in excommunicatione,quæ ab hæ-

retico

-retico contrahitur ipſo iure, quæ allegari non poteſt, quo ad euitationē, & alia iuris remedia, niſi ab Eccleſia declaretur, ut habetur in d.c. paſtoralis.§.uerum.

Ex quibus patet hæreticum omnino occultum ipſo iure excommunicatum eſſe non obſtantibus quæ in contrarium allegata ſunt, & per hæc cū Dei adiutorio eiuſque Sanctiſſimę genitricis, & uirginis Mariæ, abſoluta eſt hæc quæſtio, circa quam aliqualiter laboraui, ut ſatisfacerem Dominis Magiſtris in Theologia. Quorum correctioni hæc ſuppono.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo ſufficiunt in quocunque crimine ad condemnationem.*
2 *Teſtes duo ſufficerent ad condemnationem hæretici ſi darentur nomina teſtium.*
3 *Teſtes tres hodie requiruntur ad condemnandum aliquem de hæreſi.*
4 *Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores ad condemnandum.*
5 *Teſtes omni exceptione maiores qui ſint, de quibus iudex ſe debet informare, & ſi eſt ſpurius unus ex teſtibus.*
6 *Teſtes debent eſſe conteſtuales ad hoc ut plene probent aliquem actum indiuiduum.*
7 *Singularitas teſtium in quo conſiſtit.*
8 *Fama cum unico teſte in criminalibus non probat.*
9 *Teſtes ſingulares quando probant in crimine hæreſis.*
10 *Teſtes ſingulariter deponentes de uarijs aſſertionibus hæreticis non probant aliquem hæreticum.*
11 *Teſtes non conuenientes in unum finem nihil ualent.*
12 *Teſtis audiuit unam aſſertionem ab eodem in uno loco, alter in alio, iſti duo teſtes non ſunt ſingulares.*
13 *Intellectus ad c. excommunicamus.§.cum uero accuſatus de hære.*
14 *Hæreticus in uno articulo fidei an uideatur hæreticus in omnibus alijs.*
15 *Hæreſim unam abiurans & in alteram incidens cenſetur eſſe relapſus.*
16 *Teſtes recepti in generali inquiſitione, ſiue in ſummario iudicio non probāt in particulari niſi repetantur & reproducantur in plenario & particulari.*
17 *Teſtes recepti in generali inquiſitione ſunt repetendi in particulari poſt litem conteſtatam reo citato.*
18 *Teſtes recepti in generali inquiſitione contra hæreticos ſunt repetendi in particulari coram duobus perſonis religioſis.*
19 *Teſtes recepti in generali inquiſitione non repetuntur in ſpeciali, ſi*

hoc

hoc habet ſtilus curiæ.

20 *Teſtes omnino repetendi ſunt in ſpeciali inquiſitione, contra Anto. de Bu. ſecundum Bar. in l. fi. ff. de quæſt.*

21 *Teſtes an ſint recipiendi in cauſa hæreſis poſt litem conteſtatam citato ipſo accuſato.*

22 *Iudex poteſt iudicium ſuum criminale incipere à captura Rei.*

23 *Inquiſitionis ſeu accuſationis capitula debent tradi reo, quibus reus debet reſpondere.*

24 *Reſponſio quam facit reus accuſationi fundatur in iure naturali.*

25 *Teſtes in criminalibus recipiuntur lite conteſtata.*

26 *Intellectus cle. ſæpe. de uerb. ſig. in uerbo litis conteſtationem.*

27 *Monitiones quas facit inquiſitor accuſatis de hæreſi non habent uim litis conteſtationis.*

28 *Lis eſt conteſtanda cum procuratore fiſcali.*

29 *Monitionibus factis per inquiſitorem non poſſunt teſtes repeti, ſed requiritur exhibitio capitulorum.*

30 *Inquiſitores non arctantur procedere ſummarie & de plano in cauſis fidei contra hæreticos.*

31 *Clauſula, ſummarie & de plano ſine figura & ſtrepitu, quid operetur, nec tollit quòd capitula inquiſitionis non tradantur reo.*

32 *Teſtes recepti in generali inquiſitione criminum contra certam perſonam uel certum genus perſonarum non repetuntur in ſpeciali.*

33 *Viſitatio officialium in ſyndicatu dicitur potius digeſtio.*

34 *Teſtes recepti in inquiſitione ſpeciali contra certam perſonam non ſunt amplius repetendi, & ibi declaratur Bartol. in leg. final. de quæſtioni.*

35 *Teſtes recepti in inquiſitione generali contra certam perſonam in crimine hæreſis, ad hoc ut non repetantur, requiritur quòd ſint examinati in forma iuris coram duabus religioſis perſonis.*

36 *Inquiſitio quæ fit contra hæreticos in prouintia eſt generaliſſima contra omnes perſonas de hæreſi ſuſpectas.*

37 Teſtes examinati in generali inquiſitione & non repetiti in ſpeciali an faciant indicium contra inquiſitum, ſeu ſemiplenam probationem.

38 *Intellectus glo. c. cum olim. i. de priui.*

39 *Teſtis in ciuilibus facit ſemiplenam probationem, in criminalibus uero dubitatur.*

40 *Teſtis ſi non debet iurare, ut in declaratione dicti ſui, non eſt pars citanda.*

Gg Teſtis

41 *Teſtis examinatus inter alios an noceat tertio qui non fuit citatus.*
42 *Teſtis examinatus in ſummario iudicio dicens contrarium in plenario ſtatur ſecundo dicto non primo, ſecus in confeſsione.*
43 *Quomodo intelligatur doctrina Barto. in l. admonendi. in antepen. col. ff. de iure iuran.*
44 *Præſumptio leuis uel quale quale præiudicium reſultans ex teſtibus receptis inter alias perſonas ad quid prodeſt.*
45 *Præſumptio & ſuſpicio quomodo inter ſe differunt.*
46 *Suſpicio quando dicatur leuis, quando uehemens, quando uiolenta.*
47 *Teſtis debet deponere de formalitate uerborum quando ſuper uerbis eſt quæſtio.*
48 *Accuſatus de uerbis hæreticalibus condemnari non poteſt ſi uerba habet duplicem intellectum, hæreticum ſcilicet & catholicum.*
49 *Aſſertio ſi habet duplicem ſenſum, interrogandus eſt accuſatus in quo caſu intellexit.*
50 *Hæreticus non eſt iudicandus quis ob propoſitionem ambiguam, licet illa prohiberi poſsit.*
51 *Intellectus deciſionis Rotæ. Dccclxxvj. incipientis Accuſatus.*
52 *Teſtes deponentes de uerbis debent deponere de credulitate dicentis.*
53 *Teſtis deponens de facto hæreticali non debet deponere de credulitate facientis.*
54 *Teſtis non debet deponere in ſcriptis niſi factum eſſet multum implicitum.*
55 *Aſſertio hæretica debet probari a pluribus teſtibus quando publice dicitur publicata.*
56 *Iudex arbitrari debet quæ ſuſpicio oriatur contra illum aſſerentem propoſitionem hæreticam, ſi illa non eſt plenè probata, ut illum inde poſſit punire aliquo ex pluribus modis hic expreſsis.*
57 *Suſpicio etiam uehemens hominis temperat ſententiam a pœna naturali ipſius delicti.*
58 *Iudex debet inclinare potius ad mitiorem partem quàm ad rigorem.*
59 *Iudex ſtatuit pœnam contra dicentem uerbum hæreticum ad arbitrium.*
60 *In iudicio ferendo quid ſit conſiderandum.*

TRIGESIMA QVARTA QVAESTIO.

1 TRIGESIMO quarto quæro, † quot teſtes requirantur de iure ad probandum aliquem dixiſſe propoſitiones hæreticas, aut hæreſim commiſiſſe, cócluſiue procedendo ſuper dubio prædicto, Dico, ꝙ licet in alijs criminibus puniendis duo teſtes

ſtes ſufficiant regulariter, ut in homicidio, & alijs, vt dicit Bart. in l. 1. §. j. ff. de bo. poſſ. ſecundum tabulas, Ang. in conſi. 14. incip. Nos Carolus. Abba. in c. quotiens. in notabilibus. de teſti. ſicut in alijs cauſis regulariter. c. licet uniuerſis. c. in omni negocio, de teſtibus. l. ubi numerus. ff. de teſtibus, etiam ſi de crimine agatur contra ſummum pontificem, duo teſtes ſufficiunt. in c. ſi præſul. 2. q. 5. ut ſcribit Decius in conſi. c. incip. in cauſa inquiſitionis. col. j. tamen in crimine hæreſis fuit non modica altercatio inter ſcribentes, an tres teſtes requirantur. per. §. adijcimus. in c. excommunicamus, de hæreticis.

2 Verum † quicquid dicatur, communis opinio eſt, ꝙ duo ſufficiunt, ut dicit Ioan. de Ana. in d. §. adijcimus, ut tenent aperte Archi. Ioan. Andr. Petrus de Ancha. Domin. & Philip. Francus. in cap. ut officium. §. uerum. de hæretic. libr. ſexto. prout ego late ſcripſi in ca. 1. de hæret. lib vj. in xvj. q.

3 Quia † tamen ſpecialibus ſtatutis officij inquiſitionis contra hæreticos & apoſtatas, detruncari uidetur defenſio ob indiſtinctam ſuppreſſionem nominum teſtium, non ſeruata forma, ſeu diſtinctione. c. fi. de hæreti. lib. 6. præſumendo forſan ſemper imminere periculum ipſis teſtibus ob maximam multitudinem apoſtatarum & hæreticorum, qui habentes adinuicem caudas colligatas in ijs partibus noſtris morantur, non ſeruatur illa opinio doctorum ꝙ duo ſufficiant, ſed tres requiruntur, & hoc iure utimur, ne quis de tanto crimine truncata defenſione ſolis duobus teſtibus damnetur, ut dicit Hoſtien. in ſumma de hæreti. §. qualiter deprehendatur. uerſi. & tamen. maxime quia aliquando teſtes ſunt infames, excommunicati, & complices huius criminis. Et propterea dicebat ſingulariter Fran. de Areti. in c. fin. de teſtibus. in fi. ꝙ in crimine hæreſis ſi teſtes ſunt criminoſi, uel infames, etiam concurrentibus coniecturis ueriſimilibus, prout conſiderat tex. in c. in fidei fauorem. de hæret. libr. 6. Duo teſtes non ſufficerent, & ſic ſeruaretur in hoc caſu opinio Hoſtie. quam refert Ioan. Andr. in d. §. uerum, & facit pro eo iure quo utimur, ſentit ergo ꝙ ſi teſtes eſſent omni exceptione maiores, prout in criminalibus eſſe debent, ut in c. At ſi clerici. in prin. de iudi. ſicut in caſu hæreſis poſuit Ioannes Lup. in ſua allegatione incip. caſus ſuper quo, duo teſtes ſufficerent, & ſic ſeruaretur communis opinio, adhuc tamen reſtaret illa diminutio defenſionis reſpectu ſuppreſsionis nominum teſtium, cum regulariter nomina teſtium debeant publicari. ca. qualiter & quando. §. debet, de accuſa. niſi in caſu periculi teſtibus imminentis. cap. fina. de hæreti. lib. 6.

4 ET DATO † ꝙ in caſu duo teſtes ſufficerent, plures tamen quali

tates debent concurrere ut fidem faciant. Prima eſt ꝙ teſtes ſint om exceptione maiores, hoc eſt probatæ uitæ, & bonæ opinionis, de inim cicitia non ſuſpecti, prout declarat Bal. in c.j. §. ſacramentum, de conſu. cti. feu. & tales teſtes in cauſis criminalibus requiruntur, ut dicit Bal. in fi. col. 2. uer. ſed dubitat. C. de prob. Io. de Ana. in cõſi. 67. uiſa relation refert Dec. in cõſ. 429. licet ī cauſis, & in dic. allegatione. caſus ſup qu

5 Et maioritas † exceptionis in hoc conſiſtit, ut nulla macula impin poſſit. glo. & ibi Doctores in c.j. de conſangui. & affi. adeo ꝙ ſi unus dictis teſtibus eſſet ſpurius, & alter non omni exceptione maior, iunc ambo non facerent plenam probationem, ut dicit Ludo. Ro. in l. admo nendi. ff. de iure iur. quem ſequitur Nico. de Vbaldis in tracta. de ſucceſ ab inteſt. col. 3. facit. c. ſi genus anglorum. lvj. diſt. quia eſt infamis inf mia facti, ut dicit Azo. C. de infamibus. in ſumma. circa principium. qu doctores ubique ſequuntur. Et dicit Alex. in conſi. xxv. circa primum. l j. ꝙ licet accuſatus non obijceret contra teſtes crimina, & alias inhabi tates, iudex tamen ex officio pt ſe informare de conditione teſtis prod cti, an ſit idoneus uel non ad finem inualidandi fidem illius. Bart. in l. 3 §. hoc iudiciũ. ff. de dã. inf. idẽ Inn. in c. intimauit. c. inquiſitionibus. de a cuſ. ut tradit Alex. in d. §. hoc iudiciũ. col. 4. uerſ. item in q̃tum, quod i hoc caſu faciendũ eſt, quia ſunt plures teſtes illã qualitatem nõ habẽte

6 SECVNDVM † quod requiritur eſt, ut dicti teſtes ſint conte ſtuales ſiue conteſtes, & non ſingulares, ex quo agitur de probandis acti bus particularibus, & indiuiduis, ut eſt in propoſito, nã agitur de proba tione aliquarum concluſionum, quæ hæreticæ aſſeruntur, ut patet in ac cuſatione criminali data contra quendam accuſatum. Nam licet dicatu ab aliquibus doctoribus ſcribentibus, ꝙ teſtes ſingulares ſufficiant qu do agitur de probanda apoſtaſia, ſeu aliquem tranſiiſſe, ſeu redijſſe ad r tus iudæorum, ut puta quia unus teſtis dicit de obſeruantia ſabbati, alte de cultu paſchatis, & ſic ageretur de probando aliquem hæreticũ in ge nere, ut quia unus teſtis dicit, ꝙ audiuit dici a Titio, ꝙ Deus non eſt Tr nus & unus, alter ꝙ uerbũ diuinũ nõ eſt incarnatũ, Tertius ꝙ nõ eſt futu ra uniuerſalis reſurrectio. &c. put de hoc fuit originale dictũ Iac. But. in l. Arriani. C. de hæret. de cuius dicti ueritate fuit maxima altercatio inte Doctores antiquos & moder. put late ego examinaui in d. 16. q. Tñ vb cũq; agitur de pbãdis actibus particularibus nõ ſufficiũt teſtes ſingula res, ut dicit Saly. ī l. teſtiũ. col. 3. uer. ego teneo. C. de teſti. qa uerũ eſt di cere nullũ actũ eſſe plene probatũ, qa nulla propoſitio, ſaltẽ q hæretica ſit, eſt plene pbata, & hoc firmat Bal. in c. cũ oẽs. de conſti. col. v. uer. q rit collectarius, & Hoſt. in ſumma de teſte. §. diuerſitates. dicit, ꝙ ſi unus

de

de una re, alter de altera dicit, ꝙ non ualet illorum teſtimonium, quia in ſuis dictis ſingulares ſunt.

7 Nam † ſingularitas eſt ubicunque teſtes non ad eundem finem concurrunt, ut dicit Bald. in conſi. cclxx. ad euidentiam præmittendum. li. j. & facit ad hoc. l. qui ſententiam. C. de pœnis, & ideo dicitur ſingularitas teſtium, quando in rebus teſtificatis diſcrepant, ut quod unus ſcit de ſe, neſcit de altero, ut dicit Bald. in conſi. 39. proponitur. lib. 3. inde etiã dicebat Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de edendo, ꝙ ſi maleficium eſſet probandum per medium indiciorum & præſumptionum, ꝙ non ſufficit, ſi unus teſtis deponat de una præſumptione, & alter de alia, ſed quælibet præſumptio debet probari per duos teſtes. de quo meminit Franc. de Aret. in c. licet ex quadam. col. 6. de teſti. & Ioan. And. in c. ut officium. de hæret. li. 6. eæ enim probationes ſunt imperfectæ, & ideo non coniunguntur ad faciendam unam plenam probationem, ut dicit Bald. in d. §. j. ſequitur Alex. in conſi. 143. incip. quoniam abunde. col. 2. li. 2.

8 Inde eſt † ꝙ fama cum unico teſte in criminalibus non probaret, ut dicit glo. in uerbo illorum. in ca. ueniens, primo. de teſtibus, quam facit ibi Ioan. de Imo. ſingularem, & in l. intereſſe. §. idem in uno. ff. de acqui. poſſe. & illud dictum Bal. ſequitur glo. in legibus Caſtelæ, in foro regali. fol. 42. in tit. de proba. & latius traditur per Bart. & moder. in l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæſtio.

9 Et propterea † Fely. in d. c. licet. col. v. uerſi. & pro concordia dici poſſet. dicit, ꝙ ubicunque tractatur de probando aliquem hæreticum in genere, teſtes ſingulares ſufficiunt, ſecus ſi tractatur de probanda ſpecie hæreſis, quia tunc teſtes ſingulares non probant, allegat ad hoc Bal. in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſtibus, & alibi dicit Bal. in l. actor. col. 2. uerſi. quare negatiua. C. de probatio. ꝙ ad probandam hæreſim ſufficiunt teſtes ſingulares, Sed tamen teſtes ſingulares non probant, quod ſpecifice probandum eſt, & forſan illa eſt ratio, quia ex pluribus diuerſis nunquam reſultat unum integrale, ut dicit Bal. in l. j. C. qui mune. tute. & Ioan. de Ana. in c. j. in fin. de hæreticis.

10 Vnde † ſi quis accuſatur dixiſſe hanc propoſitionẽ hæreticã, ꝙ uerbũ diuinũ non fuit incarnatũ, de quo ſit unus teſtis, & alter teſtis dicat, ꝙ accuſatus dicat in alio loco, ꝙ Deus nõ eſt Trinus & unus, & tertius teſtis dicat audiuiſſe, ꝙ mater Chriſti non fuit uirgo poſt partum, ꝙ ꝑ dictos teſtes non probatur accuſatum dixiſſe propoſitiones hæreticas, quia quælibet probatio eſt imperfecta, & non faciunt nec poſſunt facere unã probationem integralem, nec probabitur illũ prædicatorem hæreticũ, per dictũ Bal. in d. l. ſi quis. §. j. maxime quia nõ eſt actũ de hoc, ꝙ ille eẽt

hæreticus,ſed ꝙ dixit propoſitiones hæreticas,quia quilibet teſtis eſt ſo lus in qualibet propoſitione,& unus teſtis non probat.c.bonæ. de elect. c.cum dilecti,ad fi.de accuſa.c.licet cauſam.de probat. Bal.in d.l.ob car men.§.fi.& per hoc eſt optimus tex.in l.eum qui ædes.ff.de uſucapio,ubi de ſingularibus ad totum non procedit argumentum. l. ſolum. ff.de rei uendica.

11 Et dicit † ſingulariter Bal.in rub.de controuerſ.inueſtituræ.ꝙ ſi duo eſſent teſtes non conferentes in unum rei finem, qui eos produxit, non dicitur aliquem teſtem habere, & propter uarietatem teſtimonij nulla fides adhiberetur.dicto capitulo.licet cauſam. de teſtibus,& idem dicit Bal.& egregie in auth.rogati.uerſi.quæro pone.C.de teſti.

12 Si uero † una propoſitio ex pdictis q̃ eſſet hæretica,puta ꝙ curſus cæleſtes neceſſitant hominum uolũtates, eſſet audita a duobus teſtibus ido neis in diuerſis locis,uidelicet unus audiuit illam propoſitionem a quodam Valentiæ, alter Barchinonæ, tunc etiam ꝙ ageretur de una ſpecie hæreſis probanda, dicta ſpecies hæreſis cenſetur probata per dictos teſtes ſingulares in prædicamento loci,eo quia in dicto caſu locus non plu rificat delictum.i.hæreſim ſæpius firmatam,recenſitam, & continuatã, ut dicit Saly.in l.teſtium,col.pe. uerſi.ſecus ſi ambo. C.de teſtibus,ratio poteſt eſſe ultra eum, quia crimen hæreſis habet cauſam continuam ſeu ſucceſſiuam,ut tangit Bar.in l.inficiando.§.infans.ff.de fur. Bal. in l.non ĩgnorabit. C.ad exhiben. & quando agitur de præſumendo ex præterito ad præſens in actu ſucceſſiuo, & unus teſtis dicit de primo tempore, qđ iungi poteſt cum tempore,de quo deponit alius teſtis, non uidetur quan tum ad iuris intellectum hos teſtes eſſe ſingulares ad rem probandam, licet ſint ſingulares in modo probandi.c.cauſam, de teſtibus, ut dicit Bal. in conſ.xc.incip.principis cura.lib.3.& in effectu hoc dicit Fely.in c.licet ex quadam.col.4.uerſi.ſecundo licet.de teſtibus.

13 NEC † OBSTAT ſi dicatur, ꝙ licet hæreſes ſint diuerſarũ facierum,caudas tamen habent colligatas de uanitate conuenientes,ut ha betur in utroque c. excommunicamus.in prin.de hæreti.& gl. alibi dicit ꝙ hæreſes ſunt connexæ.in c.accuſatus.§.cum uero,de hæret.li.6.quam moderni dicunt ſingularem in l.ſi de certa.C.de tranſactio, & ſic uidetur ꝙ committens unam hæreſim, uidetur omnes committere, & ſic dicens unam propoſitionem hæreticam in uno loco, & dicens aliam in alio loco dicitur hæreſim continuare propter illarum connexitatem. Sed ad hoc facilis eſt ſolutio,quia utrunque c.excommunicamus allegatum,nõ dicit ꝙ committens unam hæreſim omnes committat, Sed quod reſpectu excommunicationis, quam hæretici incurrunt, ſufficit quòd

hære-

hæreticus ſit,quamuis nomẽ hæreſis non ſit expreſſum in illo canone, in quo excommunicatio fulminatur contra hæreticos, quia omnes ſunt hæretici quibuſcunque nominibus cenſeantur. Inſuper dictum cap. excommunicamus loquitur reſpectu deceptionis, quam hæretici alijs ingerunt, nam omnes hæreſes ad illum finem tendunt, ut dicit glo. in d. c. excommunicamus. in uerbo, conueniunt, nam uanitas & ſuperbia ſunt eorum fundamenta. c. hęreticus. 24. q. 3. ea propter dicebat Aug. omnes hæreſes una mater genuit ſuperbia.

14 Sed † quo ad credulitatem de qua nos loquimur, an dicatur hæreſis continuata, ut ſi in unam hæreſim quis conſenſerit, uideatur in omnes cõſentire, hoc non procedit, patet, quia quis poſſet credere articulis de incarnatione, paſſione, & alijs, & negare reſurrectionem uniuerſalem mortuorum, & eſſet hæreticus proprie, nam alias ſequeretur quòd apoſtata & hæreticus non diſtinguerentur, quod falſum eſt, nam apoſtata eſt qui in totum diſcedit a fide Chriſti, puta tranſiens, uel rediens ad ritus iudæorum, aut paganornm. in ca. contra chriſtianos, de hæreti. lib. 6. hæreticus uero eſt qui in aliquibus articulis credit, in alijs diſcredit, prout omnes doctores ſic diffiniunt, & probatur in l. 2. ibi, læui articulo. C. de hæret. & in rubr. C. de apoſtatis, & Inn. in c. j. de apoſtatis, late tradit. facit gl. in c. defleat. de reg. iur.

15 Nec † obſtat gl. in d. §. cum uero, quia relata ad tex. loquitur in eo qui certam hæreſim abiurauit, & poſtea relabitur, quia ſiue ſit illa ſpecies hæreſis abiurata, ſiue alia, in quam reincidat, relapſus iudicatur, quia in hęreſim dicitur reincidere ut pœna relapſorum puniatur, ut in d. §. cum uero, & c. ſuper eo. de hæreti. lib. 6. c. ad abolendam. §. illos quoque, de hæreti. Præterea dicta iura loquuntur quando conſtabat de uno uero lapſu in hæreſim, merito incidens in uerum uel in præſumptionẽ hæreſis a iure inductam relapſus iudicatur, ut in §. ille quoque. d. c. accuſatus, de hær. li. 6. ſed in caſu propoſito de aliquo lapſu non conſtat, merito hæreſis non cenſetur continuata per prædicationẽ diuerſarum propoſitionum, quia quod non eſt ceptum continuatum dici non poteſt. l. ubi ceptum. ff. de iudi. Ex quibus patet ꝙ teſtes ſingulares in propoſito coniungi non poſſunt ad faciendam unam integram probationem.

16 TERTIUM † Requiſitum eſt, ut teſtes recepti in generali inquiſitione facta contra hęreticos reproducantur ſiue repetantur idest iterum examinentur in ſpeciali inquiſitione contra accuſatum ſeu inquiſitum, poſt ipſius reſponſionem iudicialiter factam ſuæ inquiſitioni, ſeu accuſationi, ut eſt theorica Bartol. in leg. final. in fin. ff. de quæſtio. cum quo concordat Abba. in capitul. ſecundo. de teſtib. pro-

batur in l. ſi quis adulterium. in princip. ff. de adulteri. idem dicit Bartol. in l. maritus. colum. iij. ff. de quæſtio. & Angel. de Peruſio in leg. ſi uacantia. colum. x. uerſicu. inuentis autem malefactoribus. C. de bonis uacan. libr. x. inquit, quòd teſtes examinati in prima inquiſitione, examinari debent in ſecunda quia alias reus non poſſet ex primis atteſtationibus condemnari, cum teſtes depoſuerint ipſo non citato, & teſtimonium illorum eſt nullum in eius præiudicium. lege. ſi quando. C. de teſtibus. capitu. ſecundo. eodem titul. idem concludit Innocen. in capitu. bonæ memoriæ Maguntino. colum. 2. de election. quem ſequuntur ibi Anton. de Butr. Abbas, & Ioan. de Imol. & cum Innocen. tranſit Angel. in l. Diuus Adrianus. ff. de cuſto. reorum, pro quo facit textus. in cap. cum in tua, de teſtibus. & ibi Anton. de Butr. ubi probatur quòd teſtes recepti in ſummario iudicio non faciunt fidem in plenario, niſi repetantur & reproducantur, de quo text. latius infra loquitur, immo dicit Abba. colum. ſecunda. uerſicul. ſed eſt dubium, quòd uox illorum teſtium eſt nulla in plenario iudicio, & ibi reſpondet ad l. fina. C. de teſtib. & dicit Bald. in l. iubemus. colum. ſecunda. C. de probationib. quòd poſtquam iudex deſcendit ad inquiſitionem ſpecialem, citandus eſt reus, & iterato ſunt producenda teſtimonia, quia prima non continent formam iudicij, & huius theoricæ practicam ponit Salyc. in leg. final. uerſicu. quæro ultimo, C. de quæſtio. inquiens, quòd atteſtationes receptæ ſuper indicijs non nocent reo non citato, ut torqueri poſsit, per dict. l. ſi quando. Inde infert, quòd iudices cauti ante inquiſitionem recipiunt informationem, quam in ſcriptis redigunt, ne poſtea teſtes dicant contrarium, & informatione habita formant inquiſitionem, & ſi pœna ſit corporalis citari faciunt inquiſitum re, non uerbo, ne fugiat. l. nullus. C. de exhibe. reis, & poſtea faciunt ipſum reſpondere inquiſitioni, & ſi neget, iterato examinant teſtes, eo citato, & in iudicium ueniente, & poteſt ipſe, aut eius aduocatus interrogatoria facere. leg. ſi poſtulauerit. §. quæſtionem. ff. de adulterijs, & eæ atteſtationes, non primæ, præiudicant reo in totum ſi plene probant, uel quo ad torturam, ſi ſufficientia ſint indicia.

17 Et addit † Franciſ. Brunus in ſuo tracta. de indi. & tortu. colum. ſecunda. uerſicu. item quæro, quòd teſtes ad hoc ut faciant indicium contra reum debent examinari poſt litem conteſtatam ſuper ſpeciali inquiſitione, per d. l. ſi quis adulterium. & hanc practicam Saly. ſequitur ad literam Ang. de Aret. in tract. malefi. in uerbo, fama publica, uerſi. qualiter probetur indicium. Et alibi dicit Bal. in l. 3. §. ſi tibi decem. col. 2. uerſicu. ſed nunquid. ff. de condict. ob turpem. cauſ. ꝙ teſtes recepti ad ſim-

plicem

plicem informationem curiæ non probant, quia ſunt recepti lite non conteſtata,& alibi dicit Bal.in capitulo primo.§.iniuria.col.penul.uerſi. pone quòd inuenitur aliquis occiſus. De pace iuran.firman.quòd generalis inquiſitio non eſt indicium contra reum, cum non ſit fundata contra aliquem, & ideo ex teſtibus receptis ſuper illa non poteſt ſequi condemnatio,ſed requiritur quod ſubſequatur ſpecialis inquiſitio,& allegat Innocen.in dicto cap.bonæ,idem dicit Bal.in repe.l.edita actio. C. de edē. colum.8.uerſi.nono oppo.& dictam theoricam Bar. ſequitur Bald.in l. congruit.ff.de offi.præſi.in fi. Vnde elicitur concluſio,quod in criminalibus teſtes recepti in generali inquiſitione poſt datos articulos accuſationis,ſeu inquiſitionis, ſubſequtamque rei reſponſionem negatiuam, debent iterum examinari ſuper dictis per eos in generali inquiſitione, ut faciant fidem contra reum,uel ad torturam,ſi faciunt ſolum indicium, uel ad condemnationem,ſi plene probant,ut ex ſupra deductis colligitur.

18 Et † hoc iure utimur in negotio inquiſitionis contra hæreticos, hoc adiecto, ut dicti teſtes qui atteſtati ſunt in generali inquiſitione, iterum examinentur lectis eorum atteſtationibus in generali inquiſitione factis, coram duabus religioſis perſonis, nam hoc ſpeciale in crimine hæreſis,& ipſum tangentibus,ut eſt text.in ca.ut officium.§. uerum.qui eſt ad hoc ſingularis,de hæret.lib. ſexto. & ideo minime ſunt mutanda quæ interpretationem certam habuerunt.l.minime.& l.ſed ea.ff.de legibus.

19 Fateor † tamen quòd ſi de ſtilo curiæ eſſet, quòd teſtes recepti in generali inquiſitione facerent fidem in ſpeciali, ſeu particulari cōtra aliquem ſine noua reproductione ſeu examinatione,talis ſtilus eſſet ſeruandus.facit.l.ſi.C.de iniuriis,& ſcribit Alexan.in conſi. 65. habita ſuper contentis.colum.fina.libro primo.quod eſt repetitum in conſi.41.libro ſecundo. quia conſuetudo poteſt derogare quo ad hoc ſolennitati citationis. ut dicit Bald.in auth.ſiquis in aliquo.colum.ſi.uerſicul.primo.quæritur. C.de edendo.

20 NON † OBSTAT ſi dicatur dictam theoricam Bar.in d.l.ſi.in ſi. non habere locum in inquiſitione,ut uidetur in c. qualiter & quando. §. debet.de accuſatio,& per illum tex.ſic tenet Ant.de But.in c.2.col. 3.de teſti.& inquit Ioan.Andre.in d.§.debet poſt Hoſtien. in cauſa inquiſitionis non requiri reum citari ad uidēdum iurare teſtes, licet in practica dicat ſeruari ꝯrium. Ad hæc dico, ꝙ illud dictū Anto.de But.reprobat Abba.in c.2.colu.3.de proba.ſeu de teſti. inquiens non poſſe ſibi perſuadere,quin ēt in cā inquiſitionis requiratur citatio partis,quia iura non cōſtituūt dr̄iam inter cām inquiſitionis,& aliā cām.l.ſi qn̄.C.de teſti.maxime q̄ ſi in ciuilibus hoc ē ſtatutū,multo magis in criminalib.ubi agit̄ de

maiori

maiori p̃iudicio.l.in ſeruorũ.ff.de pęnis.ꝑ quo allegat Bar.in d.l.fi.& Inno.in d.c.bonæ,& ibi reſpondet ad.d.§.debet.ſuper quo fundatur dictũ Anto.de Butri.Et licet eius reſponſio ſit uera,plus tamen mihi placet ſolutio Franciſ.de Aret.quam dat ad.d §. debet.pro excuſatione dicti Ant. inquit enim,ꝙ d.§.intelligi debet in bono ſenſu,de teſtibus qui recipiuntur ſuper fama, itaque loquitur de teſtibus qui recipiuntur ſuper fama in quorum receptione non citatur aliquis,quia hæc receptio eſt ſuper generali inquiſitione,& ꝙ textus ille de talibus loquatur patet manifeſte,nã loquitur de teſtibus receptis ante formatam inquiſitionem ſpecialem,& ſic non de teſtibus ſuper crimine, quia ibi non præſupponitur præceſsiſſe inquiſitio generalis,reſtat ergo ꝙ fuerunt recepti ſuper fama, ut patet in tex.ibi,dum dicit, ne per ſuppres ſionem nominum infamandi &c. ex quo præſupponitur,ſuper quo dep onebant teſtes, & hæc ſolutio uidetur uerior, & ſic patet ꝙ etiam in cauſa ſpecialis inquiſitionis debent recipi teſtes citato reo,& ſic poſt negationem eorum quę continentur in inquiſitione,pro hoc facit tex.in l.Diuus.§.cum autem.ff.de offic.præſi. & ſic in caſu ſpecialis inquiſitionis non recipiuntur teſtes,niſi parte citata, ſecus in generali,ut puta ſuper fama,ut per Bal.in d.l.congruit.& in d.§. iniuria,idẽ cõcludit Lud. Ro.in ſingulari ſuo.ccclxiiij. fuit unus ex uobis. & Ioan.de Imo.in conſi. cxxxvij. uiſa inquiſitione, Albertus de Gan.in tracta. maleficiorum . in rubri.quomodo cognoſcatur de maleficijs per inquiſitionem.uerſic. ſed nunquid in introductione. Hyppo. de Marſiliis in l.j.in prin.colu.2.ff.de quæſtio.& in ſua practica criminali.§.nunc autem.col.13.Calde.in conſi.4.in tit.de accuſatio.incipien.fuit formatainquiſitio.

21 VLTERIVS † NON Obſtat ſi dicatur dictam theoricã Bart. in d.l.fi.non habere locum in cauſa hæreſis, quando nomina teſtium non traduntur inquiſito,ſeu accuſato in caſu.iuxta,c.fi.de hęreti.lib.6.prout hodie in ijs hyſpanis partibus generaliter &indiſtincte obſeruatur in proſequutione inquiſitionis contra hæreticos, ut nomina teſtium non tradãtur,forſan ex eo quia ſemper timetur periculum teſtibus, ſeu illud eis imminere creditur,ob multitudinem apoſtatarum ſeu hæreticorũ,qui ſunt in ijs partibus. Si ergo non reuelantur nomina teſtium, non eſt citandus reus ad uidendum illos iurare, quia per hoc haberet reus teſtium noticiã contra legis intentum,ut in indiuiduo tenet Abbas in d. c. 2. de teſtibus. col.4.uerſicu. excipio ego a dicta regula.& idem dicit gloſſ.in capitulo. quoniam frequenter,ut lite non conteſtata, ꝙ in cauſa hæreſis recipiuntur teſtes lite non conteſta.ſequitur Speculator tit.de teſte.§.nunc tractemus.uerſi.xj.unde dicebat Petr.de Ancha.in conſi.277.ex prædicta facti

narra-

narratione.col.4.quòd in delicto hæreſis, ſi ex publicatione teſtium poſſit periculũ imminere, pñt teſtes in occulto recipi, adhibitis quibuſdã uiris prouidis & honeſtis, & ualent atteſtationes, ac ſi parte citata recepti fuiſſent, ut eſt tex.in d.§.uerum, quod ipſe extendit ad crimen leſæ maieſtatis. pro quo facit glo.in l.Manicheos.C.de hæret.Alex.ad Bar.in l.fi.ff. ad.l.iuliam maieſta.Franciſ.de Aret.in l. pantonius.§.rei perduellionis. colu.j.ff.de acqui.hære. Ad hæc dico, ꝙ licet citatio uerbalis non ſit decernenda contra reum in crimine hæreſis, ad effectum uidendi iurare teſtes contra ipſum reproducendos, ſeu reexaminandos, cum illorum noti eiam ipſe habere non debeat, nec etiam litis conteſtatio ſit neceſſario exigenda, cum in hoc crimine poſsit procedi ſummarie & de plano, & abſque aduocatorum ac iudiciorum ſtrepitu & figura.c.fi.in prin.de hæret. lib.6.iuncta cle.ſæpe.de uerbo.ſign. prout etiam eſt in crimine læſæ maieſtatis, ut in extrauag.ad reprimendum. Tamen citatio perſonalis neceſſaria eſt illius contra quem inquiritur, præhabita aliquali informatione, ſeu indiciis præcedentibus.ut dicit Bal.in l.& ſi certus.ff.ad ſillania.

22 Poteſt † enim iudex in criminalibus incipere a captura. Ange.in l.item apud Labeonem.§.quæſtionem.ff.de iniuriis. Bal.in l.2. C.de iis qui latro.& melius Saly.in l.nullus.C.de exhibẽn.reis, ſecus autem in ciuilibus cauſis, ut ſcribit Alex.in conſi.17.requiſitus in cauſa. lib.primo.Hyppo. de Marſil. in ſingulari ſuo. 193. incipien. iudex ſine indiciis, Angel.in §. ſcientes.in auth.ut iudi.ſine quoquo ſuffra.colla.ij.

23 Et poſt illam † realem citationem idest capturam debent neceſſario tradi ipſi reo ſeu legi capitula accuſationis ſeu inquiſitionis, in qua continetur crimen de quo inquiritur ſeu accuſatur, ut in d.ca.qualiter.§.debet.de accuſa.& Specu.in tit.de inquiſitione.§.uiſo igitur, uerſicu.debet autem, & quamuis non ſit in modum libelli, eſt tamen qualis qualis petitio, quæ requiritur in huiuſmodi cauſis, quæ poſſunt ſummarie tractari, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ut in d.cle.ſæpe.§.uerum. & Bart.in extrauag.ad reprimendum. dicit hoc eſſe de iure naturali, quòd agens intentionem ſuam proponat, nam coram Salomone mulier dixit, filius meus uiuit, & filius huius mulieris mortuus eſt.capitulo.afferte, de præſump. ut inde iuxta petitionis formã poſsit ſententia formari.l.ut fundus. ff. communi diuidundo. capitulo. licet Hely. de ſimonia.ſcribit Soc.in conſil.86.uiſo proceſſu.colũ.j. libr.j. & tenori huius accuſationis ſeu inquiſitionis debet inquiſitus reſpondere, negando uel confitendo cum iuramento, ſecundum aliquos, uel ſine iuramento, prout late ad utrãque partem ſcribit Hyppo.de Marſi. in ſua practica criminali. §. poſtq̃. in prin.& l.pe.ff.de quæſtio.& habetur in capitulo.cum dilecti.de accu-

ſa.&

ſa.& Specula.in tit.de inquiſitione.§.uiſo igitur.uerſi.inquiſitores.
24 Et hæc † reſponſio quæ exigitur per iudicem ab accuſato fundatur in iure naturali, cum Deus dixerit Caim, ubi eſt frater tuus Abel? Geneſ.4. & Adam peccantem uocauit Deus, ubi es? Gene.3. unde cum hæc obſeruantia ſit iuris naturalis, & ſic non poſitiui, non cenſetur eſſe ſublatum hoc ius per illud uerbum, & ſine figura iudicij, quia illa reſponſio eſt uelut defenſio, quæ tolli non poteſt. clementin. paſtoralis. de re iudica. & Barto. in dicta. extrauagan. in uerbo, & figura, columna ſecunda. Lanfranc. poſt Cardina. in clement. ſæpe. in uerbo, ſine figura. de uerborum ſignificatio. ſic igitur hæc reſponſio, quàmuis non fiat formaliter, ut litem reus conteſtetur, æquiualet tamen litis conteſtationi in ijs cauſis ſummarijs, quia, ut dicit Barto. in dicta extrauagant. articuli qui dantur in hoc iudicio habent uim litis conteſtatæ, præmaxime quia quandò eſt datus promotor in inquiſitione aſſumens telam inquiſitionis cum eo eſt lis conteſtanda. ut dicit Hoſtien. in capitu. cum clamor. de teſtibus. & ſi nullus eſſet promotor inquiſitionis, ſed iudex ex officio procederet, fit quædam litis conteſtatio, quæ eſſet inter famam & reſponſionem factam, traditis capitulis inquiſitionis. iuxta capitu. qualiter & quando. §. debet. de accuſatio. ut late proſequitur Specula. in titu. de inquiſitione. §. uiſo igitur. uerſiculo. ſi autem inquiritur, quem ſequitur Abbas in capitu. quoniam frequenter. §. ſunt & alij, ut lite non conteſtata. columna prima. idem dicit Abbas in capitu. ueritatis. colu.2. de dolo & contuma. pro quibus facit capitulum. cum dilectus. de purgatione canonica. ubi Abbas in quarto notabili, & Anto. de Butrio. in dicto. §. ſunt & alij, ita concludit.

25 Accedit † quod inquit gloſ. in uerbo, ciuiliter in dicto capitulo. quoniam. in principio, quam omnes doctores ſequuntur, quòd nunquàm in criminalibus recipiuntur teſtes lite non conteſtata, quia ibi probationes debent eſſe ſtrictiſſimæ. capitu. Epiphanium. quinta quæſtione ſexta. & l.fin.C. de probatio. præſertim in hoc crimine, in quo omnia genera pœnarum concurrunt, ut dicit Oldrad. in conſilio. ccx. regularis habet traditio, uel aliquid loco conteſtationis, ut eſt per reſponſionem accuſati, ſeu inquiſiti ad capitula inquiſitionis. ut in dicto. §. debet, & eſt ratio, quia teſtes debent recipi in iudicio, ſed ante litem conteſtatam non eſt iudicium, ut notatur in §. omnem ergo. in authen. de litigio. collatio. 8. cum litis conteſtatio ſit caput & fundamentũ iudicij, ſi reciperentur teſtes lite non conteſtata, procederetur ſine capite & fundamento. capitu. cum Paulus. prima quæſtione prima, ut dicit Andre. Siculus. in dicto capitu. quoniam frequenter. in principio. ut lite non conteſtata. remittens ad ſcri-

pta

ipta per eum in capitulo primo.de litis conteſta.vbi dicit Bald. quòd litis conteſtatio eſt lapis angularis iudicij,& illius fundamentum.per dictũ.§. omnem.præmaxime prædicta facilius procederent,ſi teneremus quòd inquiſitio eſt remedium ordinarium de iure canonico,vt dicit Bald. in capitulo primo.colum.2.verſiculo,quæro utrum inquiſitio.de offi.ordi.idem Bald.in capitu.ſuper literis.de reſcriptis.& in l.ea quidem.C. de accuſa. & Abbas in rubric.de iudiciis, vbi Andre. Sicu.& Deci.late hoc examinant.

26 Nec † obſtaret dict.clemen.ſæpe.in princip.in verbo,litis conteſtationem non poſtulet, quia forſan dicta clemen. loquitur in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, prout in dict. cap. quoniam frequenter, vel loquitur de litis conteſtatione proprie ſumpta, inquantum eſt inter actorem & reum,vt deſcribitur in diffinitione litis conteſtationis in capitulo primo.de litis cõteſta.& ſignãter per Maria.Soc.nos vero loquimur in conteſtatione quæ fit per exhibitionem capitulorum inquiſitionis, & reſponſionem inquiſiti,vt in dict.§.debet.& ad hoc alludit Barto. in dicta extrauaganti,dicens,quòd articuli qui dantur in iudicio illo leſæ maieſtatis,in quo proceditur ſummarie,& de plano,& ſine figura iudicij,habent vim litis conteſtatæ,vt ſupra proxime dixi, quinimo ex quo promotor vult ſuam intentionem probare ex confeſsione inquiſiti, exhibendo illi capitula inquiſitionis, neceſſariò inquiſitus debet illis reſpondere, & fiet litis conteſtatio,etiam quando proceditur de plano & ſine figura iudicij,vt dicit Archidiaco.in capitulo.indemnitatibus. columna tertia. in verbo, & figura, de electio. libro ſexto. poteſt etiam iudex ſi vult partes accuſatoris aſſumere,& illius partes ſuſtinere, abſente tamen accuſatore, & tunc ex interrogatione iudicis & reſponſione partis videtur facta litis conteſtatio,non refert interroget iudex vel pars.gl.in c.prout.de dolo & contu.tradit Bar.in l.is qui reus,col.v.verſi.ſed quæro. ff. de publi. iudiciis.

27 Et quàmuis † inquiſitor captum vt de hæreſi ſuſpectum moneat bina monitione, ut inquiſitus redeat ad cor, & græmium ſanctæ Eccleſiæ, crimina hæreſis quæ commiſit confitendo, iuxta dictum Pau. ad Titum tertio. hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & deliquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus, ut habetur in capitulo. quæ dignior. uigeſimaquarta quæſtione prima. & ad illius pertinaciam conuincendam addi ſoleat tertia monitio. capitulo. adminiſtratores.uigeſimaquarta quæſtione quinta. eæ tamen monitiones,ſubſequuta reſponſione rei negatiua,non inducunt litis conteſtationem,

tionem, nec uim illius habere poſſunt, tum quia hæc reſponſio inquiſiti ad monitiones iudicis fit ſine iuramento, & tamen reſponſio inquiſiti ad inquiſitionem debet eſſe iurata ſecundum aliquos, ut ſupra dixi, & hoc iure utimur, tum etiam quia eæ monitiones ſunt generales, non continentes crimina hæreſis in indiuiduo, & tamen capitula inquiſitionis quæ traduntur inquiſito & ad quæ tenetur ipſe reſpondere debent continere in indiuiduo crimina de quibus inquiritur, ut eſt infamia, debentque eſſe cõformia atteſtationibus teſtium receptorum in generali inquiſitione, ne ſequatur ineptitudo, cogaturque inquiſitus uagari in incerto, maxime, quia dicta teſtium ſunt ei poſtea tradenda, hæc probantur in d.ca.qualiter & quando.ij.§.debet.de accuſatio.& ſcribit Spec.in tit. de inquiſitione.§.uiſo igitur.uerſi.debet autem.

28 Item † cum in hac inquiſitione contra hæreticos & apoſtatas procedatur mediante promotore ad hoc ſpecialiter deputato, cum ipſo promouente inquiſitionem lis eſt conteſtanda.d.c. cum dilectus. de purgatione canoni. ſecus ſi ex officio procederet inquiſitor, quia cum ibi non ſit, cum quo litem conteſtetur inquiſitus, fiet litis quaſi conteſtatio inter infamiam quæ tenet locum accuſatoris, & ipſum inquiſitum, ut dixit & ſcribit Abbas in d.c.qualiter & quando.col.4.

29 Inde † ſequitur, quod monitiones iudicis cum reſponſione inquiſiti non inducunt uim litis conteſtatæ, ut poſt reſponſionem rei poſſint teſtes reproduci, ſiue reexaminari, tanquàm lite iam conteſtata, iuxta theoricam Barto.in d.l.fi.cum aliis. requiritur igitur exhibitio capitulorum inquiſitionis pro parte promotoris, & ex parte inquiſiti reſponſio, & ſic fiat litis conteſtatio, ut inde ſequatur dicta reproductio, ſeu reexaminatio teſtium in forma iuris in cauſa hæreſis coram religioſis perſonis, iuxta dictum.§. uerum. nec illæ monitiones ſunt de neceſſitate in negotio inquiſitionis, ſed in caſu denuntiationis, ut dicit Specul. in titul. de inquiſitione.§.j.uerſi.ſed nunquid.glo.& Fran.de Areti.in d.c.qualiter. & quando. in prin.

30 Nec † prædictus modus procedendi ut de ſubſtantialibus cauſæ alteratur àb illa facultate a iure data inquiſitoribus hæreticæ prauitatis procedendi ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij. ut in cap. fina. de hæreti.libro ſexto.iuncta clemen.ſæpe.de uerbor.ſignificatio.& in dicta extrauaganti ad reprimendum. tum quia inquiſitores ad hoc non aſtringuntur, ſed illa uti poſſunt ſi uolunt, ut patet in dict.cap.fina.in uerbo, procedi poſſit ſimpliciter, & ibi hoc notat Domi.dicens, nota quòd inquiſitores non arctantur in negocio inquiſitionis procedere ſummarie, ſed relinquitur eorum poteſtati, ut dicit clemen.diſpendioſam.de iudiciis.

diciis.iuncta.l.ſæpe.& quæ ibi nota.ff.de officio. præſidis &l. non quicquid. ff, de iudiciis, tum etiam quia fundatur in iure naturali, ut dixi.

31 Et † per clauſulam, ſummarie & de plano & ſine figura iudicij.cenſentur ſolum ſublata quæ ſunt introducta de iure poſitiuo, non autē quę ſunt de iure naturali.ut probatur in dicta clemen.ſæpe.& Soc.in conſilio. 24. uiſis & diligenter.colum.penulti.libro primo. & ſatis hoc ſentit Innocen. in capitu.olim.de accuſatio.colum.fina.& in j.colum.dicit, quòd ſemper in inquiſitionibus ſeruetur forma dicti. §.debet,& quæ ſunt de iure poſitiuo ſunt acta iudicij & non acta cauſæ, prout ſunt in propoſito, ut ſingulariter ſcribit Archidiaco.in dict.capitu.indemnitatibus.in uerbo ; & figura, ſic ergo licet ſit ſublatum in cauſis hæreticalibus ut reo non tradantur nomina teſtium indiſtincte non ſeruata diſpoſitione dicti. §. debet, nec illa quæ ſcribitur in dict.capitu.fin.§.j.de hæreti.libro ſexto. ex cauſa periculi teſtibus imminentis, ut dixi, non tamen ex hoc cenſetur eſſe ſublatum, ut teſtes non reproducantur ſeu reexaminentur poſt exhibita inquiſito capitula inquiſitionis & reſponſionem ab ipſo datam, iuxta theoricam Barto.in dict.l.fin.in fi.quam ut dixi omnes ſequuntur.ut per Saly. in dict.l.fina. C.de quæſtio. cum aliis quæ tradit Ange. de Aret. in ſuo tracta. de maleficiis.in uerbo. fama publica. & Bonifacius idem dicit in tracta.de accuſatio.& inquiſi.colum.8.& ita ſeruandum eſt, ut minus derogetur iuri communi inquantum fieri poteſt, & non lædatur ius commune in totum, ut in ſimili dicit Ant.de Butr. in cap.cum dilectus.colum. 4.de conſuetu.& etiam ne multiplicentur ex capite noſtro Spetialia circa idem negocium, ut ſcribit Saly.poſt gloſſ.in l.j.C.de dotis promiſ.& Bald.in l.conuenticulam.colum.4. uerſicu. item eſt argumentum. C. de Epiſcop.& cleri.Pau.de Caſtr.poſt Barto.in l.j.ff.ſolu.matrimo.Non obſtat glo.cum illo.dicto.Specu.in d.cap.quoniam frequenter.quia intelligitur quando proceditur contra hæreticum defunctum, ut in ca.ſane.ij. 24.q.2.& ita loquitur.d.glo.& Specu.ita intelligitur.& Mari.Soc. ſic cōcludit ubi ſup. in xli. falle. & per hoc innuitur ſecus eſſe in hæretico uiuo prout nos loquimur.

32 PRAEDICTAM † Concluſionem de iterum examinandis, ſeu repetendis, aut reproducendis teſtibus in ſpeciali inquiſitione qui recepti fuerunt in generali, arbitror non habere locum, quando inquiſitio ſpecialiter eſſet facta contra certam perſonam uel collegium, quia hæc inquiſitio uim habet accuſationis, ut dicit Barto.in l.2.§.ſi publico.colum. 4.uerſiculo.quæro utrum.ff.de adulteriis, ut ſi inquiratur contra monachos ſuper ſtatu Eccleſiæ, uel contra poteſtatem ſuper geſtis in officio, nam talis inquiſitio non eſt dicenda præparatoria, ſed ad finem ultionis,

ut

ut dicit Bald. in dicta.l. iubemus.uerſiculo. ſecunda.forma. C. de proba-tio.& alibi dicit Bald.in dicta. l. congruit,quòd ex generali inquiſitione non poteſt quis condemnari,niſi ſit formata contra certam perſonam.& rationem ponit Bald.in capitulo primo.§.iniuria.colum.penulti.uerſicu. pone.de pace iura. firman. colum. x. quòd ideo ex inquiſitione generali non poteſt ſequi condemnatio, quia non eſt fundata contra aliquem, & idcirco debet ſequi ſpecialis,vnde quando fit ſpecialis inquiſitio,non eſt aliud iudicium expetendum, poſtquàm ergo ex aliqua diſpoſitione peruenitur ad finem, de mediis per quæ alias perueniretur ad illum non eſt curandum.notant Abbas & moderni in capitu.quoniam contra falſam.in vlti.notabili.de probatio.Bald.in l.conuenticulam.colum.3.uerſic.item formatur.C.de epiſcop.& cleri.& pro hac limitatione adduco tex.in ca. ad petitionem.de accuſatio.per quæ notant Abbas.Ioan.de Ana. & Franciſ. de Aret.quòd quando inquiſitio eſt formata contra certum collegiũ, vel certum genus perſonarum,in effectu videtur formata contra quemlibet,& ideo repertus culpabilis ex priori tela iudicij venit puniendus,pro quo allegatur tex.in c.per inquiſitionem.de electio.capitulo ſecundo.de confeſſis,vnde concludit Abbas in dict.cap.ad petitionem.quòd in huiuſmodi inquiſitione poteſt procedi ad impoſitionem pœnæ,ex illis probationibus in illa receptis,nec eſt opus, ut illæ de nouo ſpecialiter repetantur, ſed ſatis eſt reum nominatim citare vt veniat ad opponẽdum ſi quid opponere uult,& hæc inquiſitio quæ fit contra certum genus perſonarũ eſt proprie illa quæ fit in uiſitatione audientiæ cancellariarum regnorum Hyſpaniæ,& teſtes recepti in hac generali inquiſitione exceſuum,ſpeciali uero quo ad perſonas non ſunt reproducendi,ſeu iterũ examinandi,ſed ex eorum atteſtationibus citato reo & defenſo poteſt procedi ad condemnationem, quia eſt facta contra certum genus perſonarum, prout eſt collegium monachorum & ſimilium,prout expreſſe tenet Bald.in repetitione Paduana.l.edita actio.colum. 8.uerſicu.nono oppo. C.de eden.

33 Quæ viſitatio †potius dici poſſet digeſtio officij, quia tunc officialis digerit,quod antea deglutiuit, vt dicit Bal.in conſil. 178. præſuppoſito ſtatuto.lib.j.

34 Si ergo †quando fit inquiſitio generalis contra certum genus perſonarum non fit reproductio teſtium, quia contra quemlibet videtur facta, multo minus fieri debet dicta reproductio, quando ſpecialiter eſt facta contra certam perſonam,vt in propoſito,nam ſi id de quo minus videtur ineſſe ineſt,& id quod magis.l.non debet cui quod plus.ff. de regu. iuris. Alberi.de Roſate in l.j.C.de negociis geſtis.auth.multo magis, C.de ſacroſan.eccleſi.ita arguit in indiuiduo Franciſ.de Areti.in dict.c. ad petitionem.

tionem.colum. 1.loquitur ergo theorica Barto.in d.l. fi. cum alijs aggregatis, quando inquiſitio eſſet generalis reſpectu criminum & perſonarum, uel reſpectu perſonarum tantum, licet reſpectu criminum eſſet ſpecialis, quo caſu recepti teſtes in generali inquiſitione non faciunt fidem, niſi iterum examinentur, ut dixi, & late Areti.in d.c.ad petitionem. col.j.Inno.in cap. per inquiſitionem. col. 1.de electio, faciunt quæ ſcribit Rapha. fulgo.in conſilio.7.uiſis compromiſſo.& ſic eſt caſus in quo recepti teſtes lite non conteſtata faciunt fidem, quando inquiritur contra certam perſonam, aut certum genus perſonarum, & iſte caſus eſt addendus ad alios plures quos ponunt glo. Abbas & alij, & Marianus Soc. in cap. quoniam frequenter. in principio, & in. §. ſunt & alij, ut lite non conteſta.

35 Adijcio † tamen, ꝙ ſi ſumus in crimine hæreſis, teſtes in hac generali inquiſitione criminum contra certam perſonam debent recipi in forma iuris coram duabus religioſis perſonis, iuxta dictum. §. uerum, quæ duę perſonę ſupplent defectum citationis, quæ alias decernitur contra inquiſitum ad uidendum iurare teſtes, ut in d.ca. 2.de teſtibus, & l. ſi quando.C.de teſtibus.

36 Nec eſt † dicendum ꝙ inquiſitio generalis quæ fit contra apoſtatas & hæreticos eſt ſpecialis contra certum genus perſonarum, quia huius contrarium apparet, cum potius ſit dicenda ſpecialis quo ad crimina & generaliſſima quo ad perſonas cuiuſcunque generis, & conditionis ſint, dummodo iis criminibus inuolutæ ſeu ſuſpectæ inueniantur. prout colligitur ex iis quæ ſcribit Barto. in l. 2. §. ſi publico. colum. 2. ff. de adulteriis, & Phili. Francus in cap. ne aliqui. de hære.lib. 6. nam illa eſt generaliſſima inquiſitio quando prælatus inquirit ſuper ſtatu totius prouinciæ, & generalis quando ſuper ſtatu ciuitatis uel caſtri, ut Abbas in cap. qualiter & quando. colum. 3. de accuſa. Ange. de Areti. in tracta. maleficiorum. in uerbo, hæc eſt quædam inquiſitio. Innocen.in cap. bonæ memoriæ Magunti.de electio. Angel. in repeti. l. ſi uacantia.C.de bonis uacan. libr. x. Saly. in l. ea quidem. §. quia propter. colum. 1.cum ſequenti. C.de accuſ. Bar. Bal. & alii in l.congruit.ff.de offi.præſidis, idem Bal.in l.iubemus.col.2.C.de probatio.

37 SED CIRCA † Præmiſſa dubitatur, an teſtis qui non fuit repetitus in tempore debito ſcilicet poſt exhibita capitula inquiſitionis & reſponſionem inquiſiti, & ſic in ſpeciali inquiſitione, quamuis forſan examinatus coram religioſis perſonis in generali inquiſitione.iux.d.§.uerum.faciat aliquã præſumptionem, uel indicium, & uidetur ꝙ faciat indicium, ut eſt gloſſ.in uerbo fratrum. in cap. cum olim il. j. de priuile-

giis. pro qua facit, quia informatio poteſt ſumi a teſte non iurato, ut notat gloſſ. in cap. 1. §. ſi duo, de pace tenenda. Alexan. in l. milites. C. de teſtamen. milita. ergo pariter parte non citata, ut notat Bald. in authen. hodie. in princip. C. de iura. calum. & ad hoc facit quod inquit Barto. in l. admonendi, colum. antepe. uerſi. quid ſi dicta teſtium. ff. de iur. iuran. ubi tenet, quòd dicta teſtium contra unum faciunt ſemiplenam probationem contra alium, dummodo examinari non poſſint, alias imputetur parti quare non facit illos examinari, & per hæc ſic concludit Dec. in d. cap. 2. de teſti. Veritas tamen eſt in contrarium, ꝙ teſtis receptus in generali inquiſitione, ſi non reexaminetur in ſpeciali, non facit aliquam probationem nec etiam indicium, etiam ſi eſſent mille teſtes, ex quo recepti ſunt parte non citata, nec intentato crimine contra dictum inquiſitum. l. ſi quando. C. de teſti. cap. certa. 3. quæ. 9. ut ſcribit Franciſ. de Aretio in conſi. clxv. ſicut Ioannes dicit. colum. 2. ut per Barto. in dict. l. ſi in fi. & in l. maritus. colum. 2. ff. de quæſtio. Ange. de Peru. in l. ſi uacantia. colum. 12. C. de bon. uacan. libr. x. & Bald. in dict. l. congruit, pro quo facit tex. in dict. cap. 2. in uerbo nullius momenti, de teſtibus, iuncta. l. is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dubijs, quem ad hoc ponderat Areti. ibi. colum. 1. dicens, quòd ſi teſtis eſt examinatus parte non citata, dictum illius nullum facit indicium, ut per Bart. in dict. l. maritus, & Alexan. in conſi. 41. habita ſuper contentis lib. 2. ſimile eſt in cap. ordinarij. in fin. de offic. ordina. libr. 6. ubi exponit Archi. momenti ideſt uigoris. l. cum ij. §. ſi in annos. ff. de tranſactio. l. 1. in fin. C. de communi ſeruo manumiſſo. Socy. in conſi. 253. in cauſa domini Ioannis.

38 Non obſtat † gloſſ. in dict. cap. cum olim, quæ non loquitur in indicio, ſed in præſumptione, in ea enim præſupponitur, ꝙ illi teſtes non fuerunt iurati, nec pars citata, & tamen dicit facere præſumptionem, ad quam dico, quia nos non loquimur an teſtes non iurati faciant præſumptionem, ſed an teſtes parte non citata examinati faciant indicium, cum indicium ſit minus quàm ſemiplena probatio, ut dicit gloſſ. in l. cum probatio. ff. de probatio. & ipſum indicium eſt plus quàm præſumptio hominis, quia præſumptio hominis eſt cognitio ex circunſtantijs reſultans. cap. ex ſtudijs, de præſumptio. & indicium eſt quoddam intellectuale ueritatis eliciendæ ex aliqua ſingulari circunſtantia. l. indicia. C. de rei uendica. ſcribit Ioan. Calde. in repetitione. cap. ueſtra. colum. v. de cohabi. clerico. & mulic. Bald. in rubric. de probatio. præſertim quando illud indicium ſumitur ab uno teſte deponente directe de crimine, ut dicit Bartol. in l. fina. colum. final. ff. de quæſtio. Bald. in l.

obſeruare. columm. 2. C. quorum appellat. non recipia, dummodo ipſe teſtis ſit probatæ uitæ, non ſuſpectus familiaritate, uel alia de cauſa. Bal. l. in cap. j. §. ſacramentum. colum. 2. de conſue. recti feudi, quòd autem ſit indicium pluſquam præſumptio probatur in l. 2. §. ætas. ff. de excuſat. tuto. in glo. de qua plura ſcripſi in præfato meo conſilio in cauſa Sereniſsimæ Reginæ Angliæ. carta. 28. uerſicu. octauo diſpenſatio. hæc quidem ſatis compræhendi poſſunt ex diffinitione præſumptionis quam deſcribit Specu. in titu. de præſumptio. colum. j. & ex diffinitione indicij quam ponit Bald. in l. non hoc. C. unde cognati. Vnde inferro, quòd non placet differentia quam dicit eſſe Bald. in d. §. ætas, inter indicium & præſumptionem, aſſerens indicium eſſe minus quàm præſumptio. adducens notata per gloſſ. in d. l. cum probatio, in qua nullum uerbum fit de præſumptione, ſed de ſemiplena probatione, quæ ipſa ſit maior indicio, ut proxime dixi, niſi intelligamus Bald. de præſumptione iuris. Sed pro nunc de differentia inter indicium & præſumptionem remitto me ad ea quæ ſcribunt Iacob. Butri. & Cy. late in l. ſiue poſſidetis. C. de probatio. Flo. in rubri. ff. de probatio. & per Bal. in rubri. C. de probatio. Abba. in cap. quanto. de præſumptio. & in ijs non me determino.

39 Præterea † gloſſ. in dict. cap. olim, loquitur in ciuilibus, nos uero in criminalibus, in quibus efficacior probatio requiritur, ut l. fina. C. de probatio, Inde dicimus quòd unus teſtis in ciuilibus facit ſemiplenam probationem, ut ſcribitur per glo. & omnes in l. in bonæ fidei. C. de iure iuran. & in cap. ex inſinuatione. de procura. cap. fina. de ſucce. ab inteſta. cap. fin. de iure iuran. Dominus Iaſon in repetitione. l. admonendi. colum. 73. uerſicu. uenio ad quartum. ff. de iure iuran. ſed in criminalibus facit ſolum indicium unus teſtis, non autem ſemiplenam probationem, niſi alia indicia concurrant, ut dicit Cyn. in l. fina. C. de quæſtio, & Alexand. in conſi. lxxxix. uiſo thematе. colum. 1. lib. 3. licet gloſſ. in l. ſi quis. C. ad l. Iuliam maieſ. ſentiat contrarium, de cuius ueritate tradunt ibi Cyn. Bald. & Saly. & Barto. in l. fina. C. fami. hærciſcun. & in l. maritus. ff. de quæſtio, & ſcribitur in d. l. in bonæ fidei, & per modernos in d. l. admonendi. & in l. j. §. idem Cornel. ff. de quæſtio, Ludo. Rom. in conſil. cccclj. quædam mulier, illa ergo præſumptio adiuuare poteſt partem habentem pro ſe alia adminicula, indicia, ſeu probationes, & ita proprie loquitur. dict. gloſſ. in dic. cap. cum olim, & gloſſ. in dict. §. ætas, & ſic loquitur Bald. in d. §. ſi duo, & Alex. in d. l. milites.

40 Nec facit † ad caſum quod inquit Bal. in dict. authen. hodie. quia

uerum eſt ꝙ ſi teſtis non debet iurare pars non eſt citanda ad uidendum illum iurare, puta quando teſtis debet declarare dictum ſuum, pro quo facit. l. hæredes palam. §. quid tamen. ff. de teſtamentis, ſed in propoſito teſtis iurare debet, & ſine iuramento non eſt ei credendum. l. iur. iuran. C. de teſtibus, ex quo pars non remittit illud. c. tuis, de teſtibus, & Alex. in d. l. milites, inſuper dictum Bal. eſt dubitabile, prout ſcribit Fely. in d. c. 2. col. v. uerſi. x. limito.

41 Nec † obſtat dictum Barto. in d. l. admonendi. nam licet approbetur ab Anto. de Butr. & Abba. in cap. fi. de iur. iuran. & ibi Ioan. de Imo. & idem Anto. de Butr. dicat in c. quamuis. de re iudica ubi Abba. relinquit arbitrio iudicis, tamen dictum Barto. non eſt ſine dubio. ut dicit Alex. de Imo. in l. ſæpe. colum. 35. ff. de re iudi. eo quia tertius contra quem teſtis non fuit productus non fuit citatus, ideo non debuit ſibi nocere, cum nullius momenti ſit. d. l. ſi quando, & d. c. 2. unde ſequitur, quòd nullum facit indicium, ut dicit Barto. in d. l. maritus. Secundo de hoc uidetur caſus clarus in ca. inter dilectos. §. porro, de fide inſtrumentorum, ubi habetur expreſſe quòd atteſtationes receptæ inter alias perſonas non nocent alijs, & ibi loquitur in facto antiquiſſimo, in quo non erat ueriſimile teſtes illos examinatos uiuere, qui non poſſent iterum produci, & ad hoc ponderat illum Abbas ibi, & in ca. cauſam quæ. colum. 2. de teſtibus, & quamuis illa ſit allegatio partis, eſt tamen iuridica, & ſecundum illam iudicat ibi Papa, & eam approbant ibi doctores, & eſt ratio, quia ad hoc non inducebantur illi teſtes, nec debet eſſe prior probatio quàm cauſæ inchoatio, ut dicit Abbas in capit. ueniens. colum. v. de teſtibus. Tertio, probatio ordinaria, & iuramentum æquiparantur. l. ſed ſi poſſeſſori. §. fina. uerſicu. perinde. ff. de iur. iurand. ſed iuramentum delatum non nocet alteri non deferenti. l. nam & poſtea. §. fina. ff. de iur. iuran. ergo nec probatio. Quarto pro hoc uidetur text. notabilis in cap. cum in tua. de teſtibus, & ibi Anto. de Butr. in 3. notabili, quòd teſtes recepti in iudicio ſummario etiam inter eaſdem perſonas, ſi non reproducantur in plenario, quia forſan mortui, non faciunt fidem in iudicio ordinario, ſecus ſi uiuerent, & iterum producerentur, ergo minus debent alijs nocere. ſcribit Ant. de But. in conſi. 36. uiſis punctis colum. j.

42 Inde † eſt quòd ſi atteſtatur teſtis in iudicio ſummario, & poſtea in plenario dixerit contrarium, ſtandum eſt huic ſecundo dicto contra producentem, ſecus ſi contra ipſum teſtem ad ſui dicti ſeu perſonæ reprobationem, vt dicit gloſſ. in capitu. ueniens. ſecundo. in uerbo, pars, de teſtibus, quam ibi ſequuntur Anto. de But.

& Areti. ſecus uero eſſet in confeſsione, quia facta in ſummario noceret in plenario, ut dicit Innocent. in capitu. cum dilecti, de ordi. cognitio.

43 Sexto † dicta theorica Bartol. fundatur in l. a ſententia. ff. de appella. quæ.l. non probat id ad quod allegatur, quia ibi non dicitur, quòd ſententia lata inter alios contra illos qui non fuerunt citati nec auditi faciat ſemiplenam probationem, Sed ſolum quòd permittitur appellare, quæ appellatio conceditur etiam pro modico præiudicio, immo intuitu ſolius humanitatis. l. non tantum. ff. de appellati. quod probatur in d.l.a ſententia, nam etiam ſi non appellaſſet ille cohæres, in nullo ſibi nocuiſſet illa ſententia lata contra alterum cohæredem ibi, quamuis ſine appellatione tutus eſt cohæres, licet adeſſet iuſta cauſa appellandi, prout ſubtiliter ſcribit Franciſ. de Areti. in cap. cauſam quæ. colum. 4. in fin. de teſt. vbi declarando Bart. in d.l. admonendi. concludit atteſtationes receptas inter alios non ſolum non facere probationem ſæmiplenam, ſed nec etiam quale quale præiudicium. l. Lucius. ff. de infami. ut expreſſe tenet Bal. in l. 2. col. 2. C. de edendo.

MIHI TAMEN DICENDVM aliter uidetur attenta authoritate Bartholi, quæ maxima eſt, & quanta ſit tam in ſcholis quàm negocijs forenſibus, nemo eſt qui neſciat, ut dicit Rapha. Fulgo. in conſi. clxxx. uiſo proceſſu. colum. 2. non tamen eſt maior authoritas Bartoli, quàm gloſæ ordinariæ, ut dicit idem Fulgo. in conſi. cxvij. Ioannes quondam. colum. 3. nam licet text. in dict. l. a ſententia inductus a Bar. non probet de ſemiplena probatione, probat tamen de quali quali præiudicio, ut ibi dicunt gloſſ. & Angel. Areti. poſt Alberi. de Roſate. idem dicit gloſſ. in d.l. Lucius, nec eſt tanti effectus ut aſcendat ad indicium pro tortura, ut non bene ſentit Barto. in dict. l. a ſententia, quia contrarium ipſe dicit in d.l. maritus, & in alijs locis ſuper ea deductis, Sed inducit animum iudicis ad aliquam ſuſpitionem quæ procedit ex aliquo læui indicio, ſeu argumento, & aliquando mouet animum iudicis, non tamen in totum remouet dubietatem, facit. l. in lege Aquilia, ſi deletum, ibi, ad ſuſpicionem iudicis. ff. ad l. acqui. & l. abſentem. ff. de pœnis, & hanc ſuſpitionem appellat primum modum probationis Bar. in dict. l. admonendi. colum. 4. & ſic reperio conſuluiſſe Franciſ. de Areti. in conſi. clxv. ſicut dicit Ioannes. colum. 2. concludentem teſtes receptos inter alios facere quo ad alios læuē præſumptionē, & ſic intelligit. dict. leg. a ſententia. ut eſt gloſſ. in lege. ſi duo patroni. in princip. & dict. l. quia non debet. ff. de iur. iuran. & gloſſ. in l. 2. C. quibus res iudi. non nocet.

44 Et hæc † læuis præſumptio,ſeu illud quale quale præiudicium prodeſſet ad multos effectus,primo ad inquirendum,ſicut dicimus de informatione recepta parte non citata ſuper fama,ut dicit Inno.in c.j.de po ſtu.prælat.ut in c.qualiter & quando.§.debet.de accuſati.ut refert Aret. in d.c.2.col.2.de teſtibus, ut eſt caſus ſingularis in l. de ſubmerſis, & ibi Bar.C.de naufragijs.lib.x.& l.Diuus.§.cum autem.ff.de offi.præſi.ſicut uidemus q ex teſtibus receptis in inquiſitione generali, qui recipiuntur parte non citata deuenitur ad inquiſitionem particularē,ut dicit Bartol. in l.2.§. ſi publico.colum.3.ff.de adulte.nec ad hoc obſtaret. dic. ca.2. in uerbo,nullius momenti, quia hæc uerba aliquando capiuntur pro par uo momento, ut in cap. paſtoralis. in princip. de offic. delega. Secundo prodeſſet ad coadiuuandam probationem ſeu teſtes alios, ut proprie loquitur gloſſ. in uerbo fratrum.in dict. cap. cum olim.primo, & Alex. in dict. l.milites, & ad hoc facit gloſſ. in dict.§.ſi duo.in uerbo teſtimonium. Tertio prodeſſet, quòd ubi eſt par, & æqualis probatio, præualet illa probatio, quæ habet illam qualem qualem præſumptionem adiunctam.cap. licet cauſam. de probationib. ut ſingulariter ſcribit Bald. in l.ſi duo patroni.in princip.ff.de iur. iurand. refert Fely.ca.cum dilecti. colum. penul. de accuſatio. prout plura cumulat Franciſ. de Curte Senior in conſil. lxxiiij. magnifice vir & excellens. col.3.nam hoc uerbum, quale quale,non importat dimidiam,ſed minus dimidia, lege apud Labeonem.§.prætor ait.ultimo.ff.de iniurijs.

45 Et quia † ſupra promiſcue loqutus ſum de præſumptione,& ſuſpicione,realiter tamen differunt,ut dicit Bald. in rubri.C. de probatio. & Specula.late in titu. de præſumptio. nam præſumptio euidentiora indicia exigit,quàm ſuſpicio,ut dicit Saly.in auth.ſi quis.C.de adulte.& ideo quis primo ſuſpicatur deinde præſumit, ut dicit Saly. in l. quamuis.colum.2. C.eod.titu. & Barto. plura ſcribit in d.l. admonendi,quæſt.2.& Alberi. de Roſat.in ſuo dictionario. in verbo, præſumptio, & in uerbo ſuſpicio.

46 Non ommitto † etiam modum cognoſcendi quando quis dicatur læuiter ſuſpectus, ſeu uehementer, aut uero uiolenter, nam ſi frequenter & facile contingit adeſſe, tunc grauis ſeu uehemens eſt ſuſpicio, & hæc ſuſpicio æquiparatur præſumptioni iuris, ſi uero hæc contingunt ſemper adeſſe, tunc uiolenta eſt ſuſpitio quæ equiparatur præſumptioni iuris & de iure,quæ procedunt ſiue agatur de probando hominis uero actu, ſiue de probando animo, quæ ſunt ex dictis & mente Bald. in l. non hoc.colum. fina. C.unde cogna. & poſſunt euidenter colligi ex ijs quæ dicit Barto.in l.admonendi.& applicando hæc ad noſtri libelli ma-

teriam

teriam, tunc dici poteſt quis ſuſpectus læuiter de hæreſi, quando hæc contingunt raro, ſeu contingenter, ut in aliquibus, & ille dicitur grauiter ſeu uehementer ſuſpectus de hæreſi, quando hæc contingunt frequenter ut in pluribus, ille uero dicitur uiolenter ſuſpectus, quando hæc contingunt ut in omnibus, uel ut ſemper, & talem dicimus uiolenter ſuſpectum, de quibus & eorum exemplis ſcribit late Ioan. de Gerſ. in 1. par. alpha. 14. in tract. de propoſitione circa materiam fidei. conſideratione 12. & late ego ſcripſi in ca. accuſatus, in princip. de hæreti. libr. 6. quæ nota tu inquiſitor, quia in tuo ſacro officio paſsim & quotidie contingunt, & uidi plures doctores tam iuris quàm theologiæ in conſiliis noſtris cæſpitaſſe, & in labyrintum erroris cecidiſſe, & me dicente in ueritatis ſemitam rediiſſe.

47 QVARTVM † Requiſitum eſt, ut teſtes in probatione dictarum propoſitionum atteſtentur per eadem uerba formalia, & non per diuerſa, quia de uerbis eſt quæſtio, ideo illa ſunt attendenda & ponderanda, ut dixi ſupra in prima propoſitione. facit lex. de iis. ff. de tranſactio. & ideo teſtes diuerſi in formalitate uerborum non probant, ut ſcribit Domini. de ſancto Gemi. in conſil. cxxx. in cauſa prioris. colum. 3. & ſic quando agitur de uerbis alicuius diſpoſitionis uerba ſunt conſideranda. cap. porro. & cap. accepimus. de priuilegijs, & quòd non uarient in uerbis, ut dicit Anto. de Butr. in cap. nihil. de uerborum ſignificatio. nec officium teſtis excedant de effectu uerborum iudicantes, ut in ſimili caſu conſuluit Oldrad. in conſil. ccx. regularis habet traditio.

48 QVINTVM † Et ultimum requiſitum eſt, quòd uerba propoſitionum de quibus reus accuſatur, non habeant duplicem ſenſum, catholicum ſcilicet & hæreticum, ſed ſolum ſenſum hæreticum, nam extantibus duobus ſenſibus propoſitionis, capiendus eſt ſenſus catholicus in fauorem rei, ut dixi ſupra in ſecundo dubio, nam non eſt quis cenſendus hæreticus ob uerba æquiuoca, quia ut dicebat Boetius, quod multipliciter intelligitur ueritas eius ignoratur, inde eſt, ꝙ lex multipliciter intellecta non poteſt allegari ad deciſionem cauſæ, ut dicit Barto. in l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis. cum aliis quæ tradunt moderni in l. nec quidquam. §. ubi decretum. ff. de officio. proconſulis. & legati. colum. prima. hinc eſt, quòd ſicut. l. uel canon habens uarios intellectus non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, ut dicit Barto. in dicta leg. in ambiguo. & Bald. in lege. ſecunda. colum. ſecunda. C. quando prouoca. non eſt neceſſe. cum aliis, ut tradit Iaſo. in l. captatorias. in fin. C. de teſtamen. ſic pariter dicendum eſt quòd propter ambiguam pro-

 poſitionem

poſitionem quis non debet damnari, quia ignorantia iuris obſcuri habentis uarios intellectus excuſat quemlibet, ut dicit Cardinal. in clementina. final. in quarta. quæſtio. de regula, ut per dictum Iaſo. in d. l. captatorias.

49 VEL † DATO Duplici ſenſu dictarum propoſitionum conſtare debet ante condemnationem quòd in ſenſu hæretico intellexerit illas, aut aliquam illarum, ut patet in hæreſi collitianorum & florianorum. de quibus habetur in cap. quidam autem hæretici. §. collitiani, cum ſequenti. §. xxiiij. quæſtio. 3. dicebant enim collitiani, Deum non facere mala, quæ uerba catholica ſunt intelligenda de malo culpæ. & ſunt hæretica intelligendo de malo pœnæ, & quia intelligebant in hoc ſenſu, ſunt de hæreſi damnati, alij uero Floriani dicebant econtra Deum creaſſe mala, intelligendo de malo pœnæ, eſt catholica propoſitio, ſed intelligendo de malo culpæ, eſt hæretica, & ideo etiam fuerunt damnati de hæreſi, prout ibi declarat Cardi. de Turre Crema. & ſic ſenſus docentis requirendus eſt, qui haberi non poteſt niſi per eius confeſſionem, quia ſic ſecreta cordis manifeſtantur. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. in gloſſ. ex qui. cauſ. Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcop. & cleric. pro quo facit. cap. cum contumacia. de hæretic. libr. ſexto. & perſcrutandum eſt prius, an ſit delictum hæreſis id de quo accuſantur antequam condemnentur, & in ijs clariores debent eſſe probationes. leg. fina. C. de probatio. quia in hoc crimine maius periculum uertitur quàm in alijs criminibus. ſcilicet, infamiæ, mortis, perditionis bonorum, ut dicit Oldrad. in conſil. ccx. incipient. regularis habet traditio.

50 Et hæc † de plano procedunt ad damnandum quem de hæreſi propter ambiguæ propoſitionis aſſertionem, nam conſtito quòd eius mens ſit catholica, & uerba patiantur ſenſum catholicum, non eſt cenſendus hæreticus, nam prout dixi, quod mitius eſt, hoc tenendum eſt, ne præſumamus delictum, ſecus ſi conſtaret de mente hæretica, damnandi ſunt tales aſſertores, & ita proprie loquitur tex. in dict. cap. quidam autem. §. collitiani, & §. Floriani. Sed ſi agatur de prohibenda propoſitione, ne de cætero aſſeratur, ſufficeret quòd ſit ambigua habens ſenſum catholicum, & hæreticum, & ſic eſt intelligendum, quod dicitur in libello errorum Pariſiis condemnatorum. cap. 2. quia non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt. 1. ad Theſſal. quinto, ne intrent hæreſes in Eccleſiam, nam ſerpunt ſicut cancer. 2. ad Thimo. 2. quia hæretici a principio dicunt quædam uera, & utilia, ſed cum audiuntur euomunt mortifera, hinc Eccleſi. 11. dicitur, a ſcintilla

una augetur ignis, & ab uno doloſo augetur ſanguis. Quid autem ſit ſi quis teneat ſenſum hæreticum propoſitionis ambiguæ, an ſit cenſendus hæreticus ſi non tueatur illum ſenſum, dic ut per Ocham in dialogo. parte prima. libro quarto. c. 19.

51 EX QVIBVS † Conſequenter patet, quòd illa uulgata deciſio. Rotæ. Dccclxxvj. incipien. accuſatus de hæreſi. quæ ſtatuit contra accuſatos de hæreſi & confiteri renuentes, ut tanquàm hæretici condemnentur, non habet locum ſemper, quia loquitur tribus concurrentibus, Primum eſt, quia ille accuſatus de quo in dicta deciſione, dixerat hæreticalia, & ſic conſtabat, quòd erant hæreticalia. & ſic uerba non erant dupli cis ſenſus. Secundum eſt, quia per teſtes idoneos conuincebatur, intelligendo idoneitatem, quia maiores omni exceptione, conteſtes, non ſingulares, de uerbis formalibus atteſtantes, & alia in eis concurrebant quæ de iure requiruntur, & dixi modo. Tertium, quia ille accuſatus aſſeruit ſe illa credere, & illa credenda aliis eſſe, quod iuri conſonat.

52 Nam non ſolum † teſtes debent deponere de uerbis hæreticalibus, ſed etiam de credulitate ipſorum, quia in credulitate hæreſis conſiſtit, ut dictum eſt, nam in uerbis hoc neceſſarium eſt, præſertim in prædicationibus ad populum, cum plerunque uerba proferunt prædicatores, aliorum uerba & opiniones referendo, aut diſputando, aut lapſu linguæ, aut alias, & ut poſſint de hæreſi conuinci oportet conſtare de eorum mente, ut in dicto. §. quid ſit latitare, item dicta deciſio ſe fundat quòd illud factum erat recens, de quo ſecundum communem curſum naturæ, non poteſt nec debet eſſe uериſimile quòd ſit accuſatus oblitus illa hæreticalia dixiſſe, credidiſſe, & dogmatizaſſe, ut ibi habetur. colu. fina. ſunt ergo uerba formalia dictæ deciſionis, quæ ſequuntur. per teſtes idoneos conuincitur & probatur ipſum hæreticalia multa dixiſſe, & aſſeruiſſe ſe credere & illa credenda aliis eſſe, hæc in prima columna. cui enim uerba non conueniunt, nec eius diſpoſitio. l. quarta. §. totiens. ff. de damno infecto. & ibi late per Alexand. colum. fina. in fin. l. quod conſtitutum. ff. de teſtamen. militari. cum ijs quæ tradit Decius in capitulo. nullus. in fin. de electio. Et par reſponſio datur ad. capitu. ad abolendam, & capitulum. excommunicamus. de hæreti. & ad alia iura contra negantes hæreſim (de qua accuſantur) quia loquuntur in uera & formata hæreſi, & prædictis requiſitis concurrentibus, facit quod de quodam credente illa quæ ſunt contra ſacram ſcripturam ſcribit Oldradus. in conſilio. ducenteſimo ſeptuageſimoprimo. incipiente. quæſtio talis eſt.

53 Si uero † eſſemus in facto hæretico, ut in tranſitu ſeu reditu ad ritum iudæorum ſeu paganorum, tunc ſufficeret accuſatum conuinci de illo facto, quàmuis non de credulitate, ad hoc ut hæreticus damnetur, ad hoc ſoleo allegare. cap. contra chriſtianos. de hæreti. lib. 6. ſecus tamen eſt in uerbis, ut dixi, quia plus eſt facto, quàm uerbo delinquere. capitulo, Dilecti filij, ubi Deci. de appellationib. & l. Paulus. ff. rem ratam haberi.

54 Nec † teſtimonium illorum recipiendum eſt, qui illud ſcriptum coram iudice tulerunt, ut dicit Ioannes de Imo. & Abbas in capit. de teſtibus, & ibi tradunt Andre. Siculus. & Fely. & Domi. in conſ. 132. in cauſa prioris. colum. 2. etiam ſi illud legerint coram iudice, ut dicit Saly. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. præſertim, quia factum non erat ita inuolutum & implicitum, quin memoria poſſet retineri ab ipſis teſtibus, ut dicamus ſcripturam fuiſſe neceſſariam, quo caſu forſan poſſet procedere qđ in contrariū ſentit Bald. in d. l. iuriſiurandi. ſunt enim ſuſpecti, graue enim eſt ab ijs inuidis & de inimicicia ſuſpectis iudicari, quare Chriſoſtomus uir ſanctus noluit intrare iudicium concilij in quo erant eius inimici & emuli. capit. quod ſuſpecti. 3. quæſtio. 5. facit. c. ueniens. de teſtibus. l. iuriſiuran. C. de teſtib.

55 Aduertendum † eſt inſuper, ꝙ ſi aſſertio hæreticarum propoſitionum facta dicitur publice in populoſa Ciuitate conueniente magna populi multitudine doctorum, & aliorum peritorum, debet probatio ſingularum propoſitionum fieri a pluribus teſtibus, quàm facta eſt. cum ex natura illius facti plures teſtes haberi potuiſſent, quo caſu minus integri non admittuntur, ſecus ſi ex natura rei plures non poſſent haberi. c. peruenit. ij. & c. fi. de teſtib. cogendis. & c. de cætero, de teſtib. Alexan. late tradit in conſi. 64. incipien. uiſo themate. lib. 4. & ego latius dixi in conſilio meo. 28. incipien. duo teſtes recenſiti. uerſi. Secundo non obſtat.

56 Maxime † circa prædicta eſt conſiderandum quando quis denuntiatur dixiſſe ſeu prædicaſſe verba hæreticalia ſeu ſapientia hæreſim, quæ ſuſpicio oriatur ex prædictis contra dicentes, an ſit læuis, probabilis, uel grauis, aut uehemens, cum in ijs iudex opinari poſſit, nam prout dicit Saly. in l. teſtium. colum. 4. uerſiculo. ego teneo. C. de teſtibus, licet hæreſis nō ſit probata plene nec ſemiplene per teſtes ſingulares, & ſic quòd non poſſit dici aut affirmari, illud ſic dixiſſe, opinari tamen poteſt iudex, quòd ita fuerit ut illi teſtes dicunt, arg. l. 3. §. eiuſdem. in fin. ff. de teſtibus, ex qua ſuſpitione & opinione, iunctis dictis teſtium, poteſt reſultare indiciū ad torquendum. l. fin. ubi tradit Barto. ff. de quæſtio. uel uehemens ſuſpicio ad indicendam purgationem canonicam, quæ propter unum ex tribus indici poteſt, uidelicet uulgatam infamiam, graue ſcandalum, & uehemen-

tem

tem ſuſpitionem ex dictis teſtium ortam.capitu. inter ſollicitudines, de purgatio.canoni.ſcribit Ludo.Roma.in conſilio.351. in propoſito caſu, & Ioan. de Imo. in l.is qui reus.colum x. ff.de publi. iudiciis, aut ad puniendum illud quaſi extraordinarie. iuxta capitu. literas. de præſumptio. in qua extraordinaria punitione poteſt uenire abiuratio hæreſis, ut a uehementer ſuſpecto.ut in capitu.accuſatus.in princip.de hæreti.libro ſexto.& ſuſpenſio temporalis a prædicatione ad arbitrium ſuperioris, ut in eo puniatur in quo eſt ſuſpitio quòd peccauit.l.ſi aliquid.C.de ſuſcepto. & archa.lib.x.Bal.in l.2.§.miles.ff.de infami.Bar.in l.eadem.§. hac lege. ff.ad legem.iuliam.repet.traditur per Deci.in c.ut noſtrum.de appellatio.facit.c.ſiquis præsbiter. 21.diſt.

57 Et poſtquàm† dicta uehemens ſuſpitio eſt hominis, non eſſet imponenda pœna delicti naturalis,ſed temperanda eſt ſententia,ut dicit Innocen.in capitu. quia ueriſimile. de præſumptio. quod dictum pro notabili referunt moderni in cap.afferte.de præſumptio,Bald. in l. non eſt ueriſimile.ff.quo d metus cauſa.& in capitulo primo.in fin.quibus modis feu. amitta.l.eius.§.j.in fin.ff.de teſta.Abba.in cap. auditis. penulti.colu. de præſcriptio.Pau.de Caſtr.in conſil.249.incipien.uiſa inquiſitione. libro ſecundo.Anto.de Butr.& Abba.in cap.quanto.de præſumptio. in capit. conſtitutus.de teſti.Oldra.in conſilio.192.incipien.viſo diligenter.idem uoluit Specu.in titul.de præſumptio.§.ſpecies.uerſiculo.in ſumma. Petr. de Ancha.in cap.ſemel malus.de regu.iur.libro ſexto.& de intellectu illius dicti Innocen.in dict.cap.quia ueriſimile.ego dixi in conſi.meo.xj.incipiente.ſuper dubio moto in conſilio.uerſicu. non obſtat dictum Innocentij.

58 Et in hanc† pœnam extraordinariam tanquàm minorem ego me inclinarem,quia ubi agitur de uita hominis probationes debent eſſe clariſſimæ,ut inquit Bald.in conſi.cxcv.incipien. an uulnus fuerit mortale necne.lib.j.& pro ijs optime facit quod dicit Ludo.Roma.in l.j.§. hoc referiptum. ff.ad ſilla. quòd ſi indicia non ſunt purgata, reus poteſt puniri alia pœna,quàm naturali,prout late ſcribit Cepol.in conſi.32.quidam ruſtici.colum.8. uerſicul. non obſtat.& ratione ſuſpitionis pœna ſtatui poteſt,puta confinationis,ut dicit Ange.per illum tex.in auth. de reſtitut.& ea quæ parit in xj.menſe.§.unum.in uerbo ſuſpitione colu.3.& ex pœnitentia ſibi iniungenda uidebitur an ambulet in luce,uel in tenebris, ut in d.c.literas.

59 Et hæc † confirmantur ex ijs quæ dicit Andre. de Yſernia in capitulo primo.§.ſatiſfactionem.de ſtatu.contra liber.Eccleſię.in feu.quòd ſi qui ſpiam dixerit uerbum hæreticum ex qualitate dicti & perſonæ ſtatuet iu

dex pœnam,quia cùm puniendus ſit,nec ſit in iure pœna expreſſa, arbitraria eſſe debet.capitu.de cauſis.de offi.delega.facit.l.1.C.ſi quis princip. maledixerit.ſequitur Epiſcopus Squillacen.in tracta.contra hæreti. cap. 19.& ante eos Hoſtien.hoc ſentit in ſumma de hæreti.§. qualiter deprehendatur.in fin.& dicit Sanctus Thom.in quoli.quinto. articu. 25. quòd ſi doctor falſam doctrinam doceat tenetur eam omnibus modis reuocare,& ſi inordinate procedendo aliquod damnum ſpirituale ſequutum fuerit,tenetur contra hoc damnum remedium apponere,in quantum poteſt exponendo doctrinam ſuam,& ſic patet de ultimo dubio.

60 Non omitto tamen,quòd in iudicio ferendo circa prædictas propoſitiones,eſt conſiderandum,an ſcilicet in bonum ſenſum aut prauum ſint capiendæ,prout San.Auguſt.in libro de concordia Euangeliſtarum aduertit,illud Mathei exponens,nolite iudicare & non iudicabimini,inquit enim, hoc in loco nihil aliud percipi exiſtimo , niſi ut de quibus dubium eſt,quo animo fiant,in meliorem partem interpretemur, Quod ergo de ijs quæ fiunt dicit.S. Auguſt.dictum pariter intelligamus de ijs quæ dicuntur,& ita ad propoſitum noſtrum ſententiam tanti doctoris applicantes, concludamus , ꝙ in ijs dictis quæ poſſunt catholicum & hæreticum ſenſum habere temerarium uidetur in hæreticum iudicare , maxime ut condemnemus.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio quòd Filius eſt maior Patre in diuinis eſt hæretica & damnata in concilijs.*

2 *Veriſimile ſemper debet attendi,ſiue in teſtibus ſiue in alijs.*

3 *Euidentia rei ſuperat omnem ſpeciem probationis.*

4 *Teſtibus non deponentibus ueriſimile fides non eſt adhibenda.*

5 *Probatio dubia non releuat.*

6 *Teſtis dicens uaria & contraria non poteſt concordari in uictoriam ſed ad euitandum periurium.*

7 *Teſtes non debent deponere per eundem ſermonem niſi agatur de formalitate uerborum.*

8 *Teſtes debent eſſe repetiti in particulari inquiſitione,alias non probant.*

9 *Teſtis non repetitus,nec probationem,nec indicium facit.*

TRI-

TRIGESIMA QVINTA QVAESTIO.

TRigeſimo Quinto Quæro de quæſtione quæ modo in facto conſiſtit. Quidam prædicator uerbi diuini uolens declarare, myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, dixit, quòd Filius Dei eſt minor Patre, fuit dubitatum quid eſſet ſumendum de hac propoſitione, ad quod dicendum eſt, quod ſi hæc propoſitio dicta ſit, prout ponitur, eſt hæretica & damnata in concilio Niceno. in quo tercenti & octo illuſtres patres fuerunt. cap. canones. 15. diſtin. l. quicunque. C. de hæreti. cuius opinionis author fuit Arrius, qui tres gradus ponebat in Trinitate Patrem maiorem, Filium minorem & creaturam, & Spiritum Sanctum creaturam filij, uel ſeruum, & hæc hæreſis reperitur damnata in cap. damnamus, de Summa Trin. & in c. qui Epiſcopus. 23. diſt. ponit Cardin. de Turrecrema. in cap. quidam hæretici. §. Arriani. 24. q. 3. Magi. ſente. in 3. diſtin. xi. c. ii. S. Tho. in prima. parte. q. 26. arti. j. & in libro contra gentiles. capitulo. 6. nec recipit excuſationem, ut intelligatur quod ſit minor Patre ſecundum humanitatem, ut in ſymbolo Athanaſij, eo quia dicta propoſitio loquitur de productione ab intra, & ſic quo ad diuinitatem, ſecundum quam filius eſt æqualis patri, & ſic ſalua ratione uerborum dictæ propoſitionis, nullam patitur excuſationem quin hæretica iudicari potuerit.

1 Sed † quia non ſolum quod eſt, ſed etiam quod ueriſimile eſt, attendendum eſt, ut in l. 3. §. primo. uerſiculo, ueriſimilia reſponderunt. ff. de teſtibus, uidendum eſt an ueriſimile ſit dictam propoſitionem ſic, ut præmittitur, fuiſſe aſſertam, attenta materia circa quam uerſabatur ipſe, ut fertur, quod ſuadetur non eſſe ueriſimile, nam materia de qua prædicabat erat illa parabola de Filio prodigo de qua Lucæ decimoquinto. & ideo exponendo illam de natura Angelica, filio Dei, hóc eſt quòd natura Angelica erat filius ſenior, & filius Dei iunior, ueriſimilius eſt, quia ſic dictæ parabolæ conueniebat, quæ de filio ſeniore & adoleſcentiore loquitur, quòd uellet appellare naturam Angelicam filium ſeniorem, & filium Dei adoleſcentiorem ipſa natura Angelica, & ſic quòd comparatio fieret de uno ad alterum, non autem de Patre ad filium repugnante materia de qua agebatur, & hæc expoſitio, ut natura Angelica dicatur ſenior, & filius Dei adoleſcentior non uidebatur aliquibus inconueniens ex declaratione ipſius accuſati, quia, ut dicit. San. Bonauentu. in primo. diſtinctio. ix. quæſtio. 4. ſenatio filij in diuinis eſt interminata ratione deſitionis, quia nunquam deſunt generari, pro quo Pſalm. 2. Ego

hodie

hodie genuite, & ſic ratione huius præſentis generationis filius Dei poſſet dici iunior, ſeu adoleſcentior natura Angelica, qua declaratione uiſa dixerunt quatuor Theologi non obuiare illam catholicæ ueritati, quæ profecto non eſt laudanda, quia eſt nouus modus loquendi, & inuſitatus apud bonos theologos, & præbet cauſam ſcandali, & ſic ueriſimile uidetur illum prædicaſſe, quia ſenſus miſticus ſic conuenire uidebatur parabolæ, de qua erat ſermo.

2 Quia † experimentum uerorum ſermonum eſt, ut concordent cum rebus ſenſatis, & ueriſimilibus. l. milites. §. oportet. C. de quæſtio. ut dicit Bald. in rubric. de probatio. colum. 2. & quod longe eſt a ueriſimili eſt quædam falſitatis imago. cap. quia ueriſimile. de præſumptio. Bald. in l. j. colum. 3. C. de ſeruis fugi. & data una maiori ſimilitudine minor excluditur, ut dicit Bald. in l. ſiue poſſidetis. in fin. C. de probatio. teſtibus enim non dicentibus ueriſimilia non debet fides adhiberi. Abbas notat in dict. cap. quia ueriſimile. dict. l. 3. §. j. cum aliis quæ tradit Fely. in cap. auditis. de præſcriptio. & ille intellectus eſt ueriſimilis, qui ſubiectæ materiæ eſt aptior. l. quotiens idem ſermo. ff. de regu. iur. & iuxta materiam intelligẽda ſunt uerba etiam per impropriationem uerborum. l. ſi uno. in prin. ubi Bar. ff. locati. etiam in materia in qua debet fieri ſtricta interpretatio ut tradit Alexan. in conſi. 5. incipien. puto de iure. libr. 4. Quod autem ita dixerit accuſatus, patet per dictum primi teſtis de dicta propoſitione deponentis, dum dicit, quòd uolens accuſatus declarare quomodo filius Dei erat adoleſcentior, & ſic conformiter ad parabolam, dixit ꝙ filius Dei erat minor patre, quod profecto eſt ualde impertinens. Nam illa comparatio non fiebat de filio ad patrem, ſed de fratre ad fratrem, hoc eſt ille ſenior, iſte adoleſcentior, & ſic repugnat materia huic comparationi, quia tota comparatio fiebat de natura Angelica ad filium Dei, ut dicit ſecundus teſtis, unde ſi uolebat comparare naturam angelicam ad filium, illam appellãdo filium ſeniorem, & filium Dei iuniorem, ad quid diceret accuſatus, quòd filius Dei erat minor patre in diuinis? & ſic non conuenit ſenſui naturali.

3 Et hæc † eſt quædam demõſtratio quæ fit per rei euidentiam ſuperãs in gradu ſuperlatiuo omnem ſpeciem probationis, ut dicit Bald. in rubric. de probatio. idem dicit Ludo. Roma. in conſi. 104. incipien. pater reuerende. in fin. ubi allegat. §. fi. inſtitutio. de gradibus, & nulla legis uirtus poteſt excludere probationem quæ fit per rei euidentiam, ut dicit Bald. in rubric. C. de probatio. columna prima. allegat. l. inde Neratius. §. fi. ff. ad. l. acquilia. l. in confesſionibus. ff. de interro. actio. ut late tradit Hypp. in l. fi. C. de probatio. carta 24. col. 2.

4 Et ſic† ambo teſtes peccant in deponendo ueriſimile, quibus non eſt ad hibenda fides, quia dictum eorum eſt ſuſpectum de falſo, ut dicit Alexan. in conſil 153. incipien. uiſis narratis. colum. 4. libro. 5. & dicit Petrus de Ancha. in conſil. 257. incipiente ex ordine contractuum. colum. fin. quòd non uеriſimilibus iudex non debet dare fidem, inde eſt, quòd etiam confeſſio partis, ſi non eſt ueriſimilis, non facit probationem, nec nocet confitenti, ut dicit Bald. in l. ſiquis in hoc genus. C. de Epiſco. & cleri. Inſuper dicti duo teſtes adinuicem uariant, nam primus teſtis loquitur de filio Dei, alter loquitur de Chriſto, & ſic de humanitate Chriſti, quaſi dicat ꝙ ſit minor patre ſecundum humanitatem in ſymbolo Athanaſij, nec obſtaret quod dicit de generatione æterna. & ſic quòd Chriſtus intelligatur de filio Dei non incarnato, & ita quòd concordentur dicta teſtium ſi fieri poſſet. ut in cap. cum tu. de teſtibus. quia dico quòd hæc concordia fieri non poteſt inter hos duos teſtes productos ex parte promotoris, quo ad hoc ut accuſato noceat, ſed ſolum ad euitandum periurium, & ſi concordari poſſent per improprietatem uerborum.

5 Quia† ex quo eſt dubia probatio, cum poſſit diuerſimode intelligi non iuuat. cap. in præſentia. de probatio. tradit Ant. de But. & alij in dict. cap. cum tu. qui text. ſic intelligitur. præſertim, quia dicti teſtes deponunt de unico actu, ut patet, & non de pluribus, etiam in dubio non præſumitur multiplicitas actuum. dict. cap. in præſentia. l. fi. C. de rebus credi. notatur in l. ij. C. de bonorum poſſeſ. ſecundum tabulas. & in dict. capit. cum tu. Præterea dictus ſecundus teſtis in eo quod dicit de generatione æterna, ſentit ꝙ dictus accuſatus loquebatur de Filio Dei reſpectu diuinitatis; ſed in eo quod dicit de chriſto, loquebatur reſpectu humanitatis, & ita eius depoſitio redditur dubia & uaria, & nullatenus concordanda, intelligendo chriſtum, id eſt Filium Dei non incarnatum.

6 Quia† unus teſtis dicens uaria & contraria nullo modo recipit concordiam ad uictoriam, ſed ad pœnam periurij euitandam, ut dicit glo. notat. in cap. ſi teſtes. in princip. 4. q. 2. & in c. in noſtra, ubi Ant. de But. de teſt. Iaco. Butri. in l. optimam, C. de contrahen. ſtipula. & l. cum ætate. ff. de probatio Bald. in j. conſtitu. C. §. quibus. Ioan. de Imo. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de uerbo. obliga. Tynda. in tracta. de teſti. c. ultimo, & ita proprie loquitur tex. in l. eos. ff. de falſis, quem ad hoc ponderat ibi Barto. & ideo ijs teſtibus non eſt fides adhibenda.

7 Accedit† ꝙ licet teſtes non debeant deponere per eundem ſermonem, quia eorum teſtimonium redderetur ſuſpectum, ut notatur per Bar. in l. teſtium. §. ideoque. ff. de teſti. Specu. in tit. de teſte. §. nunc tractãdum. uer ſicu. cautiorem quoque. Ioan. Andre. in cap. nihil. de uerbor. ſignificatio.

Bald.in l.teſtium.colum.3.C.de teſti.& Bald.in titu.de pace conſtãtiæ. in uerbo ultimo. Ange.in auth.ut iud. ſine quoqu. ſuffra.in fin. colum.& tex.in l.ampliorem.§.in refutatoriis.C.de appellatio.& Alexan.in conſil. 137.in cauſa & lite.colum.2.libr.2.& in conſi.47.incipi.abunde.colum. 2.lib.2.

8 Tamen† in hoc caſu,ex quo agitur de taxandis uerbis propoſitionum, oportet,quòd teſtes per eundem ſermonem deponant, hæc eſt ſingularis doctrina Anto.de But.in cap.nihil.de uerbo.obligatio.ubi dicit,ꝙ quando ſumus in caſu, ꝙ uerba formaliter ſunt recitanda per teſtes, debent ipſi concordare in cortice uerborum, unde ſi duo fuerũt producti ad probandum,ꝙ Ticius inſtituit Seium hæredem,& unus dicit ſcio quia audiui ꝙ dixit teſtator Seium hæredem inſtituo. & alius teſtis dixit, ꝙ dixit Seius hæres ſit,uidit determinatum,ꝙ teſtes erant contrarij, & non probabant,quia recitabant uerba ab alio prolata, ideo debebant concordare in formalitate uerborum,idem dicit Anto.de But.in cap.cum Eccleſia §.nos igitur.de cauſa poſſe.& proprie.idem Bald.in cap.bonæ, primo,de electio.& illud dictum eſt notandum quando agitur de probandis uerbis formalibus,alias ſufficeret concordare in eundem rei finem.l. qui ſententiam.C.de pœnis.Bald.in l.j.& ij.C.de ſecundis tabulis, & ſequitur Alexan.in d. conſi. 47. cumque in propoſito agatur de probandis uerbis formalibus prædicatoris,& unus dicat uerba uno modo, alter uero teſtis altero modo,non eſt eis credendum per prædicta.

9 Poſtremo† ſi unus ex teſtibus eſt repetitus ſeu reproductus in particulari inquiſitione, & alter non,qui non eſt repetitus non facit ad probandũ, nec ad indicium,ut dicit Barto.in l.fin.ff.de quæſtio.Saly.in l.fin. C. eod. tit. Ange.in tit.maleficiorum.in uerbo.fama publica præcedente. colum. 3.uerſiculo.quæro qualiter probetur indicium.Bald.in l.iubemus. 2.colum.uerſi.item dixit.C.de probatio.Ange.in repetitio.l.ſi uacantia.x. colum.uerſiculo.timentibus autem malefactoribus.C.de bon.uacan.Innocen.in cap.per inquiſitionem.de electio.Abbas in cap.bonæ.j.in 4. colu. poſt Inno.de electio. Alexan.in conſil.65.incipien. habita ſuper contentis.lib.j.& in conſil.179.incipien.in cauſa Angelorum colum.3.Albertus de Gan.in tract.maleficiorum. in rubrica quomodo de maleficiis cognoſcatur per inquiſitionem,colum.2. uerſic.ſed nunquid in introductione, ut dixi late in præcedenti quæſtione.num.37.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticum uerbum dicens ſerioſe & credens, ut hæreticus damnatur.*
2 *Accuſatus de crimine ad hoc ut puniatur ſufficit quòd conuincatur, quamuis non confiteatur delictum.*
3 *Hæreticam aſſertionem dicens continentem hæreſim damnatam quomodo puniatur.*
4 *Hæreticam aſſertionem dicens non damnatam quomodo puniatur.*
5 *Hæreticam aſſertionem dicens nolens ſe ſubijcere* Eccleſiæ *quomodo ſit puniendus.*
6 *Hæreticam aſſertionem dicens, ſi eſt idiota, excuſatur certo modo.*
7 *Hæreticam aſſertionem dicens ſi ſtatim non reddit ſed patitur ſe præueniri non parcitur ei.*
8 *Aſſertionem hæreticam dicens & credens & rediens damnatur pœna ordinaria.*
9 *Priuatus aliquo officio non debet amplius ad illud reſtitui.*
10 *Hæreticum uerbum dicens non ex animo ſeu errore intellectus quomodo ſit puniendus.*
11 *Hæreticum uerbum dicens ex quadam lauitate quomodo debeat puniri.*
12 *Dicenti uerba hæretica ſeu de hæreſi ſuſpecta ex inſania parcendum eſt.*
13 *Ebrius delinquens quomodo ſit puniendus.*
14 *Pœna ſtatuta contra homicidam intelligitur ſi doloſe occidat.*
15 *Homicidium faciens ex laſciuia non punitur pœna naturali delicti.*
16 *Iudex in puniendis blaſphemijs non debet eſſe multum gratioſus.*
17 *Cautela idem eſt quòd ſecuritas.*
18 *Calor iracundiæ non excuſat à blaſfemia.*

TRIGESIMA SEXTA QVAESTIO.

TRIGESIMO SEXTO quæro, Si quis legendo, prædicando, uel alias loquendo dixerit uerba hæretica, aut de hæreſi ſuſpecta, ſeu ſimilia alicuius generis, de quibus dixi ſupra in 6. quæſtione. qua pœna ueniat puniendus, & licet Hoſtien. in titu. de hæreti. §. quæ pœna ſit falſi prædicatoris, loquatur de pœna infligenda falſo prædicatori, non tamen ea quæ dicit faciunt ad noſtrum propoſitum. Et idcirco ommiſſis illis, ponam diſtinctionem, quam ipſe ponit in dict. titu. §. qualiter deprehendantur. column. fina.

quam ad literam ſequitur And. de Yſer. in tit. de ſtatutis contra liber. Eccleſi. in feudis. §. ſatisfactionem, in cuius diſtinctionis progreſſu ad maiorem elucidationem materiæ procedendum eſt per concluſiones, quàm plurimis additis.

1 . PRIMA † CONCLVSIO eſt, ꝙ ſi quis dixerit ſerioſe uerbũ hæreticũ, puta ꝙ fornicatio non ſit peccatum, uel ꝙ prælati non habẽt poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, aut aliud ſimile uerbum repugnans ueritatibus catholicis in propria uerborum forma, uel deductis in neceſſaria conſequentia ex dictis ueritatibus, prout de illis fuit dictum ſupra in v. q. & illa credit eſſe uera, & ea pertinaciter defendit, ſiue ipſe ſit huius hæreſis author, ſiue hæreticorum ſectator, hæreticus eſt cenſendus, & ut hæreticus damnandus, ut habetur in c. qui in Eccleſia. 24. q. 3. iuncto. c. ad abolendam. §. præſenti. de hæretic. quia qui non credit Eccleſiæ ſaluus eſſe non poterit, ut in ſymbolo Athanaſij, nam oportet credere id, quod ſancta mater Eccleſia credit, & quod doctores Eccleſiæ non deuiãtes ab ea determinant, & idcirco hæreticus eſt, qui hæc non credit, magiſter eſt cũ erroris, qui non uult eſſe diſcipulus ueritatis, & huic non eſt communicãdum, ſed omnino eſt uitandus poſt primam & ſecundam monitionem. c. quid dicit autem, & c. dicit apoſtolus. 24. q. 3. prout ibi gl. & late declarat Augu. de Anco. in tracta. de poteſtate Papæ q. 28. arti. 4. in ſolutione primi argumenti, & Ioan. Lupus in allegatione in cauſa hæreſis, incipien. caſus ſuper quo. colum. 3. & 4. Quæ de facili procedunt, non ſolum quando illa uerba dicens confitetur ſe illa dixiſſe, & non uult ſe ſubijcere Eccleſiæ, nec innocentiam ſuam oſtendere ad arbitrium, ut in dict. §. præſenti, ſed etiam procedunt, quando negat ſe illa dixiſſe, & conuincitur per teſtes & quàmuis profiteatur ſe credere, quod ſancta Eccleſia credit & confitetur, hæc tamen profeſsio ſibi non prodeſt, ſi per eius confeſsionem ſeu per teſtes legitime conuincatur, ſeu per euidentiam rei depræhendatur in hæreſi, iuxta tradita per glo. in dict. §. præſenti. concurrentibus tamen illis quatuor neceſſariis, quæ poſui ſupra in 8. q. declarando deciſionem Rotæ. Dccclxxiiij, incipie. Accuſatus de hæreſi, ubi hæc concluſio clariſsime approbatur.

2 Itaque † ad iudicandum aliquem hæreticum, ſicut alios criminoſos ſufficit illum conuinci per legitimos teſtes, quàmuis non ſit confeſſus delictum, ut eſt caſus in capitulo primo. §. publici latrones. de pace tene. l. Diuus. ff. de quæſtio. Alterum ergo ſufficit, uel ſit confeſſus, uel conuictus. l. qui ſententiam. C. de pœnis. l. fina. C. de libera. cauſa. & ideo male faciunt iudices, qui conuictum ponunt ad quæſtionem tormentorum, nam quod certum eſt in dubium non debet reuocari. l ſciant.

C. de

C.de probatio l.nemo.C.de Summa.Trinit.ad prædicta facit.capit. nos in quenquàm.ſecunda quæſtio. prima.l.obſeruare. C. quorum appella. non recipi. niſi forſan ut tollatur remedium appellationis, ut ibi tradunt Bald.& alij, ſcribit Cepol.in conſilio.lxiiij.incipiente. primum dubium.

3 Aduertendum † eſt circa prædicta, quòd illa habent locum, quando illa uerba hæretica continerent in ſe hæreſim explicitam, ut hoc nulla tergiuerſatione poſſit negari, quin ſit hæreſis manifeſta & ab Eccleſia damnata, puta contra articulos fidei, uel ſacram ſcripturam, & ille aſſertor ſit talis, qui illa ſcire debet, vt in eo non præſumatur ignorantia, quia in ijs ignorantia eſſet aſinina, ut dicit Cardina.in cap. ſciſma.xxiiij. quæſtio.j.prout late ſcripſi in rubric.de hæreti.lib.6.quæſtio.12.colum. 391.& 225. unde merito talium verborum aſſertor debet ut hæreticus damnari, ut ſcribit Hoſtien.in dict.§.qualiter.in fin.per.l. quicunque. C. de hæretic. & eſt argument. in l. milites agrum. §. irreuerens. ff. de re militari. inde dicebat Cardinal. Zabarella in clement. j. §. porro. in fin. de Summa. Trinita. quòd ignorantia in iis quæ ſunt de iure naturali non excuſat, ius autem naturale eſt quod in lege, & Euangelio continetur.cap. humanum genus.prima.diſtinctio. facit.l. 2.C.de in ius uocando.

4 Si uero † hæreſis non eſſet explicita contenta in dictis uerbis inordinate prolatis, nec manifeſta, nec etiam ab Eccleſia damnata, non eſſet ab Eccleſia damnandus, ſi eſt paratus ſe ſupponere eccleſiæ, & reuocare errorem ſuum, quando contrarium ſibi oſtenderetur, ut in d. ca. qui in Eccleſia. a contrario ſenſu.24.quæſt. 3. ut late per me fuit diſcuſſum in d.cap. quoniam.col.ccxii.uerſi.dicit ergo, & tunc non eſſet ut hæreticus damnandus, ſed ad arbitrium iudicis ſcilicet Epiſcopi, uel inquiſitoris puniendus, ut ſentit Hoſtien. in dict.titu.de hæreti.§.quæ pœna.in fin. ex quo a lege, ſeu canone non eſt taxata pœna.arg. c. de cauſis.de offic. delegat.

5 Et idem † cenſeo, quando in hoc caſu nollet ſe ſubiicere Eccleſię, quia forſan teneret ſuam opinionem, tunc enim grauius eſſet puniendus quàm in caſu proxime præcedenti, uel per carcerationem, aut fuſtigationem, ſeu per pœnam pecuniariam ad arbitrium iudicantis citra pœnam hæretici, ut per d.c.de cauſis dixi.

6 Conſiderandum † eſt etiam quòd quis poteſt in prolatione uerborum hæreticalium excuſari prætextu ignorantiæ, puta ſi ruſticus motus quadam ratione naturali dixerit, quòd in diuinis Pater eſt maior Filio, ſicut uidemus in naturalibus, ductus errore, quia ſic cre-

dit tenere Eccleſiam, dummodo non pertinaciter perſiſtat in hac erronea opinione, non enim iſte de hæreſi puniri poſſet. uerba ſunt Innoc. in c. firmiter. in fi. de Summa Trini. Cardi. Zaba. in clem. j. §. porro. colum. fin. de Summa. Trini. prout late dixi in d. cap. quoniam. col. ccxv. quia fides huius errantis eſt fides Eccleſiæ. c. damnamus, in fi. de Summa Trini. quæ uerba famoſa Innocen. ultra alios doctores ſequuntur Anto. de But. in d. rubr. Ioan. de Ana. Abbas, & Fely. in c. firmiſsime, de hæreti. ut late ſcribit Ioan. Lupus in d. allegatione, in fauorem cuiuſdam ruſtici, q dixerat duos eſſe Deos patrem ſcilicet & filium, pro quibus facit tex. in c. dicit Apoſtolus. 24. q. 3. ubi habetur, ꝙ paratus corrigi non eſt hæreticus damnandus, intelligendo prout dixi, de eo qui ignoranter hæreticauit, pro ijs faciunt, quæ dicit Anto. de Butr. in rubr. de Summa. Trini: col. pen. uerſi. aduerte tamen, concludens, ꝙ ſi detur ignorantia ex parte dicentis & determinantis ſe ad credulitatem Eccleſiæ, nec pertinaciter ſe defendentis, iſte non incurrit hæreſim, ex quo paratus eſt corrigi, cum non contradicat Eccleſiæ, ut in d. c. ſi quis ſententiam. ſcribit. S. Tho. in 2. 2. q. xj. arti. 3. ſubdens, ꝙ ſi errans ex ignorantia quærit ſe certificari, & certificatus ſtatim reuertitur, non præuentus a iudice, non meretur aliquam pœnam.

7 Si uero † patitur ſe præueniri, & delictum eſt occultum, & abſque aliqua reſiſtentia paratus eſt redire ad Eccleſiam, non eſt puniendus ut hæreticus, ſin autem delictum eſt notorium, & patitur ſe damnari, & poſtea vult redire, & ad huc recipitur, patietur tamen pœnam ordinariam impoſitam a iure aduerſus illos qui ab hæreſi redeunt ad Eccleſiam ſcilicet ad agendam pœnitentiam in carcere perpetuo. c. pe. de hæret. intelligendo de ignoranter errante in determinatis ab Eccleſia, ut antecedentia uerba Anto. de But. ſatis clare innuunt.

8 SECVNDA † CONCLVSIO eſt, ꝙ ſiquis dixerit uerba hæretica continentia in ſe damnatam hæreſim, & illa ſe dixiſſe fuerit cõfeſſus, qui non poſsit ſe excuſare prætextu ignorantiæ, & illa crediderit eſſe uera, & redire uoluerit ad unitatem Eccleſiæ, ſubijciens ſe illius correctioni, non debet ut hæreticus damnari, per iura ſupra allegata, non euitabit tamen pœnam ordinariam carceris perpetui, & aliarum pœnarum cenſuram, quæ contra hæreticos redeuntes ſtatutæ ſunt. d. c. penul. quas ponit Ioan. de Ana. in c. excommunicamus. j. §. credentes. de hæreti. facit. l. j. C. ſi quis princi. maledix. dummodo reuocet errorem ſuum, ut ſcribit. S. Thom. quolibet. v. q. xxv. concludens quòd ſi doctor doceat falſam doctrinam, tenetur eam omnibus modis reuocare, maxime ſi ex ea ſpirituale damnum ſequatur, & iſte debet abiurare ex quo deprehen

ſus

ſus eſt in ea per eius confeſſionem, uel rei euidentiam, uel per teſtes, ut dicit glo. in d. cap. ad abolendam. §. præſertim, in uerbo. depræhenſi. de hæretici. qua abiuratione facta impendenda eſt ei abſolutio ab excommunicatione, quam incurrerat propter hæreſim. c. ut officium. §. ſi uero. de hæreti. lib. 6.

9 Priuanduſque † eſt officijs, & beneficijs, ut in c. commiſſi. §. priuandi. de hæreti. lib. 6. ac officio prædicandi, ex quo in eo peccauit. arg. auth. habita. C. ne filius pro patre. in uerbo, ibi, dignitate careant, ubi notant Bald. & Salyc. col. 6. ꝙ propter delictum, quod in officio committitur, quis ipſo iure infamatur, & ipſo iure dignitate priuatur, facit. l. ſi quis de curio. ubi Bal. C. de falſis, Bal. in l. nihil. C. de uindicta libert. Bar. in l. libertus. §. in quæſtionibus. ff. ad municipa. cap. ſane. xv. q. 3. in prin. & ſemel priuatus non debet amplius reſtitui, ut de tabellione priuato officio tabellionatus, ſcribit Bald. in cap. 2. de poſtula. prælatorum. idem Bald. in ca. At ſi clerici. de iudicijs, & l. 2. C. de liber. & eorum liberis, ubi Ange. dicit. ꝙ doctor propter delictum remotus a matricula non poteſt iterum reſtitui niſi per principem, prout de Cardi. depoſito, ꝙ amplius Cardinalis fieri non poteſt, ſcribit Hoſtien. in ſumma de pœn. & remiſ. §. cui confitendum, Cardi. Alex. in ca. præter. xix. diſti. & dicebat Bar. in §. omnibus. in authen. de ſanctis. epiſcopis. colla. 9. ꝙ epiſcopus ſemel remotus & expulſus ab epiſcopatu non poteſt ad illum redire, intelligendo ꝙ per ſententiam fuerit priuatus, ut dicit Fely. in ca. fraternitatis, de hæreti. ſcribit Barto. in l. ſi aliquid. C. de ſuſcepto. & arca. lib. x. adde ea quæ dicit gloſſ. & Iaſo. in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de edendo, & Bald. in d. l. ſi quis decurio. uerſic. non ſtatim. Et hæc priuatio debet eſſe perpetua, ut eſt de ſui natura, ſecus ſi eſſet ſuſpenſio quæ eſt temporalis, ut dicit Bald. in dict. authen. habita. facit. l. pen. C. de uetera. lib. 12. & l. iudices. C. de digni. eo. libro. illa ergo reuocatio habet uim cuiuſdam ſatisfactionis, qua facta nunc pœna debita puniendus erit, ut eſt optimum arg. in §. ſi quis autem. in auth. de adminiſtra. colla. 7. l. j. C. in quibus cauſis. coll. lib. 12.

10 TERTIA † CONCLVSIO eſt, quòd ſi quis dixerit uerba hæretica etiam ex animo, ſine errore aliquo intellectus, ſiue contineant hæreſim explicitã, ſiue implicitã, & eſt paratus corrigi, q̃uis nõ ſit ut hr̃ticus puniẽdus, erit tñ puniendus mitiori pęna, q̃ in duabus cõcluſionibus ſuperioribus dictum eſt, ſic ergo epiſcopus, uel inquiſitor ad quem ſpectabit ex qualitate dicti & perſonæ dicentis ſtatuet pœnam, prout in ſimilibus caſibus conſiderari ſolet, prout ſcribit Saly. in d. l. j. C. ſi quis princi. male. quia ex quo deliquit, puniendus eſt, nec ſit expreſſa pœna in iure,

arbitrio iudicantis imponenda uenit, ut traditur in cap. de cauſis. de of-ſic. delegat. & Hoſtienſ. ſentit in dict. §. quæ pœna. in fin. Andre. de Yſernia. in dict. §. ſatisfactionem. argument. dict. capitu. dicit Apoſtolus, & abiurabit ſecundum gradum ſuſpitionis. iux. c. accuſatus. in prin. de hæreti. lib. 6.

11 QVARTA † Concluſio eſt, quòd ſi quis dixerit uerba hæretica ex læuitate, uel errore, non q̄ credat uerba illa eſſe uera, puniendus eſt, non autem acriter, ſicut in proxima concluſione, ex quo eum uere pœnitet, lubricum enim linguæ ſtatim non eſt trahendum ad delictum. l. famoſi. ff. ad. l. Iuliam maieſta. Hoſtien. in dict. §. qualiter. in fi. imponenda eſt ergo huic pœnitentia læuis, ut iterato ſit memor, per laſciuiā ſeu læuitatem talia uerba non proferre, maxime propter exemplum. argum. l. j. C. de emenda. propinquo. ut ipſius pœna ſit metus multorum. l. j. C. ad. l. Iuliam pecu. clem. 1. de offic. ordina. metu enim pœnarum retrahuntur homines a malis. cap. ſed & aliud. 45. diſtinct. cap. ita tamen. xxiii. quæſt. 4. & diuus Paul dicebat prima ad Thimo. v. peccantem coram omnibus argue, ut cæteri metum habeant. Nec obſtat tex. in dict. l. 1. C. ſi quis princi. maledi. dicens, quòd ſi quis principi maledixerit ex læuitate, illud eſt contemnendum. quaſi dicat quòd illi eſt parcendum, quia dico illud habere locum in principe ſeculari, & ſic in minori delicto ratione perſonæ, facit. l. Aut facta. §. perſona. ff. de pœnis. Nos uero loquimur quando malum dicitur de Deo, cum grauius ſit æternam, quàm temporalem lædere maieſtatem, authen. Gazaros. C. de hære. cap. uergentis de hæreti. cap. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6. nam ut dicit Andre. de Yſer. in dict. §. mundani principes boni habent pro gloria parcere eis, qui ipſos principes offendunt, pro quo dicebat Seneca libr. 1. de clementia, nil glorioſus principe impune læſo, non ideo hæc dicuntur quòd Deus uelit pœnas malefactorum pro ſui ſatiſfactione, quia bonorum noſtrorum non eget, Pſalm. xv. ſed pro illo qui uerba inepta protulit, ut ſe corrigat, non enim uult mortem peccatoris, ſed quòd uiuat & conuertatur. Eccleſi. 18. & gaudium eſt in cœlis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, Lucæ. 15. & ut refrenetur ſcandalum proximorum, quia uhe mundo ab ſcandalis, Matth. 18. & prout ſcribitur prouerbiorum. 18. peſtilenti flagellato ſtultus ſapientior erit, & alibi dicitur, ſtultus in culpa ſapiens erit in pœna. cap. qui ea. 38. diſtinctio.

12 QVINTA † Concluſio eſt, quòd dicenti uerba hæretica, ſeu de hæreſi ſuſpecta ex inſania, parcendum eſt, argumen. dict. l. 1. quia afflicto non eſt danda afflictio. lege. Diuus. ff. de offic. præſid. & idem di-

cendum

cendum cenſeo in ebrio, quia ebrietas mentis inducit exilium. c. a crapula, de uita & hone. cleri. & dicitur ebrius peccare per impetum ſcilicet. l. reſpiciēdum. §. delinquunt. ff. de pœnis, & per uinum, & laſciuiam lapſis capitalis pœna remittenda eſt. l. omne delictum. §. per uinum. ff. de re milita. quia neſciunt quid loquantur, qui enim nimio uino indulgent, iacent ſepulti, ut dicit tex. in cap. ſanc. xv. q. j. qui eſt rotundus & ſingularis ſecundum Ludo. Roma. in l. j. ff. de uerbor. obligation. & ebrius iurans, & contrauenicns iuramento non eſt periurus. cap. unuſquiſque. xxii. q. 4.

13 Et ſuper † hoc dubio, an ebrius exiſtens in ebrietate delinquens debeat puniri. Barto. in dict. §. delinquunt. ſentit quòd debeat puniri, patet, quia delinquit, ut ibi in tex. ſed in l. aut facta. §. cauſa. ſentit contrarium, Ideo breuiter dicendum eſt ſecundum Ange. Areti. in tractatu maleficiorum. in uerbo ſcienter, doloſe, ubi diſtinguit ſicut Bart. diſtinguit in dormiente in l. pœna parricidij. ff. ad. l. pompe. de parri. quòd ſi dormiens ſciebat hoc ſibi euenire, debebat dormire ſolus in camera, & ſi non fecit, eſt in culpa, ad inſtar putatoris qui non admonuit tranſeuntes. per l. ſi putator. ff. ad. l. Acquil. ſecus ſi neſciebat, quia dormiens æquiparatur furioſo. l. 1. §. 1. de aqui. poſſe. ſed furioſus non tenetur. l. infans. ff. de ſiccariis. facti enim infelicitas excuſat eum furioſum. Melior tamen mihi uidetur diſtinctio. Ludo. Roma. in d. l. 1. ff. de uerbo. obligatio. dicentis, aut quis peccauit in ſemetipſum in ebrietate exiſtens, & tunc ſine dubio illi eſt parcendum, puta ſeipſum vulnerando, uel interficiendo, ut in d. l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauit, cum ſequenti. §. per vinum. ff. de re mili. ut patet in tit. ff. de bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt. Aut furioſus peccauit in alterum uerbaliter, aut realiter, ſi uerbaliter, tunc parcendum eſt ei, ut in dict. l. prima. iuncta glo. in verbo temulencia, ſi deliquit in hominem, ſecus in Deum, vt proxime dixi, Si uero realiter, tunc dicendum eſt, quòd ſicut infans delinquendo non punitur, ita nec ebrius, niſi pro læuitate, quia in ebrietatem ductus eſt, & ideo in totum hoc delictum non debet remanere impunitum, ut dicit Saly. in l. 1. C. de ſiccariis. in fi. per dict. §. delinquunt. §. qui ſe vulnerauit. in fi. quia ſecundum Catonem, non eſt culpa vini, ſed culpa bibentis, pro hoc facit tex. in cap. inebriauerunt. ibi, qua propter culpandus eſt, & dict. cap. ſane, ibi, læuitatis damnantur authores. xv. quæſti. prima. ubi concluditur per gloſſ. ibi poſitas, quòd ebrius non excuſatur in totum propter ebrietatem, ad exemplum Loth, qui inebriauit ſe, & poſtea commiſit inceſtum cū duabus filiabus ſuis, qui non excuſatur in totum, prout ſcribit Cardi. poſt Diuum Hiero. & Lyram in dict. cap. inebriauerunt

briauerunt, & propterea dicit gloſſ. in dict. cap. ſane. in uerbo. uenia, quòd ebrius delinquens minori pœna eſt puniendus, quàm ſi ex certa ſciencia peccaſſet, ubi dicebat Cardi. quòd factum ab ebrijs non imputatur eis, ſi non ſentiant quid agunt, ſi uero ſentiant, & diſcernant quod faciunt, quando ſunt ebrij imputatur eis, ſed minus,ut in d.cap.inebriauerunt, itaque non tanquam dolosus ſed culpoſus puniendus eſt ebrius pro arbitrio iudicantis, ad inſtar illius qui commiſit homicidium non per dolum, ſed per culpam, ut arbitrio iudicantis puniatur, non autem lege Cornelia de ſiccarijs, ut dicit Angel. de Peru. in lege ſi cum fine. ff. de iniurijs.l.reſpiciendum.§. delinquunt. ff.de pœnis.contra Bartol.ibi, cum alijs quæ ſcribit. d. Iaſon. in lege. prima. columm. tertia. ff. de legibus.

14. Et † pro ijs facit quod inquit Bald. in leg. data opera, colum. 4. C. qui accuſare non poſſunt, quòd ſi ſtatutum imponit pœnā perſonalem pro homicidio, puta quòd occidens occidatur, niſi occidens occidat doloſe, & ex propoſito,non habet locum pœna ſtatuti uel iuris communis, ſed debet alias mitius puniri,prout late examinat Decius in conſi. 9. incipien. & pro tenui facultate. Ebrietas enim eſt uoluntaria inſania ut dicebat Seneca ad Lucillum, & Ariſtoteles. 3. problematum dicit,quòd ebrij delirant,facit. cap. luxurioſa. xxxv. diſtin.& propterea inquit Bal. in l. data opera. col. 2. uerſi. do. Barto. quòd ebrius delinquens eſt in lata culpa, quia lata culpa eſt per ebrietatem delinquere.facit.l. omne delictum. §. penul. ff.de re milita.ſubdens, quòd ebrietas magna delictum attenuat, non autem in totum excuſat, Parua uero ebrietas non minuit delictum,& habetur exemplum de Loth, quem inebriauerunt filiæ eius, & delictum per ebrietatem ſeu calorem læui mente turbata non tamen cum exilio mentis dicitur impetu factum, & non dicit tex.in d. §.delinquunt.culpa,ſed impetu.i. non appenſate,& deliberate,ſed inconſulte ſubito motu, Nam iſte eſt minor dolus,q̃ ſi cum deliberatione deliquiſſet.

15 Ad prædicta † facit quod dicit Paul.Caſt. in l.j. C.ubi ſena.uel clariſſi.ꝙ quando noctis tēpore potius ex laſciuia, quàm ex dolo,quidam proiecit lapidem, & percuſſit unum qui mortuus eſt, ꝙ debet puniri pœna pecuniaria, uel forte dari ſibi bannum pro aliquo tempore, & ſic punitur tanquam culpoſus, & non doloſus. ſequitur Cæpol. in l. ſi fugitiui. col.v. C.de ſer.fugi.ad idem facit quod inquit Bar.in l.1.§.1. & in l. lege. Cornel. ff.de ſica.ꝙ in delictis, lata culpa non æquiparatur dolo. Dicebat etiam Bald.in rep.l.1.col.pe. C. vnde ui.uer. extra quæritur, ꝙ pęna ebrii delinquentis non eſt pęna alleuianda, niſi tanta eſſet ebrietas, quæ induceret exilium mentis,ut habetur in d. cap.a crapula. concludendum

eſt er-

eſt ergo, ꝙ ebrietas excuſat a tanto, non autem a toto, per tex. iuncta gl. in dict. cap. ſane. & c. inebriauerunt, ſaluo ſemper in præmiſsis arbitrio iudicantis, ut eſt dictum.

16 Aduertat† tamen iudex, quia in ijs quæ arbitrio iudicis committútur potest dolus conſiſtere, ut in c. cum æterni tribunal. de re iudi. & ideo iudex non debet eſſe nimis gratioſus, ut dicit Bal. in l. ſi fugitiui. colum. fi. C. de ſeruis fugitiuis, & cauſæ quæ debent mouere iudicem ad alleuiandú pœnas malefactorum ponuntur per Caſſaneum in conſuetudinibus Burgundiæ. fol. 48. Ego uero ſemper imponerem ebrio dicenti uerba blaſphema ſeu hæretica, depoſita ebrietate, aliquam pœnitentiam, ſiue quis peccauerit per ebrietatem, inſaniam, calorem iracundiæ, ſeu furorem, ſeu dormiẽdo, alleuiatis aliquantulum infirmitatibus prædictorum, ſeu dilucidis interuallis ad cautelam & abundantiam, & pro ijs adduco tex. notabilem in argumentum, in c. excommunicatorum. 23. q. 5. ubi habentur uerba egregia de illis qui excommunicatos occiderunt ideſt hæreticos. quia omnes hæretici excommunicati ſunt ipſo iure. cap. excommunicamus. primo, in prin. de hæteti. uel perſequutor Eccleſiæ, quia licet de iure illos potuiſſent occidere, & conſequenter occiſores non fuiſſe homicidas, ne tamen Eccleſię matris diſciplina deſeratur pœnitentia congruens illis eſt indulgenda, qua diuinæ ſimplicitatis oculos aduerſus ſe complacare ualeant, ſi forte quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerint, ubi dicit Card. quia non conſtat qua intẽtione illos occiderunt, ideo illis iniungenda eſt pœnitentia. c. præsbyteros. §. ſi uero. l. diſt. ſic ergo eſt dicendum in propoſito, quia cum dubium ſit, an dictæ perſonæ dixerint uerba blaſphema ſeu hæreticalia ex animo, an uero ex eorum infirmitate omnino eſt eis pœnitentia iniungenda, circunſtantiis uerborum, perſonarum, & locorum conſideratis ad arbitrium iudicantis, augentis, uel minuẽtis pœnam, ut ſupra tactum eſt, ad cautelam enim & abundantiam multa permittuntur, quæ forſan alias non permitterentur. l. teſtamentum, ubi per glo. & docto. C. de teſta.

17 Cautela † enim nil aliud eſt, q̃ ſecuritas, ut in §. neque autem homicidas. in auth. de mandatis principú, col. 3. ſimile habemus in excõicato, ꝙ quãdo dubitatur de ualiditate excõicationis datur abſolutio ad cautelã, ut ſcribit Inn. in c. ueniens. in fi el. ij. de teſtibus, & ibi Abbas ſequitur, & abſolutio a iuramento debet peti ad cautelam, quando quis uult uenire contra arbitriũ, ut dicit Bal. in l. fi. §. fi. C. de non nume. pecu. uerſi. conſulunt aduocati. & in effectu hoc confirmare uidetur Ang. de Peru. in l. fi. ff. qui ſatiſda. cogantur, traditur clarius quàm alibi in c. ſolet. de ſenten. excommunicatio. libr. 6. Et prædicta quæ dixi in inſano, & ebrio poſſunt appli-

cari in eo, qui dixit quòd dormiens, uel furioſus, ſeu calore iracundiæ dixit uerba blaſphema, ſeu hæretica, prout poteſt colligi theorica ex ijs quæ dicit Alexan. & dominus Iaſon. poſt alios in l. j. §. adipiſcimur. ff. de acquiren. poſſeſsio. Pet. de Ancha. & Imo. in clemen. ſi furioſus. de homi. Barto. in l. ut uim. ff. de iuſt. & iure. Ludo. Rom. in dicto. §. adipiſcimur. text. & glo. in capit. cum concupiſcentia. 15. q. 1. Floria. in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius. ff. ad. l. acquiliam, notatur in capi. ſicut. de teſtibus. Et dicebat Vincentius de Hærcula. in d. §. adipiſcimur, poſt Bar. quòd licet dormiens nō puniatur ex delicto, punitur tamen ex culpa in qua fuit, ſi ſciens defectum ſuum, quòd in ſomniis ſolitus eſt ſurgere, & loqui, & facere, & non putauit, quòd alicui nocere non poſſit ubi erat neſcius ſui defectus, puta quia non ſolebat ſibi hoc contingere, & tunc nullo modo punitur, ut per Pet. de Ancha. in d. clemen. ſi furioſus, & ſequuntur Alex. & Areti. in d. §. adipiſcimur, dicebat etiam Cardi. Zaba. in clem. ſi furioſus. q. 8. quòd ebrius non excuſatur a delicto, mitius tamen punitur per d. §. per uinum, de illis uero qui calore iracundiæ dicunt uerba blaſphema, ſeu hæretica poteſt colligi optima theorica ex ijs, quæ dicit do. Deci. in l. quod calore. ff. de regu. iur. prout in ſequenti concluſione dicā, Ad uertant tamen iudices ſemper ad d. c. excommunicatorum, & quæ ibi ſcribunt doctores.

18 SEXTA † CONCLVSIO eſt, de eo qui dixit uerba blaſphema, uel hæreticalia calore iracundiæ, ludendo ſeu rixando. An ſit hæreticus vel ſuſpectus de hæreſi, quia late ſcripſi ſupra. 27. q. in hoc libro. non me extendo, & in conſi. 54. incipiente. quidam fuit accuſa. nu. xxii. Et pœna quæ contra tales ſtatuenda eſt extraordinaria eſt, talis enim ludus non eſt permittendus per quem uenitur ad crimina. l. nam ludus. ff. ad. l. acquil. capitulo. continebatur. de homicidio. ubi glo. in c. j, de præſumptio. l. obligationum ſubſtantia. §. fin. ff. de actio. & obligatio. prout ſcribit Deci. in conſ. 9. incipie. pro tenui facultate. col. fi. quia licet ludus taxillorū de ſe a iure non reprobetur quia innititur fortunæ, ut dicit S. Tho. in 2. 2. q. 32. arti. 7. quem refert Dec. poſt Ioan. de Imo. in conſi. 115. incipi. & pro tenui facultate. col. 2. quia caſus dubius fortunæ facit licitum illud, quod alias reprobatur. c. in ciuitate. & ca. nauiganti. de uſu. tamen per accidens prohibitus eſt propter blaſphemias quæ dicuntur contra diuinam maieſtatem, & ſanctos ab iſtis ludentibus, præſertim perdentibus pecunias, vt habetur egregie per Bal. in c. clerici. 2. de vita. & hon. cleri. per auth. alearum vſus. C. de religio. & ſump. fune. nec ſunt dicendi ludi ex quibus crimina oriūtur, vt in prohemio d. geſtorum. in ſi. per quem dicit ibi Bart. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ repertus in crimine poſsit impune offendi, repertus in

ludo

ludo poterit impune occidi,quod dicitur eſſe notabile.Bal.in d.c.clerici. vbi multa dicit de ijs blaſphemis ſeu maledicis vltra ea quæ traduntur in d.l.j.C.ſiquis principi maledi.& in tit.de maledicis.c.j.& ij. & qui peccāt in ludo ab eo debent priuari vt puniantur in eo in quo deliquerunt.arg. l.ſi aliq.d.C.de ſuſcep.& archa.lib. x.poteris circa præmiſſa videre quæ di cuntur in directorio inquiſitionis. q.41.ſol. 128.Vt autem ſcias quæ no uiter ſtatuta ſunt contra hos maledictos blaſphemos, ſtatui hic inſerere decretum Leonis Papæ.x.factum in concilio Lateranenſi, ſeſsione nona, fol.cxxxj.Anno Domini. M. D.xiij. tertio nonas Maij, Pontificatus ſui Anno.ij.cuius decreti tenor talis eſt.

STATVIMVS & ordinamus vt quicunque Deo palam ſeu publi ce maledixerit, contumelioſiſque atque obſcenis verbis dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, vel glorioſam virginē Mariam genitricem expreſſe bla ſphemauerit, ſi munus publicum, iuriſdictionemve geſſerit perdat emolumenta trium menſium pro prima & ſecunda vice dicti officij, ſi tertio deliquerit, illo eo ipſo priuatus exiſtat, ſi clericus vel ſacerdos fuerit, eo ipſo ꝙ de delicto huiuſmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum quæcunque habuerit, fructibus applicandis vt infra, vnius anni mulctetur, & hoc ſit pro prima vice qua blaſphemus ita deliquerit, pro ſecunda vero, ſi ita deliquerit, & conuictus (vt præfertur) fuerit, ſi vnicum habuerit beneficium, eo priuetur, ſin autem plura, quod ordinarius maluerit, id ammittere cogatur. Quod ſi tertio eius ſceleris arguatur & conuincatur, di gnitatibus & beneficiis omnibus, quæcunque habuerit eo ipſo priuatus exiſtat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur, eaque libere impetrari & conferri poſsint, Laycus vero blaſphemans, ſi nobilis fuerit, pœ na xxv. ducatorū mulctetur, & pro ſecūda vice.l. Fabricæ Baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe applicandorum, & alijs, vt infra deducitur, pro ter tia vero nobilitatem perdat. Si vero ignobilis atque plebeius fuerit, in car cerem detrudatur, quod ſi vltra duas vices publice blaſphemans deprehē ſus fuerit, mitra infami per integram diem ante fores Eccleſiæ principalis mitratus ſtare cogatur, ſi vero pluries in hoc ipſum peccatum lapſus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur ad iudicis deputā tis arbitrium, in foro autem conſcientiæ nemo blaſphemiæ reus abſquē grauisſima pœnitentia ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta poſsit abſolui. Qui vero reliquos ſanctos blaſphemauerit, arbitrio iudicis rationem perſonarum habituri mitius aliquanto puniri volumus. Statuimus etiā, vt ſeculares iudices qui contra tales blaſphemiæ conuictos non animaduerterint, eoſque iuſtis pœnis minime affecerint, quantum in eis fuerit, quaſi eidem ſceleri obnoxii, eiſdem quoque pœnis ſubijciantur, qui vero

in

in illis inquirendis,puniendiſque diligentes, & ſeueri fuerint, pro qualibet uice decem annorum indulgentiam conſequantur,& tertiam partem mulctę pecuniariæ habeant. Quicunque uero blaſphemantem audierint, eum uerbis acriter obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe continget,eundemque deferre uel notificare apud iudicem eccleſiaſticum, ſeu ſecularem intra triduum debeant. Quòd ſi plures dictum blaſphemantem ſimul audierint,ſinguli eum accuſare teneantur,niſi forte omnes conuenerint,ut unus pro cũctis tali fungatur officio.Quos omnes in uirtute ſanctæ obediẽtiæ hortamur, & monemus in domino ut pro diuini nominis reuerẽtia & honore in ſuis dominijs,& terris præmiſſa omnia ſeruari, & exactiſsime exequi mandent, ac faciant, vberrimam ab ipſo Deo tam boni ac pii operis mercedem habituri, ſimilemque annorum decem indulgentiam ab apoſtolica ſede conſequuturi, cum tertia parte mulctæ, qua dictus blaſphemans plectetur, quotiens tale ſcelus puniendum curauerit, quam quidem indulgentiam, & reliquam tertiam partem mulctæ accuſatori blaſphemi nomen deferenti ſimiliter concedi & aſsignari volumus,aliis pœnis contra huiuſmodi blaſphemos per ſacros canones expreſsis,nihilominus in ſuo robore manentibus.

Circa prædicta de duobus poteſt dubitari.Primum eſt. pone quòd quidam dixit verba blaſphema,& hæretica,& accuſatus confitetur ſe dixiſſe, negat tamen intentionem ſeu malam credulitatem. Puta quia dixit fornicationem non eſſe peccatum, uel aliud uerbum hæreticum contrariũ uniueritati catholicæ, uel pluribus. An ſit credendum ei circa intentionem uel bonam credulitatem, an uero ſit præſumendum contra eum de mala intentione,ſeu praua credulitate. Et licet multa diffuſius dici poſſent circa dubia prædicta, breuiter dico quòd quando ſumus in caſu damnato de ſe & in propoſitione de per ſe hæretica non eſt credendum aſſerenti circa intentionem, dicendo quòd non credidit talia uerba qualia confitetur dixiſſe,ſeu prædicaſſe, ſed præſumptio hæreſis militaret contra illum, ſicque eſſet de hæreſi ſuſpectus.argu.text. in l. ſi non conuicij. C. de iniur. capitulo primo. de præſumptio. non enim intentio uerbis ſed uerba intentioni deſeruire debent. de uerborum ſignificatione. capitulo.intelligentia.talia enim quæ non poſſunt bono animo dici non poſſunt interpretari niſi mala intentione. dicto capitulo primo. de regulis iuris. hinc dicit Sanctus Thom. 2. ſecundę quæſtione undecima. articulo ſecundo.circa medium.quòd per uerba quę quis loquitur ſuam fidem profitetur, & talis ſuſpitio augetur uel minuitur ſecundum qualitatem perſonæ proferentis, & loci ubi prolata ſunt, & quibus, & quotiens,

iux.

iux.nota.in c.literas.de præſu.c.accuſatus.de hære.in 6.glo.in c.ſiquis ira tus.2.q.3.& ſi læuis ſuſpitio fuerit orta, poterit condemnari ad abiurandum de læui.iux.d.c.accuſatus.ſi uero uehemens, poterit condemnari ad abiurandum de uehementi,uel ad compurgationem canonicam.ca.inter ſollicitudines noſtras.de purga.canon. uel ſi talis ſuſpitio reſultauerit attenta qualitate perſonæ, poterit torqueri ad declarandum intentionem & animum.l.pe.ff.de condit.ob cau.Car.in cle.ſi.de uſu.quali autem ſupradictorum modorum fiet iudex penſatis & ponderatis omnibus qualitatibus & circunſtantiis,& conſideratis ſuſpitionibus arbitrabitur,Et ſupradicta intelligo quando ſumus in præſumptione exurgente ex prolatione uerborum,ſi autem eſſemus in facto, puta quia confiteretur feciſſe ritum iudæorum,negaret tamen intentionem, ſecus eſſet dicendum, quia in tali caſu intentio probaretur ex qualitate facti,ut dicit Bal.in cõſi. ſciſmatis. colu.19.Oldra. q. 52.& etiã ſi negaret intentionem puniretur ut hæreticus.caſus eſt expreſſus in c.contra chriſtianos.de hære.in 6.& facit ꝙ notabiliter dicit Ioan.de Imo.in c.literas.de præſu.animus enim ex factis & ex modo faciendi perpenditur.l.j.§.Adrianus.ff. ad. l. Cor. de ſic. & non obſtabit ſi dicatur, quomodo dicemus credentes qui ritus iudæorum & ſimilia faciunt ſi ex præſumptione neminem damnamus.c.literas. de præſ.quia ut dicit Archi.in c.quæcunque.de hære.lib.6.non credo illos ex præſumptione damnari,immo ex uera probatione, nam probatio euidentiſsima eſt quæ fit ipſo facto.glo.in c.Deus omnipotens. 2. q.1.alias de aĩo conſtare non poſſet.c.erubeſcant.in fi.32.diſt.c.in ciuitate.de uſu. nam huiuſmodi indicia quæ ad bonum retorqueri non poſſunt niſi ad id quod expreſſe indicant pro probationibus non pro præſumptionibus ſunt habenda.l.dolum.C.de dolo. & iſtam theoricam Archi. ſequuntur Io.An.Petrus de Ancha.Domi.& Francus.

LAVS DEO

Explicit ſolemnis tractatus. D. Arnaldi Albertini Epiſcopi Pacten. De agnoſcendis aſſertionibus catholicis ab hæreticis,ita erroribus purgatus,ut conferrenti exẽplar cum hac noua editione uidere liceat quanta in ipſo exemplari corrigendo, reſtituendoque cura adhibita ſit, cum ex corruptiſsimo, integer & incorruptus redditus ſit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE